lius distinguat agnoscit. Vnde ⁊ bñ subiū
gitur. ((Scidit vestimenta sua.)) Vestimē-
ta scindimus: cum discernendo opera nr̃a
retractamus. Ca. 38.

A Si.n. apud deū opera
nos quasi vestimenta
non tegerent: nequaq̃
voce angelica diceret̃:
Beatus q vigilat ⁊ cu-
Apoc. 6. stodit vestimēta ne nu
dus ambulet. ⁊ ne vi-
deat̃ turpitudinē eius
Turpitudo.n. nostra tūc cernit̃: cum vita
repͥhensibilis añ iustoꝝ oculos in iudicio
nequaq̃ subsequētis boni operis tegmine
velatur. Sȝ q: cum culpa tentamur: ad la
menta accēdimur: atq̃ ipsis lamentis exci
tati ad pspiciēdam lucē iusticie subtilius
oculos mētis aperimus: quasi in dolore ve-
stimenta scindim⁹: q: ex fletu discretōe cre-
scēte cūcta que agimus districti⁹ tracta ma
nu iudicamus Tunc omnis nostra elatio

corruit: tūc cuncta ab animo cogitationū
superfluitas cadit. Vnde ⁊ subdit̃. ((Et tō
so capite corruēs in terrā adorauit.)) Naȝ
qd moraliter per capillos: nisi defluentes
animi cogitatōes accipim⁹? Vnde ⁊ alias B
ecclesie voce dr̃. Sic vitta coccinea labia Cañ. 4.
tua sponsa: ⁊ eloquiū tuū dulce. Vi ta quip
pe crines capitis astringit. Labia ergo spō
se sicut vitta sunt: q: exhortatōe sancte ec-
clesie cūcte in auditoꝝ mentib⁹ diffuse co-
gitatōes ligatur ne remisse defluant: ne se
se ꝑ illicita spargant: ne sparse cordis ocu
los deprimant: sȝ quasi ad vnam se intētio
nem colligant: dum vitta eas sancte predi
cationis ligat. Quam recte ⁊ coccineaȝ as
serit: q: sanctoꝝ predicatio sola charitatis
ardore flāmescit. Quid vero per caput: nisi
ea que pricipale vniuscuiusq̃ actionis est
mens ipsa signātur: Vnde ⁊ alias dicitur.
Et oleum de capite tuo nō deficiat. Oleū Ecc̃s. 9.
quippe in capite ē: charitas in mēte: a capi- C
te oleum nō deficit: cum charitas a mente
nō discedit. Caput ergo tondere ē: cogita-
tiones superfluas a mēte resecare. Et ton
so capite in terram corruit: q: repressis p̃-
sumptionis sue cogitationib⁹ q̃ in semet-
ipso infirmus sit humiliter agnoscit.
Capitulum. 39.

Difficile nāq̃ ē q̄tēpiā ma A
gna agere ⁊ apud semet-
ipsum de magnis actib⁹ co
gitationum fiduciā nō ha
bere. Eo ipso.n. quo cōtra
vitia fortiter viuit̃: cogita
tionum p̄sumptio in corde generat̃: Et cū
mēs foras culpa suā valenter ꝯterit plerū
q̃ apud semetipsam latēter intumescit: tā
q̃ se magni alicui⁹ meriti estiat: nec se pec-
care in cogitatōe sue estimatōis putat. Añ
districti aūt iudicis oculos tāto veteri⁹ de
linq̃t: quāto culpa occulti⁹: pene incorrigi
biliter perpetrat̃: ⁊ tāto ad vorādum lati⁹
pȝ fouea: q̃to de semetipa elati⁹ gloriatur
vita. Vnde vt sepe iam diximus pia condi-
toris dispēsatione agit̃: vt de se confidens
anima dispēsatoria tētatione pulset̃: qua-
ten⁹ infirmata qd sit inueniat: ⁊ presumptio
nis ꝑprie fastū deponat. Mox.n. cum ten B
tatio mētem pulsauerit: oīs cogitationum
nostraꝝ presumptio tumul usq̃ congescit.
Mens enim cū se in elatione erigit. quasi

in tyrānidem erūpit. Habz autem tyrānī-
dis sue satellites fauentes sibimet cogita-
tiones suas: Sz si super tyrānum hostis ir-
ruat: fauor mox satellitum cessat. Intran-
te nāq3 hoste satellites fugiūt. eūq3 territi
declināt: quem in pace positi: callida adu-
latione laudabant. Subductis ꝓo satelli-
bus añ hostē solus remanet: q2 recedētib9
elatis cogitationib9 perturbat9 animus se
solūmodo in tētatione videt. Unde ergo
aduersis caput tōdet: cum in tētationib9
vehemēter irruētib9 a presumptōis sue co-
Nu.6. gitationib9 mens nudatur. Quid est enim
ꝙ nazarei capillos nutriūt: nisi ꝙ per vi-
tam magne continētie presumptionū cogi-
Judi.13. tationes crescūt: Sz qd est ꝙ deuotione cō-
pleta caput nazareus radere: capillosq3 i
igne sacrificio ponere iubet: nisi ꝙ tunc ad
perfectōis summā ptingim9: cū sic exterio-
ra vitia vincimus: vt etiam cogitationes
C superfluas a mēte recēsem9: Quas nimirū
sacrificij igne concremare ē flāma eas di-
uini amoris incēdere: vt totum cor in dei
amore ardeat: ꝛ cogitationes superfluas
cōcremans: quasi nazarei capillos deuotio-
nis perfectione cōsumat. Et notandū ꝙ
in terram corruens adorauit.

Capitulū. 40.

A Ille.n. veram deo orationē
exhibet q semetipsum quia
puluis sit humiliter vidz: q
nihil sibi virtutis tribuit: q
bona que agit eē de mise-
ricordia conditoris agno-
scit. Unde ꝛ competenter dicit. ((Nudus
egressus sum de vtero mris mee: nudus re-
uertar illuc.)) Ac si tētatus anim9 ꝛ infirmi-
tate sue inopia deprehēsus dicat. Nudum
me in fide prima gr̄a genuit: nudum eadē
gr̄a in assumptione saluabit. Est nāq3 ma-
gnum animi turbati solatium vt pulsatus
vitijs cum se quasi nudari virtutib9 conspi-
cit: ad solam misericordie spem recurrat: ꝛ
eo se nudari nō sinat: quo se a virtutibus
humiliter nudum putat: q ꝛ si fortasse ali-
qualiter virtute in tentatione detegit̄ ifir-
mitatem tamē propriam agnoscens: ipsa
melius humilitate vestit̄: ꝛ valde robusti9
q̄3 steterat iacet: cum sibi sine diuino adiu-
B torio cessat tribuere quod habet. Unde ꝛ
manuz mox largitoris ꝛ iudicis humiliter
agnoscit dicens. ((Domin9 dedit domin9
abstulit.)) Ecce tētationib9 eruditus cre-
uit: q ꝛ in virtute habita largitatem dan-
tis ꝛ in perturbatiōe fortitudinis potesta-
tez tollētis agnoscit. Que tamē fortitudo
nō tollit̄: sed perturbata fatigatur: quate-
nus concussa mens dum se hanc iāq3 qua-
si amittere trepidat semper facta humilis
nunq̄3 perdat. ((Sicut domino placuit: ita
factum est: sit nomē dn̄i benedictum.)) In
hoc quod in terra perturbatione concuti-
mur: dignum ē vt ad conditoris iudicium
recurramus: vt inde cor nostrum adiutori C
suo maiores laudes exhibeat: vnde pulsa-
tum veri9 imbecillitatem sue infirmitatis pē-
sat. Bene antē dī. ((In omnib9 his nō pec-
cauit Job labijs suis nec stultum aliquid
contra deum locut9 est:)) q2 solerti cura cu-
stodire volens anim9 verbz cum se int9 tēta-
tio stimulat in verba foras illicite locutōis
erumpat: ne de probatione murmuret: et
ignis q hunc velut aurum concremat: per
excessum sermonis illicita in fauillam palee
vertat. A

Capitulum. 41.


Nihil ꝓo obstat si hoc qđ d
virtutib9 dixim9: de his q̄
in ostensione virtutis dan-
tur donis sanctispūs sen-
tiamus. Alij nāq3 prophe-
tie: alij genera linguarum:
alij virtutes curationum dantur. Sed qa
dona hec ipsa non semper in mente codē
modo sunt: liquido ostenditur: quod ne se
mens in presumptione eleuet: aliquando
vtiliter subtrahuntur. Nam si prophetie
spirit9 prophetis semper adesset: nimirum
Helyseus propheta non diceret. Dimitte 4.Re.4.
eam anima enim eius in amaritudine est:
ꝛ dominus celauit a me verbum. Si pꝓhe-
tie spiritus prophetis semper adesset: inq̄-
situs Amos propheta non diceret. Non
sum propheta: vbi ꝛ subdidit. Neq3 fili9 Amos.7.
prophete: sz armentari9 puer ego sum vel-
licans sicomoros. Quomodo autem pro-
pheta non fuit: qui de futuris tot vera pre-
dixit: Aut quomodo propheta fuit: si de
se in presenti vera denegauit: Sed quia
eadem hora qua requisitus est prophe-
tie sibi spiritum deesse sensit: de semet-
ipso testimonium veraciter intulit dicens.

Non suz ppheta. Qui tamen secutus ad
iunxit: et nūc audi verbuz dñi. Hec dicit do
minus. Uxor tua in ciuitate fornicabitur:
et filij tui et filie tue in gladio cadent: et hu
mus tua funiculo metietur: et tu i terra pol
B luta moriens. Quib9 pphetie verbis ap
te ostenditur: qz dum de se illa loqueretur
impletus est: et mox habere pphetandi spi
ritum meruit: qz se pphetam non eē humi
liter agnouit. Si pphetie spūs pphetis sp
2.Re.7. adesset: Dauid regi de templi se constru
ctione consulenti nequaq̄ Nathan pphe
ta concederet: quod post modū negaret.
Unde bene et in euangelio scriptum ē. Su
Mat.3. per quem videris spūm descendentē et ma
nentē super eum: hic est qui baptizat. In
cūctis nāq3 fidelibus spūs venit sed in so
lo mediatore semper singulariter permāet
qz eius humanitatem nunq̄ deseruit: ex cu
ius diuinitate procedit. In illo igitur ma
net: q solus et oīa et semp pōt. Nā3 fideles
q hunc accipiunt cum signorum dona sem
per habere vt volunt non possunt: hūc se
C accepisse: quasi in transitus ostensiōe testā
Jo.14. tur. Sz cum rursum de eodē spū veritas ore
discipulis d̄r: apud vos manebit et in vo
bis erit: quid ē quod diuina voce mediato
Job.1. ris signum hec eadē sanctispūs mansio de
claratur cum d̄r: Super quem videris spi
ritum descendētem et manentē super euz:
Si igitur iuxta magistri vocem et discipu
lis manet: quomodo iam singulare signum
erit quod i mediatore permāet? Quod ta
men citius agnoscimus: si dona eiusdē spi
ritus discernamus. Ca. 42.

A 

Lia nāq3 sunt dona illius:
sine qb9 ad vitam nequaq̄
ptingitur: alia qb9 vite san
ctitas p aliorū vtilitate d
clarat. Māsuetudo nāq3
humilitas: patientia: fides
spes: charitas: dona ei9 sunt: sz ea sine qui
bus ad vitā homies puenire nequaq̄ pos
sunt. Prophetie aūt virtus curationum
genera linguaꝝ: interpretatio sermonum:
dona eius sunt: sz virtutes ei9 pñtiam pro
correctione intuētium ostendunt. In his
igit donis sine qb9 ad vitam perueniri nō
pōt spūssanctus in predicatorib9 suis siue
electis omnib9 semp māet: In illis aūt qb9
per ostensionē illius non nostra vita serua
tur: sed aliorum queritur: nequaq̄ semper
in predicatorib9 permanet: qz semp qdem
eorum cordi ad bñ viuenduz pñdet: nec ta
men p eos virtutum signa semp ostendit:
sz aliquando se eis a signorum ostensioni
bus subtrahit: vt eo humilius virtutes ei9
habeantur: quo habite teneri non possunt.
Mediator aūt dei et hominum: homo xp̄s B
iesus in cunctis cum et semp, et continue ha
bet pñtem: qz ex illo idem spūs p substan
tiam p ex̄t. Recte ergo et cum in sanctis p̄
dicatorib9 maneat: i mediatore singulari
ter manere perhibet: qz et in istis per grām
manet ad aliqd: in illo aūt per substātiam
manet ad cūcta. Sicut.n. corpus nostrum
sensum tm̄modo tactus agnoscit: caput aūt
corporis vsum simul oium qnq3 sensuum
possidet: vt videat: audiat: gustet: odoret:
et tāgat: ita membra superni capitis in qbus
dam virtutibus emicant: ipsum vo caput
in cūctis virtutib9 flagrat. Dissimiliter er
go spūs in illo manet: a quo per naturam
nūq̄ recedit. Dona vo ei9 qbus ad vitaz
tēdit sine periculo amitti nō possunt. Do
na aūt qbus vite sanctitas demonstratur
p̄lerūq3 vt dcm̄ est sine dispēdio subtrahū
tur. Illa ergo pro nostra eruditione tenen C
da sunt: h pro alienis puectib9 exgredā: In
illis nos terreat formido ne pereāt: in istis
vo ad tps aliquando subiacē ꝯsolet humi
litas: qz ad elationē mentem fortasse suble
uant. Cum igit ꝯcessa nobis virtutū signa
subtrahunt: dicamus recte. Dns ded t:
domin9 abstulit: sicut dño placuit ita factū
est: sit nomen dñi bñdictum. Tunc.n. vere
ostēdimus qz accepta recte tenuimus: cuz
profecto equanimiter ad momentum sub
lata toleramus.

Sancti Gregorij Liber. iij.

Eatus Iob

b ad mortē petitus in tēta
tione ad vitam creuit ex
verbere: et antiquus ho
stis vñ se bona estimanit
eius extinguere: inde do
luit multiplicasse. Sz qz in primo certami
ne se succubuisse ꝯsiderat: ad alia se tēta
tionū bella restaurat. Et d sancto viro ma
la adhuc ipudēter sperat: qz bona malus

credere nō pōt: vel experta. Ea autē que i prima eius pcussione pmissa sunt: iterum subnectuntur cum dicitur. Ca. 1.



Actum est autē cum quadā die venissent filij dei ⁊ assisterent corā dño venissetq; sathan inter eos: ⁊ staret in cōspectu eius: vt diceret dñs ad sathan. ¶ Unde venis: Qui
A respondens ait. Circuiui terrā: ⁊ perambulaui eam. Et dixit dñs ad sathan. Nunqd considerasti seruum meū Job ꝙ nō sit ei similis super terrā: Homo simplex ⁊ rectus ac timens deum: ⁊ recedēs a malo. Hec qz latius supra dessernimus: melius silēdo preterimus: ne dum sepe discussa repetimus: tardius ad indiscussa veniamus. Quāuis hoc qđ voce dñi ad sathan dr: vnde venis: nequaq̄ estimo ꝙ ita ei vt prius dicatur. Cum enim ab eo certamine in quo relaxatus fue. at victus redit: ⁊ vnde venit requiritur q vnde veniat scit: qd aliud q̄ infirmitas supbie eius increpatur. Ac si ei aperte diuina vox dicat. Ecce ab vno ⁊ īfirma carne posito homine vinceris: q te contra me auctorem oīum erigere conaris. Unde
B mox dñs cū beato Job bona sicut prius diceret: hec cū victorie triūphis enumerans adiungit. ¶ Et adhuc retinens innocentiā suam.) Ac si aperte dicat. Tu quidē exercuisti maliciā: sed ille inocentiā non amisit ⁊ vnde te estimasti pfectū eius minuere: inde cōpulsus es eius pfectui deseruire: qz mentis innocentiā q̄ gloriose tenuit i tranquillitate: gloriosius seruauit in verbere. Sequitur. ¶ Tu autē cōmonuisti me aduersus eum: ut affligerē eū frustra.) Cū sit dominus iustus ⁊ verax: valde querendū est: quō beatū Job frustra afflixisse se idicat. Quia enim iustus est frustra affligere non potuit Sed rursum qz verax est: aliter non potuit dixisse q̄ fecit. Ut ergo iusto ⁊ vera ei vtraq; cōueniāt: quatenus ⁊ vera dicat: ⁊ iniusta non faciat cognoscamus beatum Job. ⁊ iuxta aliquid frustra: ⁊ rursū iuxta aliquid nō frustra pcussum. Quia enī iustus est ⁊ verax: h de semetipso asserit: ostēdamus ⁊ verū extitisse qđ dixit: ⁊ rectū fuisse qđ fecit. Necesse quippe erat vt sanctus vir deo soli sibiq; cognitus quanta virtute polleret: ad imitādū cunctis innotesceret. Apte nāq; alijs virtutis exempla non daret: si ipse sine tentatione pmaneret. Actum est ergo vt vires ei⁹ cunctis imitādas ipsa vis percussionis ostenderet: ⁊ flagella proderent qđ in tranquillitate latuisset. Sed
B eisdem flagellis creuit virtus patiētie: atq; ex dolore verberis aucta est gloria remunerationis. Ut ergo in dicto dñi veritas: rectitudo autē teneatur i facto: beatus Job frustra ⁊ nō frustra pcutitur: nō frustra qz augetur meritum: ⁊ tñ frustra pcutit: qz nullū punitur admissum. Frustra enī pcussus est: cui culpa nulla recidit: ⁊ nō frustra percussus est: cui virtutis meritū cumulatur. Sed quid ē ꝙ dicit cōmonuisti me: Ca. 2.



Unquid sathane ꝓbis veritas accenditur: vt i subditoꝝ suoꝝ cruciatibus inflectatur: Quis hec de deo senserit: que recto etiā homini indigna perpēdit: Sz qz nos ferire nisi cōmoti nescimus: ipsa diuina pcussio cōmotio vocatur: ⁊ ad nostra ꝟba diuina voce descēditur: ut eius factū ab homine vt sāq; capiatur. Illa enī vis que absq; necessitate oīa creauit: ⁊ sine despectu oībus ꝓuidet: ⁊ sine labore cuncta sustentat: ⁊ sine occupatione regit: etiam sine cōmotione corrigit: sicq; humanas mentes ad ea que voluerit flagellis format: vt in diuersitatis vmbrā a sue incōmutabilitatis luce nō transeat. Sequit. Respondens sathan ait. ¶ Pellē pro pelle: ⁊ cuncta q̄ habet homo dabit pro anima sua. Alioquin mitte manū ⁊ tange os eius ⁊ carnē: ⁊ tunc videbis ꝙ in faciē bñdicat tibi.) Antiqu⁹ hostis ex rebus exteriorib⁹ colligit: qđ beato viro ad mentis crimen infligit. Pellem enim pro pelle dare asserit: qz sepe dū venire ictū cōtra faciē cernimus: manum palpebris opponim⁹. vt ab ictu oculos defendamus ⁊ corpus vulneri obijcimus: ne in corpore teneriori vulneremur. Sathan ergo hec cōsuete fieri sciens dicit. Pellem ꝓ pelle: ⁊ cuncta que habet hō dabit pro aīa sua. Ac si apte dicat. Idcirco Job tot extra se flagella equanimiter patit: qz pauet ne ipse feriatur. Cura ergo carnis ē: ꝙ dāno affectuum carnalium motus non est. qz dum sibimetipsi metuit: minus suorum

percussiones sentit. Unde & mox eius car-
nem feriendam postulat dicens. ((Mitte
manum tuam: & tange os eius & carnem &
tunc videbis q̄ i faciē benedicat tibi.)) Su-
B perius dixerat Tange cuncta que possidet:
& tunc videbis q̄ in faciem benedicat tibi.
Nunc igitur quasi prioris ppositionis obli
tus factus: de alijs alia postulat. Q̄d ta-
men recte diuina dispensatione permittit:
quatenus altercator impudens vel cpe vi
ctus obmutescat. Sequitur Dixit ergo do
minus ad sathan. ((Ecce in manu tua est:
verūtamen animā illius serua.)) Ecce iterū
pmissionē verberis comitatur custodia p-
tectionis: & electum suum diuina dispensa
tio custodiendo deserit: deserēdo custodit.
Alia illius prodit: alia ptegit. Si enim to
tū Job desereret: in manu tanti aduersa-
rij homo quid esset: In ipsa ergo iusticia
permissionis miscetur quedā libra pieta-
tis: quatenus in vno eodem q̄ certamine &
seruus humilis ex oppressione proficiat. et
hostis superbiens ex permissione succūbat.
Manui itaq̄ aduersarij sanctus vir tradi
C tur: sed tamen in intimis adiutoris sui ma
nu retinetur. De illis quippe ouibus fuit:
de quibus in euangelio ipsa veritas dicit.
Jo.10. Non rapiet eos quisq̄ de manu mea & ta
men expetenti hosti dicitur. Ecce in manu
tua est. Idem ergo in manu dei: idem in
manu est diaboli. Nā dicens in manu tua
est: cum protinus adiungit. Uerūtamē ani
mam illius serua. Patenter pius adiutor
innotuit: q̄ tenuit quē cōcessit: & dādo nō
dedit: quē aduersarij sui iaculis eijciēs ab
scondit. Ca. 3.



D Quid est autem hoc q̄d ad
sathan dicitur: aiam illius
serua: Quo enim pacto il-
le custodit: q̄ custodita sem
per irrumpentem appetit:
Sed seruare ad sathan di-
citur irrūpere nō audere: sicut econtrario
patrem in oratione postulamus dicentes:
Mat.6. Ne nos inducas in tentationē. Neq̄ enim
in tentationē dn̄s iducit: qui semper a ten
tatione subditos misericorditer protegit.
Sed tamen in tentationē quasi eius indu-
cere est: a tentationis nos illecebra nō mu-
nire. Et tunc nos in tentationis laqueum
non inducit: cum tentari vltra q̄ nos pos-
sumus non permittit. Sicut ergo dn̄s indu
cere nos in tentationē dicitur: si nos ab ad
uersario induci patiatur: ita aduersarius
seruare aiam dicitur: cum hanc tentando
superare prohibetur. Sequitur. ((Egressus
igitur sathan a facie dn̄i.)) Quō sathan a
facie dn̄i exeat: ea iam que superius dicta
sunt manifestant. Sequitur. ((Percussit
Job vlcere pessimo: a planta pedis vsq̄ ad
verticē eius.)) Duobus semper modis fla
gella pensanda sunt: vt scilz perpendātur:
aut qualia sint: aut quanta. Nā sepe mul- B
ta ex qualitate: sepe grauia ex quantitate
leuigantur si videlz cū multa sunt non sint
grauia cum vero grauia: nō sint multa. Ut
igitur ostendatur quō per asperitatē flagel
li aduersarius cōtra sanctū virū nō solum
per nequitiā qualitatis: sed etiam per pon
dus quantitatis exarsit: ad demonstrādaz
qualitatem dicitur: percussit eū vlcere pes-
simo: ad insinuandā vero quantitatē sub-
iungitur: a planta pedis vsq̄ ad verticem:
vt nimirum nihil in mente vacet a gloria i
cuius nil corpore vacat a pena. Sequitur.
((Qui testa saniē radebat: sedens in sterq
lino.)) Unde testa nisi ex luto cōficitur: qd
vero est sanies corporis nisi lutū: Saniem
ergo radere testa phibetur: ac si aperte dice
retur. Lutū tergebat luto. Pensabat quippe C
vir sanctus vnde sumptus fuerat qd gestā
bat: & fragmento vasis fictilis confractum
vas fictile radebat. Quo facto patēter ostē
ditur corpus suum quō sibi sanū subdidit:
quod et percussum sic despiciens curauit.
Quam illic molliciem sane sue carni cōces-
sit: q̄ non vestem: non digitos: sed testam
etiam vulneribus admouit. Testa ergo ra
debat saniem: vt semetipm & in fragmēto
considerans etiā de extersione vulneris: su
meret curam mentis. Ca. 4.



Quia vero sepe per ea que D
circa corpus sunt animus
inflatur: & per hoc qd erga
nos agit: fragilitas nostri
corporis ab oculis cordis
amonetur. sicut nōnulli se-
culares cum tēporalibus dignitatibus ful-
ciuntur: dum locis altioribus president: dū
multorū obsequia sibi suppetere ad votum
vident: fragilitatē suam intueri negligunt:
& vas fictile qd gestant q̄ sit velociter ere

rendū obliuiscentes omnino nō attendūt. Beatus aūt Job vt cōsideratiōnē sue fragilitatis etiā ex circūstantibus traheret: et ante oculos suos vim sue despectionis augeret: non qualibet i terra que pene vbiq̄ munda reperitur. sed in sterquilinio sedisse perhibetur. In sterquilinio ponebat corp⁹ vt ex terra assumpta que esset carnis substantia bene proficiens ppenderet anim⁹. In sterquilinio ponebat corpus vt etiaʒ ex loci fetore exiperet: qd̄ festine corpus ad fetorem rediret. Sed ecce cum beatus Job tot rerū dāna sustinet: tot funerib⁹ pignorum percussus dolet: tot vulnera tolerat: dū decurrentem saniem testa radit: dū per putredineʒ dissluens in sterquilinio residet.

B Intueri libet quid ē qd̄ omnipotens deus quos sibi iam caros in eternū conspicit: tā vehementer quasi despiciens affligit. Ecce enī dum beati Job vulnera cruciatusq̄ considero: repente mentis oculos ad Joannem reduco: et nō sine grauissima admiratione perpendo: qd̄ ille prophetie spiritu intra matris vterū impletus atq̄ vt ita dixerim priusq̄ nasceretur renatus: ille amic⁹ spōsi: ille quo inter natos mulierum maior nemo surrexit: ille sic propheta vt plus etiā q̄ ppheta ab iniquis in carcerem mittit̄ et pro puelle saltu capite truncatur: et vir tāte seueritatis pro risu turpiū morit̄. Nunquid nā credimus aliquid fuisse: qd̄ in eius vita illa sic despecta mors tergeret? Sʒ qñ ille vel in cibo peccauit qui locustas solummodo et mel silueste edit: quid deo vel debilitate sui teguminis deliquit: qui camelorū pilis corpus operuit? Quid de conuersatione sua offendere potuit: qui de heremo non recessit? Quid illū loquacitatis nota polluit qui disiunctus longe ab hominibus fuit? Quādo illū vel silentij culpa attigit qui tam vehementer ad se venientes increpauit dicens. Genimina viperaʒ: quis demonstrauit vobis fugere ab ira ventura?

Mat. 3.

C Quid est ergo q̄ Job dei testimonio pfertur: et tamen plagis vsq̄ ad sterquiliniū sternitur? Quid est q̄ Joānes dei voce laudat̄ et tñ pro temulētis verbis i saltatricis premium moritur? Quid est q̄ deus oīpotens sic vehemēter in hoc seculo despicit: quos sic sublimiter ante secula elegit: nisi hoc qd̄ pietati fideliū patet: qm̄ iccirco sic eos premit in infimis: q: videt quō remuneret in summis: et foras vsq̄ ad despecta deijcit: q: intus vsq̄ ad incomprehensibilia pducit. Hinc ergo vnusquisq̄ colligat: quid illic sint passuri quos reprobat: si hic sic cruciat quos amat. Aut quomodo ferientur qui in iudicio arguendi sunt: si sic corū vita premitur: qui ipso iudice teste laudantur? Sequitur. Dixit autē illi vxor sua. Adhuc pmanes in simplicitate tua? Benedic deo: et morere. Antiqu⁹ hostis humanum genus duobus modis tentare cōsueuit: vt videlicet corda stantiū aut tribulationibus frangat: aut persuasionibus molliat. In vtrisq̄ ergo contra beatum Job se vehementer exercuit. Nam prius patrifamilias intulit dāna rerum: orbauit patrem morte filiorū: percussit incolumē putredine vulnerum. Sed quia putrescenteʒ foris sanū adhuc interius stare conspexit: et quem externis nudū reddidit: hunc interius ditiorē fieri exhibitā laudem conditoris inuidit: callide cogitans pensat qd̄ contra se athleta dei vnde premitur: inde sublenatur: victusq̄ ad subtilia tentādi argumenta cōuertitur. B

Capitulum. 5

Nam antique artis insidias repetit: et quia scit qūomodo Adaʒ decipi soleat ad Euam recurrit. Beatum enim Job inter tot rerum dāna: inter tot percussionum vulnera: quasi in quadam virtutum arce stare inuictum vidit. In alto quippe mentem fixerat: et iccirco hanc hostiles insidie irrumpere non valebant. Queritur ergo ab aduersario in hac arce munitissima quibus gradibus ascendatur. Vicina est autem viro mulier: atq̄ subiecta. Cor igitur mulier tenuit: et quasi scalam qua ad cor viri ascendere potuisset inuenit. Occupauit animam coniugis: scala mariti. Sic i hac arce nihil preualuit: quia sanctus vir subiectam sibi mulierem et non prepositam attendit. Et recte loquens docuit quā serpens vt peruersa loqueretur istigauit. Dignum quippe erat vt fluxam mentem virilis censura restringeret: cum profecto et de ipso primo lapsu humani generis: nosset: quod docere mulier recta nesciret. A

Un͂ ꝛ bene p Paulū dr. Docere aūt muliei.Thi.2.
ri nō pmitto. Quia nimirū aliqn͂ cum do-
cuit: a sapiētie eternitate separauit. Anti-
quus itaqꝫ hostis Adā in sterquilinio pdi
dit: qui Adā i paradiso supauit: atqꝫ adiu
tricē suā mulierē dum ad v̄ba male psua-
sionis accendit: ad doctrinā sancte erudi-
tionis misit. ꝛ que excitata fuerat vt perde
B ret. erudita est ne periret. Sic a nostris vi-
ris fortibus hostis percutitur: vt sua ei etiā
tela rapiantur. Unde enim se exaggerare
estimat dolorē vulneris: inde ei cōtra semet
ipm̄ suggerit arma v̄tutis. Ex v̄bis autem
male psuadentis cōiugis vigilanter debe-
mus aspicere q̄ antiquus aduersarius nō
solum p semetipm̄: sed per eos etiam q no-
bis adherent statum satagit nostre mētis
inclinare. Cum enim cor nostrū sua persua
sione nō subruit: ad hoc nimirū p linguas
adherentiū repit. Hinc enim scriptum est.
Eccl. 32. A filijs tuis caue: ꝛ a domesticis tuis attē
Jere. 9. de. Hinc per pphetā dicitur. Unusqsqꝫ se
a primo custodiat: ꝛ in omni fratre suo nō
habeat fiduciam. Hinc rursum scriptū est.
Mich. 7 Inimici hominis domestici eius. Callidus
C nāqꝫ aduersarius cum a bonorū cordibus
repelli se cōspicit eos qui ab illis valde di-
liguntur exquirit: ꝛ per eorū v̄ba blādiens
loquitur: q2 plus ceteris amantur: vt dum
vis amoris cor pforat: facile psuasiōis eius
gladius ad intime rectitudinis munimina
irrūpat. Post dāna igit̄ rerū: post funera
pignorū: post vulnera: scissurasqꝫ mēbrorū:
antiquus hostis linguā mouit vxoris. Et
notandū quo tēpore viri mentem studuit
virulento sermone corrumpere. Uerba eni
post vulnera intulit: vt cum vis doloris in
grauesceret facile psuasionis suggestio per
uersa preualeret. Ca. 6.

A Sed si ipm̄' subtiliter tētatio-
nis eius ordinē ppendimus
qua calliditate seuiat inue-
nimus. Mouit nāqꝫ pri⁹ dā
na substātie q̄ ꝛ extra natu-
rā pfecto extra essent ꝛ cor
pus. Subtraxit filios: qd̄ iam extra natu-
ram qdem non esset: sed tamen adhuc ali-
quatenus extra propriū corpus. Ad extre-
mum percussit ꝛ corpus. Sed q2 vulnerib⁹
carnis ad mentis vulnus puenire non va-
luit: etiam coniuncte mulieris linguā quesi
uit. Quia enim aperto certamine superari
se doluit: de ore coniugis iaculum quasi de
insidijs intorsit: que profecto diceret. Ad-
huc permanes in simplicitate tua benedic
deo: ꝛ morere. Ecce tentando oīa abstulit:
ecce tentando mulierem reliquit: ꝛ sancto
viro callide cuncta diripuit. Sed valde cal
lidus adiutricem suam mulierem reserua-
uit' que dicat. Adhuc permanes in simplici
tate tua? Uerba sua Eua repetit. Naz qd
est dicere. Simplicitatē desere: nisi obedien
tiam pomum vetitū comedendo contēne?
Et quid est dicere. Benedic deo ꝛ morere:
nisi transcendendo preceptū vltra q̄z es cō
ditus viue? Sed Adam noster fortis i ster
quilinio iacuit: qui in paradiso aliquando
debilis stetit: naz illico ad male suadentis
verba respōdit dicens. Quasi vna d̄ stul-
tis mulieribus locuta es. Si bona accepi
mus de manu dn̄i: mala quare nō sustinea
mus? Ecce vbiqꝫ hostis frangit̄ vbiqꝫ su-
peratur. Per cuncta tentationū argumē- B
ta succubuit: quia ꝛ illud suuz familiare so
latiū etiaz de muliere amisit. Inter hec igi
tur sanctum virum intueri libet: foris reb⁹
vacuū: intrinsecus deo plenum. Cuz Pau-
lus apostolus in semetipso diuitias sapien
tie interne conspiceret: seqꝫ ipm̄ exteri⁹ esse
corruptibile corpus videret ait. Habemus
thesaurū istum in vasis fictilibus. Ecce in 2. Cor. 4.
beato Job vas fictile scissuras vulnerū ex
terius sensit sed hic thesaurus interius in-
teger mansit. Foris enim per vulnera cre-
puit: sed indeficiens interius nascens the-
saurus sapientie: per verba sancte erudi-
tionis emanauit dicēs. Si bona accepi-
mus de manu dn̄i: mala autē quare nō su
stineam⁹? Bona scilz dona dei vel tēpora
lia vel eterna: mala aūt flagella presentia
appellans: de quibus per prophetā dn̄s di
cit. Ego dn̄s ꝛ non est alter formans lucem
ꝛ creans tenebras: faciens pacē ꝛ creans Isa. 45.
mala. Necqꝫ enim mala que nulla sua na-
tura subsistunt a domino creantur: s3 crea-
re se mala dominus indicat: cum per res
bene conditas nobis male agentibus fla-
gellum format. vt ex ipsa; et per dolorem
quo feriunt delinquentibus mala sint et p
naturam qua existunt bona. Unde ꝛ vene
nū mors quidem est homini: sed tamen vi C
ta serpenti. Amore presentium ab aucto-

fis nostri delectatione recessimus: et puer-
sa mens dum delectationi creature se sub
didit: a creatoris societate disiūxit. Ex his
ergo ab auctore ferienda erat: que errās
auctori preposuerat: vt vnde homo culpā
nō timuit superbus admittere: inde penā
corripiendus inueniret: et tanto citius resi-
pisceret ad illa que perdidit: quāto doloris
plena eē conspiceret que quesiuit. Unde et
bene dr. Formans lucē et creās tenebras:
quia cum per flagella exterius doloris te-
nebre creantur: intus per eruditionem lux
mentis accenditur. Faciens pacem et cre-
ans mala: qz tunc nobis pax cum deo red-
ditur: cum hec que bene sunt condita sed
male concupita: in ea que nobis mala sūt
flagella vertūtur. Per culpam quippe dis-
cordes deo extitimus: dignum ergo est vt
B ad pacē illius per flagella redeam⁹: vt cū
vnaqueqz res bene condita nobis in dolo
rem vertit: correcti mens ad auctoris pa-
cem humiliter reformatur. Hec itaqz flagel
la beatus Job mala nominat: qz salutis et
trāquillitatis bonum qua perturbatiōe fe-
riant pensat. Sed illud valde in eius ver-
bis intuendum est: contra persuasionē con
iugis quanta considerationis arte se colli-
gat dicens. Si bona accepimus de ma-
nu domini: mala quare nō sustineamus.

Capitulum. 7.

Magna quippe cōsolatio tri-
bulationis ē: si cum ad-
uersa patimur auctores
A nostri ad memoriam bo-
na reuocamus. Nec frā-
git quod ex dolore obui-
at: si mente citius hoc qd
ex munere subleuat occurrat. Hic nāqz scri
ptum est. In die bonorū ne immemor sis bo
Eccl. 2. norum. Quisquis enim dona percipit: sed
donorum tempore nequaqz etiam flagella
pertimescit: in elatione per leticiam corru
it. Quisquis autem flagellis atteritur: sed
flagellorum tēpore nequaqz se ex donis q
eum contingit accepisse consolatur: ab sta
tu mentis omnimoda desperatione destrui
tur. Sic ergo vtraqz iungēda sunt: vt vnū
semper ex altero fulciatur: quatenus et fla-
gelli penam memoria temperet doni: et do
ni leticiam mordeat suspitio ac formido fla
gelli. Sanctus ergo vir vt oppressam men

tem inter vulnera mulceat: in flagellorum
doloribus blandimenta donorum pēsat di
cens. Si bona suscepimus de manu domi
ni quare mala non sustineamus: vbi et be-
ne premittit dicēs. Locuta es quasi vna
ex stultis mulieribus. Quia enī sensus pra
ue mulieris nō autē sexus in vicio ē: nequa
qz ait locuta es quasi vna ex mulierib⁹: sz
quasi ex ineptis mulierib⁹. vt videlz ostēdū
tur qz quod prauum sapit accedentis stul
ticie: nō ēt cōdite sit nature. Seqtur. In
omnib⁹ his nō peccauit Job labijs suis.
Duobus modis in labijs delinquim⁹: cū
aut iniusta dicimus. aut iusta reticemus. B
Nam si aliquando et tacere culpa non eēt
pphēta nō diceret. Veh mihi qz tacui. Bea
tus igitur Job in cunctis que egit labijs Isa. 6.
suis minime peccauit: qz nec cōtra ferientē
superbe dixit: nec contra suadentem recta
reticuit: nec loquens ergo: nec tacens deli-
quit: qz et flagellanti patri gratias reddidit
et male suadenti coniugi doctrine sapienti
am ministrauit. Quia enim sciuit quid de-
beret deo: quid proximo: scilicet patientiā
conditori. sapientiā coniugi: iccirco et hāc
redarguendo docuit: et illum gratias agē-
do laudauit. Quis autem nostrum si vnū
quodlibet vulnus tante huius percussiōis
acciperet: non mox ab intimis prostrat⁹ ia
ceret: Ecce stratus foris vulneribus carnis C
erectus intrinsecus munimine pmanet mē
tis: et sub semetipso omne iaculum trāsuo
lare conspicit: quod in se exterius districta
manu seuiens hostis figit. Vigilanter de-
prehendit iacula: modo vulneribus cōtra
se a facie: modo verbis quasi ex latere in-
torta. Et bellator noster circūuallantium
certaminum feruore dprehensus: vbiqz pa
tientie sue clipeum opponit: vndiqz venien
tibus spiculis obuiat: et per cuncta virtutū
latera circūspectā contra irruentia vulne-
ra mentem roborat.

Capitulum. 8.

Sed antiquus hostis quo va
lentius vicitur eo adhuc ad
insidias ardentius instiga- D
tur. Nam quia vxor incre-
pata tacuit: protinus alios
qui increpandi ad contume
lias surgeren: excitauit. Sicut enim dam-
na rerum studuit crebrius nunciando per

exterere ita nūc robustū pectus satagit ver
borum contumelijs sepius feriendo pene
trare. Sequitur. ((Igitur audientes tres ami
ci Job omne malum quod accidisset ei: ve
nerunt singuli de loco suo: Eliphas: The
manites: Baldach: Suites: Sophar: Naa
mathites. Condixerant enim sibi: vt pariter
venientes visitarent eum et cōsolarentur))
Qui ex condicto ad afflicti consolationē
veniunt: et inter se et erga percussum quan
te charitatis fuerint demonstratur. Quā
uis etiam hoc per quod scriptura tam tan
ti viri amicos fuisse testatur: quia boni studij
et recte fuerint intentionis ostenditur: sed ta
men hec ipsa illorum intentio, eis ad verba
prorumpentibus: ante districti iudicis ocu
los suborta in discretione fuscatur. Sequitur.
((Cumque eleuassent procul oculos suos: non
cognouerunt eum: et exclamantes plorauerunt: sciffisque vestibus sparserūt puluerē
B super caput suum in celum. Quia percussi
speciem plaga mutauerat: amici plorātes
exclamant: vestem scindunt: capita puluere
aspergūt: vt cōmutatum ad quē venerāt
cernerēt: ipsam etiam consolatorum speciē
spontaneus dolor immutaret. Ordo quippe
consolationis est vt cum volumus afflictū
quempiam a merore suspendere: studeamus
prius merendo eius luctui concordare. Do
lentem namque nō potest consolari: qui nō con
cordat dolori: quia eo ipso quo a merentis af
flictione discrepat: minus ab illo recipitur
cui mentis qualitate separatur. Sed emolliri
prius debet animus vt afflictio congruat:
congruens inhereat: inherens trahat. Ne
que enim ferrū ferro coniungitur: si nō vtrūque
exustione ignis liquetur et durum molli nō
adheret: nisi prius eius duritia temperata mol
lescat: vt quasi hoc ipsum fiat quod curat
vt teneat. Sic nec iacentes erigimus: nisi a
rigore nostri status inclinemur: quia dum
rectitudo stantis a iacente discrepat: eum
cui condescendere negligit: nequaquam leuat.
C Amici igitur beati Job vt afflictum a do
lore suspenderent curauerunt necessario si
mul dolere: et cum vulneratum illius corpus
viderent: studuerunt ipsi vestes scindere: cū
immutatum conspicerent: studuerunt pul
uere capita fedare: quatenus afflictus vir
tanto facilius eorum verba reciperet: quan

to in eis suum aliquid de afflictiōe cogno
uisset. Capitulū. 9.



Sed inter hec sciendum est: A
quia is qui afflictum cō
solari desiderat mēsuram
necesse est dolori quem su
scapit ponat: ne non solū
dolentem nō mulceat: sed
intemperate dolens affli
cti animum ad pondus desperationis pre
mat. Sic enim dolor noster merentium do
lori iungendus est: vt per temperamentum
subleuet: nō autē per augmentum grauet.
Unde fortasse colligendum est, quod amici bea
ti Job plusque necesse fuerat in consolatio
ne doluerunt: qui dum percussionē cernūt
sed percussi mentem nesciūt: ita in immensū
luctum versi sunt: ac si percussus vir tante
fortitudinis in plaga corporis etiam a cor
de cecidisset. Sequitur. ((Sederuntque cum
eo in terra septem diebus et septem nocti
bus: et nemo loquebatur ei verbum: vide
bant enim dolorem eius esse vehementem.))
Utrum continuis septem diebus et septem
noctibus cum afflicto Job sederunt: an cer
te diebus septem et noctibus totidem instā
tia ei crebre visitationis adheserint: ignora
mus. Sepe enim rem quālibet tot diebus age
re dicimur: quis non eisdem diebus sed cā
continue vacemus. Sepe vero scriptura sa
cra sic totum pro parte: sicut pro toto partem
ponere consueuit. Pro toto enim partem B.
loquitur: sicut Jacob familiam describens
dicit: Intrauit Jacob in egyptum cum ani Gen.46
mabus septuaginta. Qui nimirum cū ani
mas memorat: constat quia infantium et cor
pora comprehendat. Rursum totum pro
parte insinuat sicut ad monumentum Ma Jo.20.
ria queritur dicens. Tulerunt dominum
de monumento: et nescio vbi posuerunt eū.
Solum quippe corpus domini quesitura
venerat: et quasi totum simul dominū sub
latum deplorat. An ergo et in hoc loco to
tum pro parte dicatur incertum est: sed ta
men hoc quod diu tacuerunt: et quandoque
loquendo reprobati sunt: neglecte preter
eundum non est. Sunt namque nōnulli qui et
loqui precipitanter incipiunt et effrenate
cepta effrenatius exequuntur. Et sunt nō

nulli qui tarde quidem loqui inchoant: sed semel inchoantes habere modum locutionis ignorant. Amici igitur beati Job dolorem videntes diu tacuerunt: sed tarde inchoantes indiscrete locuti sunt: quia parcere dolenti noluerunt. Tenuerunt linguam ne propere inciperet: sed incipientem semel nequaquam moderati sunt ne se ex consolatione usque ad contumelias effrenaret. Et bona quidem intentione ad consolandum venerant sed hoc quod pia mens deo mundum obtulit: locutio precipitata viciavit. Scriptum quippe est. Si recte offeras: non recte autem diuidas peccasti. Recte namque offertur: cum recta intentione quid agitur sed recte non diuiditur: si non hoc quod pie agitur etiam subtiliter discernatur. Oblata enim recte diuidere est: quelibet bona nostra studia solicite discernendo pensare. Quod nimirum qui agere dissimulat: etiam recte offerens peccat.

C

Capitulum. 5.

A

Epe ergo et quod bono studio egerimus dum discernere caute negligimus quo iudicetur fine nescimus et nonnunquam hoc fit reatus criminis: quod putatur causa virtutis. Quisque autem amicorum beati Job facta consideratem quam pia ad eum intentione venerit non ignorat. Pensemus enim cuius charitatis fuerit ad afflictum concorditer conuenisse quanto virtus longanimitatis eruuerit: septem diebus et septem noctibus cum afflicto tacuisse: que humilitas in terra diebus ac noctibus sedisse: que compassio puluere capita conspersisse. Sed tamen inchoantes loqui vnde se estimauerunt premium mercedis acquirere: inde eos contingit reatum reprehensionis inuenire: quia incautis sepe ad peccati finem vertitur: etiam quod pro solo studio mercedis inchoatur. Ecce precipiti locutione perdiderunt bonum: quod tanto labore mercati sunt: et nisi diuina gratia offerre eos sacrificium pro suo reatu precepisset: inde a domino iuste puniri poterant: vnde se placere domino mirabiliter estimabant inde iudici displicent: vnde sibi quasi pro defensione iudicis per effrenationem placent. Idcirco vero hec dicimus: vt ad memoriam legentium reuocemus: quatenus solicite quisque consideret ea que malo voto perpetrantur: quanta dominus animaduersione puniat. si inchoata bono studio: sed negligentia indiscretionis admixta tanta inuectione castigat. Quis non mercedis causam peregisse se crederet. si aut in defensione dei quicquam contra proximum diceret: ant certe septem diebus ac noctibus proximi dolore tacuisset. Et tamen amici beati Job hec agentes ad culpam laborando venerunt: quia consolationis quidem bonum quod agebant nouerant: sed cum quanta agendum esset discretionis libra nesciebant. Unde necesse est vt non solum intueamur quod agimus: sed etiam cum quanta discretione agamus. Primum quidem ne mala quoquo modo postmodum vero ne bona incaute faciamus. Ad que nimirum bona solicite peragenda propheta nos admonet dicens. Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Ad hoc vero ista proficiant: vt ante terribilis iudicis subtile atque incomprehensibile examen non solum mala que commisimus: sed ipsa etiam si qua in nobis sunt bene gesta timeamus. Quia sepe iniusto iudicio culpa esse deprehenditur: quod virtus ante iudicium putatur. Et vnde expectatur pia merces operis: inde supplicium iuste sequitur vitionis.

B

C Hiere. 48

Capitulum. 6.



Ec iuxta hystoriam breuiter tractata percurrimus: nunc ad allegoriarum mysterium verba vertamus. Sed quia in exordio huius operis dum de vnitate capitis et corporis tractaremus: solicita intentione premisimus quanta in eis sit compago charitatis: quia et dominus multa adhuc per corpus quod nos sumus patitur: etiam eius corpus idest Ecclesia de suo capite videlicet domino in celo gloriatur: ita nunc passiones exprimi eiusdem capitis debent: vt ostendatur quam multa etiam in suo corpore sustinet. Si enim caput nostrum tormenta nostra non tan-

A

gerent: nequaq̄ pro afflictis membris per-
Act. 9. secutori suo etiam de celo clamaret. Sau-
le saule quid me persequeris? Si cruciat⁹
nostri eius pene non essent: conuersus affli-
ctusq̄ Paulus minime diceret. Supplico
Coll. i. ea que desunt passionum Xp̄i i carne mea.
Et tamen de resurrectione iam sui capitis
Ephe. 2. exaltatus dicit. Qui nos conresuscitauit: et
consedere fecit in celestibus. Nempe hunc
in terra persecutionū tormenta constrinxe-
rant: sed penarū suarꝫ ponderibus pressus:
ecce iam per gloriam capitis in celo reside
bat. Quia ergo in omnibus vnitū caput et
corpus nouimus: sic a persecutione capitis
incipimus: vt subsequenter tamen ad cor-
poris flagella veniamus. Sed hoc quod
quadam die sathan coram domino astitis-
se dicitur. quod vnde veniat percunctatur:
quod beatus Job magnis conditoris pre-
conijs prefertur: quia iam sepe discussim⁹
replicare deuitamus. Si enim diu mens re
B bus discussis innoluitur: peruenire ad in-
discussa prepedit. Ibi ergo allegorie nūc
initium ponimus: vbi post verba sepe repe
tita adiunctū noui aliquid scimus. Itaq̄
ait. Cōmonuisti me aduersus eum: vt affli
gerem eū frustra. Si beatus Job redem
ptoris nostri in passione positi speciē tenet:
quomodo a domino ad sathan dicit: Cō-
monuisti me aduersus eū. Mediator quip-
pe dei et hominū: homo Jesus Xp̄s: vt cul-
pas nostre transgressionis extingueret: ve-
nit mortalitatis nostre flagella tolerare.
Sed quia vnus cum patre eiusdemq̄ na
ture est: quomodo p sathan motum se ad-
uersus eum pater asserit: cum constet q̄ pa
tris filijq̄ concordiā nulla potestatis ineq̄-
litas: nulla voluntatis diuersitas interrum
pat? Sed tamen idem qui patri est equa-
lis per diuinitatem: venit propter nos ad
flagella per carnem. Que nimirum flagel-
la non susciperet: nisi formam damnati ho
minis redimendo sumpsisset. Et nisi primus
homo delinqueret: secundus ad passionū
probra minime veniret. Cum ergo primus
homo per sathan a domino motus est: tūc
est dominus in homine: secundo cōmotus.
Sathan itaq̄ ad huius afflictionem dn̄m
tunc cōmonuit: quando in paradiso primū
hominem a iusticie culmine in obedientie
culpa prostrauit. Nisi enim Adam primū

per voluntariū vicium in anime mortem
traxisset: Adam secundus sine vitio in car C
nis mortem voluntariam non venisset. Be-
ne ergo et etiam de redemptore nostro dici
tur. Cōmonuisti me aduersus eum: vt affli-
gerem illum frustra. Ac si apertius dicatur.
Dum iste non sua: sed illius causa moritur
tunc me in huius afflictione cōmonuisti: cū
illum a me callida persuasione traxisti. De
quo et bene additur frustra. Frustra quip-
pe afflictus est: qz et culpe vitiōe pressus ē:
et culpe contagio inquinatus non est. Fru-
stra afflictus est: qui in carne natus ppria
admissa non habuit: et tamen penam car-
nalium sine culpa suscepit. Hinc est enim
quod per prophetam loquitur dicēs. Que
non rapui: tunc exoluebam. Illius nāq̄ ad Ps. 68.
paradisum conditus diuine potentie simi-
litudinem superbe rapere voluit: sed tamē
culpas huius superbie sine culpa mediator
exoluit. Hinc est qd patri quidam sapiens
dicit. Cum sis iustus: iuste omnia disponis:
eum quoq̄ qui non debet puniri cōdēnas.
Sed pensandū est quomodo iustus sit et
omnia iuste disponat: si eum qui non debꝫ
puniri condemnat. Mediator etenim no-
ster puniri pro semetipso non debuit: quia
nullum culpe contagium perpetrauit. Sꝫ
si ipse indebitam mortem non susciperet:
nunq̄ nos a morte liberaret. Pater ergo
cum iustus sit: iustum puniens omnia iuste D
disponit: quia per hoc cuncta iustificat: q̄
eum qui sine peccato est pro peccatoribus
dānat: vt eo electa omnia ad culmen iusti-
cie surgerent: quo is qui ē super omnia dā
na iniusticie nostre sustineret. Qd ergo illic
dānatus eū non debeat dicitur: hoc hic af-
flictus frustra memoratur. Qui tamē iuxta
semetipm̄ frustra afflictus est: iuxta vero
nostra acta non frustra. Rubigo quippe pec
cati purgari non potuit: nisi igne tormen-
ti. Uenit itaq̄ sine vicio: q se subiceret spō
te tormēto: vt debita nostre iniquitati sup
plicia eo reos suos iuste amitterēt quo hūc
a semetipsis liberū iniuste tenuissent. Fru-
stra ergo et non frustra afflictus est qz in se
quidem admissa non habuit: sed proprio
cruore reatus nostri maculam tersit.

Capitulum. 12.

Espondens sathan ait. Pellem A
r pro pelle: et cuncta q̄ habet homo

debit pro anima sua. ¶ Alioquin mitte ma
num tuam ⁊ tange os eius ⁊ carnē: ⁊ tūc
videbis ꝙ in faciem benedicat tibi. Ma
lignus spiritus cum redemptorem nostrū
miraculis choruscare cōspicit. clamat. Sci
mus qui sis sanctus dei. Qui hec dicit co
Luc. 4. gnoscendo dei filium pertimescit sed tamē
vim superne pietatis ignorans nōnunquā
dum passibilem considerat: hominem pu
putat. Multos autem sub sanctitatis spe
cie in pastorali positos loco viderat qui
alieni valde a visceribus charitatis: pro mi
nimo aliena dāna pensabant. Hunc ergo
quasi ex alijs colligens qꝛ subtractis mul
tis superare non vidit: vsqꝫ ad eius carnē
per tactum passionis exarsit. Velut si dice
ret. ¶ Pellem pro pelle: ⁊ cuncta que habꝫ
homo dabit pro anima sua. Alioquin mit
te manum tuam ⁊ tange os eius ⁊ carnē:
⁊ tunc videbis ꝙ in faciē benedicat tibi.
Ac si aperte dicat. Moueri ex his que ex
tra se sunt negligit: ⁊ tunc veraciter qs sit
agnoscitur: si in seipso quod doleat experi
tur. Hec per se sathan cum fieri appetit:
non verbis sed desiderijs dixit. Hec p mē
bra sua ⁊ verbis ⁊ desiderijs intulit. Ipse
quippe loquitur: cum iuxta ꝓphete vocem
Jere. 11 eius sequaces dicunt. Mittamus lignum
B in panem eius: ⁊ eradamus eum de terra
viuentiū. Lignum quippe in panem mitte
re est: configendo eius corpori stipitem cru
cis adhibere. ⁊ vitā illius de terra viuētiū
eradere se posse existimant: quem dum mor
talem conspiciunt finiri morte suspicātur.
¶ Dixit aūt dn̄s ad sathan. Ecce i manu
tua est: verūtamen aīam illius serua. Cō
ditorem omniū sathane manui traditum
quis vel despiciens credat: sed tamē edo
ctus veritate quis nesciat. ꝙ eiusdē satha
ne membra sunt omnes qui ei peruerse vi
uendo iunguntur. Membrum quippe eius
pilatus extitit: qui vsqꝫ ad mortis extrema
venientem in redemptione nostra dominū
non cognouit. Corpus eius principes sa
cerdotum extiterunt: qui redemptorē mū
di a mūdo repellerē vsqꝫ ad crucē psequēdo
conati sunt. Cū ergo se ꝓ nostra redēptiōe
dn̄s membrorū sathane manibus tradidit
quid aliquid ꝙ eiusdem sathane manū in
se seruire permisit: vt vnde ipse exterius oc
cūberet inde nos exterius interiusqꝫ libera

ret. Si igitur sathane manus eius pote
stas accipitur: eius manus iuxta carnem
pertulit: cuius potestatem corporis vsqꝫ
ad sputa: colaphos: flagella: crucem: lan
ceamqꝫ tolerauit. Unde ⁊ Pilato eius vi
delicet corporis membro ad passionem ve
niens dicit. Non haberes in me potesta Jo. 19.
tem: nisi tibi data esset desuper. Sed tamē
hanc potestatem quā contra se ei extrinse
cus dederat suis seruire iussis intrinsecus
compellebat. Pilatus enī vel sathan qui C
eiusdem Pilati caput extiterat: sub pote
state illius super quem potestatem accepe
rat tenebatur: quia ⁊ superior disposuerat
hoc quod inferius accidens a persecutore
tollerabat vt cum ex mala mente infideliū
surgeret: vtilitati tamen electorum omniū
ipsa quoqꝫ crudelitas deseruiret. Pie igi
tur disponebat intus quod semetipm pati
nequiter permittebat foris. Hinc est enim
quod de illo in cena dicitur. Sciens Jesus Jo. 13.
quia omnia dedit ei pater in manus: ⁊ qꝛ
a deo exiuit ⁊ ad deū vadit surgit a cena:
⁊ ponit vestimenta sua. Ecce in manꝰ per
sequentium iturus: sciebat ꝙ in manu sua D
ipsos etiam persecutores acceperat. Qui
enim omnia accepisse se nouerat: constat
quia ⁊ ipsos a quibus tenebatur tenebat:
vt ipse in se ad vsum pietatis intorqueret
quicquid eorum contra se malicia permis
sa saeuiret. Dicatur ergo ei. Ecce in manu
tua est: Quia ad feriendā carnem seuiens
licentiam accepit: sed potestati illius nesci
ens deseruiuit. Ca. 13.



Animam vero illius serua
re precipitur: non qꝛ hanc
tentare prohibeatur: sed ꝙ A
hanc superare nō posse con
uincitur. Neqꝫ enim sicut
nos qui puri homines su
mus irruente sepe tentatione concutimur:
ita redemptoris nostri anima tentationis
est necessitate turbata. Hostis nāqꝫ noster Mat.
⁊ si in excelsum montem eum quem pmis
sus assumpsit: si daturum se regna mundi
perhibuit: si quasi in panem vertēdos lapi
des ostēdit: mentem tamē mediatoris dei
⁊ hominum tētatione quassare nō valuit.
Sic enim dignatus ē exterius cuncta susci
pere: vt tamen mens eius interius diuini
tati sue inherens inconcussa permaneret.

Jo.2.| Qui et si quando turbatus spiritu in fre-
muisse dicitur: ipse tamen diuinitus dispo
nebat: quantum ipse humanitus turbare-
tur: immutabiliter omnibus presidens: et
semetipsum mutabilem in satisfactione in
firmitatis ostendens. Quietus ergo in semet
ipso manens disposuit: quicquid pro osten
denda humanitate quam susceperat: etiam
turbulentus fecit. Quia vero cum recte di
ligimus nihil in rebus conditis anima no-
stra carius amamus: et sicut animam nostram
eos diligere dicimus: quibus amoris nostri
exprimere pondus conamur potest per eius
animam electorum vita signari. Et cum sa
B than ad feriendam redemptoris carnem
permittitur ab anima separatur: quia cum cor
pus eius ad passionem accepit: electos eius
a iure sue potestatis amittit: cumque illius ca-
ro per crucem moritur: horum mens contra
tentamenta solidatur. Dicatur ergo. ((Ec
ce in manu tua est.)) Verumtamen animam
illius serua. Ac si aperte audiat. Licentiam
contra corpus eius accipe: et ab electis illius
quos apud se ante secula presciens possidet
ius praue dominationis perde.



Gressus igitur sathan a
facie domini percussit Job vl-
cere pessimo: a planta pedis
A vsque ad verticem.)) Nullus
in hac vita electorum venit
qui non huius hostis aduer
sa sustinuit. Membra autem nostri redem
ptoris extiterunt etiam qui ab ipso mundi
exordio dum pie viuunt crudelia passi sunt.
Isa.53. An non huius membrum Abel se esse perhi
buit: qui eius mortem de quo scriptum est:
sicut agnus coram tondente se obmutescet
et non aperiet os suum: non solum placens in
sacrificio: sed etiam moriens tacendo signa
uit. Ab ipso itaque mundi exordio redempto-
ris nostri corpus expugnare sathan cona-
tus est. A planta ergo pedis vsque ad verti-
cem vulnus intulit: qui prius ab hominibus
inchoans: vsque ad ipsum caput ecclesie se-
uiendo peruenit. Bene autem dicitur. ((Te
sta saniem radebat.)) Quid enim aliud in
manu domini testa est: nisi caro ex nostre
substantie luto sumpta. Etenim testa igne
solidatur. Caro autem domini eo ex passio
ne sua robustior extitit: quo per infirmitatem
moriens: a morte sine infirmitate surrexit.

Unde recte etiam per prophetam dicitur.
Exaruit velut testa virtus mea. Sicut testa Ps.21.
enim eius virtus exaruit: qui suscepte car-
nis infirmitatem passionis sue igne robora
uit. Quid vero per saniem: nisi peccatum de
bet intelligi. Per carnem quippe et sangui-
nem: solent carnis peccata designari. Un-
de per psalmistam dicitur. Libera me de Ps.50
sanguinibus. Sanies itaque putredo sangui
nis est. Quid vero accipimus saniem nisi B
carnis peccata ex longa vetustate peiorata.
Vulnus itaque in saniem vertitur: cum negle
cta culpa vsu veteris grauatur. Media-
tor itaque dei et hominum: homo Christus Je-
sus corpus suum manibus persequentium
tradens: saniem testa rasit: quia peccatum
carne deleuit. Venit enim sicut scriptum est: Phil.2.
in similitudinem carnis peccati: vt de pec-
cato damnaret peccatum. Dumque hosti obij-
cit innocentiam carnis sue: extersit conta-
gia carnis nostre: et ex qua nos captiuos
inimicus tenuit per illam nos liberos expia
uit. quia quam nos instrumentum fecimus
culpe: hec nobis per mediatorem versa est
in arma iusticie. Testa ergo sanies raditur
cum carne culpa superatur. Bene autem
subditur. ((Sedens in sterquilinio.)) Non
in foro in quo lex perstrepit: non in edificio
quod se culmine in alta sustollit: sed in ster-
quilinio resedit: quia videlicet redemptor hu
mani generis ad carnem veniens: attestan Heb.4.
te Paulo infirma mundi elegit: vt confun- C
deret fortia. An non quasi ruentibus edifi-
cijs in sterquilinio resedit: qui relictis iudeis
superbientibus: in ea quam dudum abiecerat
gentilitate requiescit. Extra habitaculum
reperitur in vulnere: qui in eo quod iudeam
aduersantem pertulit: passionis dolorem a
gente propria despectus sensit Joanne at-
testante qui ait. In propria venit: et sui eum Jo.1.
non receperunt. Sed quomodo sedens in
sterquilinio conquiescat: hec eadem de se-
metipsa veritas dicat. Ait enim. Gaudium Luc.15.
erit in celo super vno peccatore penitentiam
agente quam supra nonagintanouem iustis qui
non indigent penitentia. Ecce volens in ster
quilinio sedet: qui post perpetratas culpas
libenter corda penitentium possidet. An non
quasi quoddam sterquilinium sunt corda
penitentium: qui dum mala sua flendo con-
siderant: quasi ante se stercora: se se abijcie

do concernat? Percussus ergo Job montem non perijt: sed in sterquilinio sedet: qz ad passionem redemptor veniens: alta superborum corda deseruit: et in afflictorum humilitate requieuit. Quod tamen de se et prius q̃ incarnaretur indicauit cum per prophetam dixit. Isa.56. Ad quem respiciam: nisi super humilem et quietum: et trementem sermones meos? Quis vero consideret q̃ is q̃ tot pia hominibus intulit: quot ab hominibus peruersa tolerauit? Quis consideret quanta nunc usq̃ tolerat: etiam cũ de celo super corda fidelium regnat. Ipse quippe quotidie patitur omne quod a reprobis eius electi lacerantur. Et quamuis caput huius corporis quod videlicet nos sum⁹: iam sese super omnia liberum erexerit: reproborum tamen vulnera adhuc per suũ quod B deorsum retinet corpus sentit. Sed quid ista de infidelibus dicimus: cuz in ipsa quoq̃ ecclesia multos carnalium prauis moribus contra redemptoris vitam pugnare videamus? Sunt namq̃ nonnulli qui hunc qz gladijs non possunt: peruersis actibus insequuntur: qz dum sibi in ecclesia vidẽt de esse quod ambiunt hostes bonorum fiunt: et non solum praue semetipsos actioni inserunt: sed etiam iustorum rectitudinẽ inficere ad peruersa moliuntur. Eterna quippe intueri negligunt: et appetitu temporalium mentis pusillanimitate succũbunt: tantoq̃ ab eternis altius corruunt: quanto bona temporalia esse quasi sola suspicantur. His iustorum simplicitas displicet: et cũ occasionem perturbationis inueniunt: suam eos arripere duplicitatem suadent. Unde hoc quoq̃ congruit apte quod subditur.

¶ Dixit autem illi uxor. Adhuc permanes in simplicitate tua? Benedic deo et morere. Cuius enim speciem male suadens mulier tenuit: nisi quorũlibet carnalium in ecclesie sinu positoruz qui quo verbis professe fidei intus sunt: eo bonos in correctis C suis moribus peius premunt. Nam minus fortasse nocuisset si non eos sancta ecclesia introrsus admittens usq̃ ad fidei cubile reciperet: quos dum per professam fidem recipit: sibi proculdubio pene ineuitabiles facit. Hinc est q̃ premente turba una redẽptorem nostrum mulier tetigit unde et idez redemptor noster protinus dicit. Quis me Mar.5. tetigit? Cui cum discipuli responderent: Turbe te premunt et affligunt: et tu dicis quis me tetigit: illico adiunxit. Tetigit me aliquis. Nam et ego noui virtutem de me exisse.

Ca. 15.



Multi ergo dominum comprimunt: et una tãgit: quia A carnales quiq̃ in ecclesia eum premunt a quo longe sunt et soli tangũt qui huic veraciter humiles adiunguntur. Turba igitur premit: quia multitudo carnalium quo intus admittitur: eo grauius toleratur. Premit et non tangit: quia et importuna est per presentiam: et absens per vitam. Nonnunquã enim prauis nos sermonibus: nonnunq̃ vero solis peruersis moribus insequuntur. Suadẽt namq̃ aliquando que tenent: aliquando vero et si non suadeant: prebere tamen iniquitatis exempla non cessant. Qui igitur ad mala nos vel verbis vel exemplis illiciũt: profecto persecutores nostri sunt: a quibus tẽtationum certamina sumimus: que saltem in corde vincamus. Sciendum vero est: qz carnales in ecclesia aliquãdo metu: aliquãdo vero audacia suadere peruersa contendunt. Cũq̃ ipsi vel pusillanimitate vel elatione deficiunt: hec iustorum cordibus infundere quasi ex dilectione moliunt. Carnalem videlicet mentem Petrus ante re- B demptoris mortem resurrectionemq̃ retinebat. Saruie filius carnali mẽte duci suo Dauid adiunctus inheserat: sed tamen unus formidine: alter elatione peccabat. Ille quippe mortem magistri audiens dixit. Absit a te domine non erit tibi hoc. Mat.16. Hoc vero iniurias ducis non ferens ait. 2.Reg.16. Nunquid pro his verbis nõ occidetur Semei: qui maledixit Xp̃o domini? Sed illi mox dicitur. Redi post me sathana et hic cum germano audiuit protinus. Quid mihi et vobis filij Saruie? cur efficimini mihi hodie in sathan? Male itaq̃ suadentis angeli apostate appellatiõe cẽsent: q̃ verbis blandis ad illicita quasi diligẽtes trahũt. Ualde vero deteriores sunt q̃ huic culpe nõ formidine: sed elatione succubunt. Quorũ specialiter beati Job uxor figuraz tenuit: C

que marito suadere superba tentauit di-
cens. ((Adhuc permanes in simplicitate tua:
Benedic domino: et morere.)) Simplicita-
tem in marito redarguit: transitoria cun-
cta despiciens puro corde sola eterna con
cupiscit: Ac si aperte dicat. Quid simpliciter
eterna appetis et sub malis presentibus equani
miter ingemiscis: Excedens eterna despice:
et mala presentia vel moriens euade.

Capitulum. 16.

A Sed electi quique cum praua
itus a carnalibus tolerant
quatenus eo se formam rectitudi
nis ostendant discamus ex
verbis vulnerati et incolu-
mis sedentis et erecta qui
ait. ((Locuta es quasi vna ex stultis mulie
ribus. Si bona accepimus de manu domi
ni mala quare non sustineamus.)) Sancti
viri tribulationum bello deprehensi cum vno
eodemque tempore alios ferientes: alios suadentes
feriunt: illis opponunt scutum pacientie: istis
iacula intorquent doctrine atque ad vtrunque
pugnandi modum mira virtutis arte se eri-
gunt quatenus et peruersa intus sapienter
doceant: et foris fortiter aduersa contemnant: hos
docentes corrigant: illos tolerantes premant.
Insurgentes namque hostes patiendo despiciunt
infirmantes vero ciues compatiendo ad salu-
tem reducunt. Illis resistunt ne et alios sub-
trahant: istis medentur: ne vitam rectitudinis
funditus perdant. Videamus castrorum dei mi
2. Cor. 7 litem contra vtraque pugnantem. Ait enim. Foris pu
gne: intus timores. Enumerat bella que ex
2. Cor. xi triseccus tolerat dicens. Periculis fluminum
periculis latronum: periculis ex genere: pericu
lis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis
in solitudine: periculis in mari: periculis in fal
Vbi. s. sis fratribus. In hoc autem bello que contra
aduersarium spicula intorqueat: adiungit. In
labore et erumna: in vigiliis multis: in fame
et siti: in ieiuniis multis: in frigore et nudita
te. Sed inter tot certamina deprehensus di
cat: quanto vigiliarum munimine etiam castra cu
B stodiat. Nam protinus adiungit. Preter il
la que extrinsecus sunt instantia mea quoti
diana: solicitudo omnium ecclesiarum. Et ec
ce in se bella fortiter suscipit: et tuendis se
proximis misericorditer impendit. Narrat ma
la que patitur: subiungit bona que impertit.

Pensemus ergo cuius laboris sit: vno eodem-
que tempore foris aduersa tolerare: intus infirma
protegere: quia verberibus sciditur: cathe-
nis ligatur. Intus metum tolerat quia pas-
sionem suam non sibi sed discipulis obesse
formidat. Vnde et eisdem scripsit dicens. Ne- 1. Thes. 3.
mo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi
enim scitis quod in hoc positi sumus. Aliorum
quippe casus in propria passione metuebat: ne
dum ipsi discipuli afflictum pro fide verberi
bus agnoscerent fideles se esse profiteri re-
cusarent. O immensa viscera charitatis: De
spicit quod ipse patitur: et curat ne quid praue
persuasionis discipuli in corde patiantur
Ipse in se contemnit vulnera corporis: et in aliis
vulnera medetur cordis. Habent quippe hoc
iusti proprium: vt in dolore positi tribulatio-
nis sue curam non deserant vtilitatis aliene:
et cum de se aduersa patientes dolent: aliis
necessaria docentes prouident: et quasi percus
si quidam magni medici egrotant. Ipsi tole-
rant scissuras vulneris: et aliis proferunt me-
dicamenta sanitatis. Valde autem minoris la
boris est: aut docere cum nihil toleras: aut to C
lerare cum nihil doces. Vnde sancti viri ad
vtraque se solerter extendunt: et cum tribula
tionibus fortasse feriuntur. sic exteriora bella
suscipiunt: vt solicite cogitent ne proximorum
interiora lacerentur. Sic sancti viri fortiter
in acie assistunt: et illinc iaculis aduersantia
pectora feriunt: hic scuto postpositos debi
les tuentur: atque vtrobique velocitate circum
spectionis inuigilant: quatenus et ante se au
daces confodiant: et post se trepidos a vul-
nere defendant. Quia igitur sancti viri sic
sciunt foris aduersa tolerare: vt intus eti-
am nouerint peruersa corrigere: Dicatur
recte. Locuta es quasi vna ex stultis mulie
ribus. Quia enim electis dicitur. viriliter agi Ps. 30.
te: et confortetur cor vestrum: mentes carna
lium que fluxa deo intentione deseruiunt:
non immerito mulieres vocantur. ((Si bona
accepimus de manu domini: mala quare
non sustineamus:)) Ac si dicat. Si ad bona
eterna tendimus: nimirum si temporalia ma-
la sufferamus. Hec autem bona solicite
Paulus inspexerat: quando illata equa-
nimiter mala tolerabat dicens. Non sunt con Ro. 8.
digne passiones huius temporis: ad super
uenturam gloriam que reuelabitur in nobis.

B ¶ In his omnibus nō peccauit Job labijs suis.)) Sancti viri cum persecutionē foris intusq; patiūtur: nō solū in dei iniurijs minime excedāt sed ne q contra ipsos aduersarios contumeliosa v̄ba iaculantur. Quod dux bonoꝝ recte Petrus admonet dicēs.
1.pe.4. Nemo vestrum patiatur: quasi homicida aut fur: aut maledicus. Maledicus enim patitur: q passionis sue tempore: in sui saltem iniuria persecutoris effrenatur. Sed q2 redemptoris corpus sancta nimirū ecclesia ita pondus dolorum portat: vt hūilitatis modū per verba nō trāseat. Recte de hoc dolēte dr̄ ((In omnibus his nō peccauit Job labijs suis: neq; stultum quid cōtra deum locutus est.))

Capitulum. 17.

A T ((Gitur audientes tres amici Job oē malum quod accidisset ei: venerunt singuli de loco suo: Eliphas themanites: & Baldach suites et Sophar naamathites.)) In prefatione huius operis diximus q2 amici beati Job & si bona ad eum intentione ꝯuenitūt: hereticoꝝ tamen iccirco speciē tenent: q2 ad culpam indiscrete loquēdo dilabūtur. Unde & illis ab eodē beato Job dr̄. ((Disputare cum deo cupio: prius vos ostēdens fabricatores mēdacij & puersoꝝ cultores dogmatum.)) Sancta itaq; ecclesia oī hoc in tempore peregrinatōis sue in afflictione ꝯstituta: dum vulnera sustinet: dum mēbroꝝ suorum lapsus dolet: insuper alios sub xp̄i nomīe tolerat hostes xp̄i. Ad augmētum nāq; doloris eius etiam heretici in contentōe ꝯueniunt eāq; quasi quibusdam iaculis irrationabilibus verbis transfigunt. Bene aūt dr̄. ((Conuenerunt d loco suo.)) Hereticorū quippe locus ipsa superbia est: q2 nisi prius in corde intumescerēt
B ad praue assertionis certamina nō conuenerunt. Ita nāq; malorum locus ē superbia: sicut est econtra humilitas locus bonorum. De quo loco per Salomonem dicitur. Si spūs potestatem habēns ascēderit super te locum tuū ne dimiseris. Ac si aperte dicat. Si tētatoris spūm contra te in aliquo preualere consideras: humilitatem ꝑnie nō derelinquas: Qui q2 locum nostrū humilitatem ꝑnie dixerit: verbis sequenti-
Eccs.x.
bus ostēdit dicēs. Quia curatio cessare faciet peccata maxima. Quid.n.ē aliud humilitas lamēti: nisi medicina peccati? Heretici igitur de loco suo veniūt: q2 ꝯtra sanctam ecclesiam ex superbia mouent quoꝝ peruersa quoq; actio ex ipsa suorū noīum interpretatione colligitur. Dicuntur enim Eliphas Baldach: Sophar. Sicut & superius diximus: Eliphas interpretatus est dei contemptus. Nisi enim deū contēnerēt nequaq̄ de eo peruersa sentirēt. Baldach autē interp̄tatur vetustas sola. Dum .n. vinci refugiūt: & peruerso studio eē victores q̄runt bone vite ꝯuersationē negligūt: & ex sola vetustate est quod intendūt. Sophar vero speculam dissipans interp̄tatur. Hi etenim q in sancta ecclesia fiti sunt: redēptoris sui mysteria fide vera humiliter contēplātur. Sz dum heretici cum falsis allegationibus veniūt: speculam dissipant: q2 eorū mētes quas ad se trahūt: ab intentione recte cōtemplationis inclinant. Ca. 18. Tbi.3.
C
B Ene aūt loca de quibus veniunt: congrua hereticorum actibus describūtur. Dicitur cui Themaites: Suites: Naamathitos. Thema nāq; interp̄tatur auster: sui loquens: naama decor. Austrum aūt ventum calidū eē quis nesciat? Heretici igitur q ardentius appetunt sape quasi plusq̄ necesse ē studēt calere. Desidia quippe corpis & frigoris & rursum ingetudo imoderate curiositatis: imoderato concordat calore. Quia ergo amplius calorem q̄ dat sapie ꝑcipere appetūt ab austro venire referūtur. Ab hoc calore imoderate sapie: mētes fidelium Paulus tempare curauerat cum dicebat. Nō plus sapere: q̄ oportet sape: sz sape ad sobrietatem. Hinc est q Dauid valles salinarum percutit: q2 vz redēptor noster sue districtionis examine in his q de illo praua sentiūt stulticiam imoderati saporis extiguit. Suit aūt dr̄ loquens. Calorem quippe nō vt bene viuant: sed vt elate loquātur hēre desiderant. A themā igitur & suit. i. a calore et loquacitate venire referuntur: q2 p hoc q scripturarū se studiosos exhibent. solius verbis loquacitatis: nō aūt visceribus charitatis calent. Naama ꝑo interpretatur decor A
Ro.2.

qr enim docti nō eē s3 videri appetunt: ex
eruditōis vbis spēm bene viuētiu3 sumūt
Et per calorem loquacitatis vite imaginē
ostendūt decoris: vt eo per decorem3 lingue
peruersa facile persuadeant: quo feditatē
vite sensus caliditate occultant. Sed neq3
ipa locorum nomina inordinata sunt nar-
B ratiōe distincta. Prius.n. Themā: postmo-
du3 Suit: ac deinde Naama ponitur: qa
prius illos inordinatus calor accēdit i cor-
de: deinde nitor loquacitatis erigit: & tunc
demū decoros hoībus hypocrisis ostendit.
Condixerant enim vt pariter venientes visi
tarēt eum & ɔsolarētur. Condicūt sibi here
tici quādo praua quedam contra ecclesiā
ɔcorditer sentiūt: & in omnib9 a vitate dis-
crepāt: & sibi in falsitate ɔcordant. Oēs āt
q nos de eternitate erudiūt: qd aliud faci-
unt: nisi in peregrinatōis nostre nos afflic-
ctione ɔsolantur: Heretici aūt q sanctam
ecclesiam sua docere desiderant: ad eā qua
si ɔsolantes appropinquāt. Nec miru3 q
Mat.26 q aduersantium formam exprimūt noian-
tur amici: cum ipsi quoq3 traditori dī. Ami
ce ad qd venisti: Is diues q inferni igni
cruciatur: ab Abraam filius vocatur: qr & si
per nos mali corrigi negligunt: dignum ta-
men est vt a nobis nō ex sua nequia: sed ex
nostra benignitate amici nominētur. ((Cū
C q3 eleuassent ɔcul oculos suos: nō cogno-
uerūt eum.)) Heretici q3 eā sancte eccle-
sie facta considerāt: oculos leuāt: qr ipsi v3
in imo positi sunt: & cum eius opera respi-
ciūt: in alto sunt ista que cernūt: sed tamen
hanc in dolore positā: nō cognoscūt. Ipsa
qppe appetit hic mala recipe: vt possit ad
eterne remuneratōis premiū purgata per
uenire. Plerūq3 ɔspera metuit: & in discipli
na eruditōis hilarescit. Heretici igit qr ɔ
magno prescītia appetunt: eam in vulne-
ribus positam non cognoscunt. Hoc nāq3
quod in illa cernūt: in suorum cordium co
gitatione nō relegunt. Lux ergo hec aduer
sitatibus pficit: ipsi suo stupori inherent: qr
per experimentum ignorant: que vident.

Ca.19.

Scissisq3 vestibus sparserunt
puluerem super caput suū
in celum.)) Sicut vestimē
ta ecclesie cunctos fideles
accipiunt: vnde & per pro-
phetam dicit: omnibus his vestieris velut Isa.49. A
ornamento: ita hereticorum vestes sūt oēs
q eis concorditer inherentes: illorum erro-
ribus inuoluūtur. Habēt vero heretici hoc
ɔpriū: q in eo gradu in quo de ecclesia exe
unt diu stare nō possunt: sed ad deteriora
quotidie ruunt: & sentiendo peiora in mul-
tis se partib9 scindūt: atq3 a semetipsis ple
rūq3 longius confusionis sue altercatione
diuidūtur. Quia ergo hos quos sue perfi
die adiūgunt: adhuc in multa diuisione di
laniant. Dicatur recte q amici q venerunt
vestes rūpant. Ruptis autem vestib9 cor-
pus ostenditur: qr sepe scissis sequacib9 ma
licia eorum cogitationis apitur: vt discor-
dia dolos patefaciat: quos grauis pri9 cō-
cordie culpa claudebat. Puluerem vo in
celo super capita spgunt. Quid vero per
puluerem: nisi terrena negligentia: Quid
per caput nisi hoc quod pricipale nostrum
est: mens videl3 designatur: Quid per ce-
lum nisi preceptum superne locutionis ex- B
primitur: Puluerem ergo super caput in
celum spgere est: seculari intellectu mentē
corrumpere: & de vbis celestib9 terrena sen
tire. Diuina autem verba plus discutiūt:
plerūq3: q3 capiunt. Super capita igit pul-
uerem spargunt qr in preceptis dei p ter-
renam intelligentiam vltra suarum men-
tium vires extēdūtur. ((Sederuntq3 cu3 eo
in terra septem diebus & septē noctibus.))
In die que videmus agnoscimus: i nocte
autem aut cecitate nil cernimus: aut dubi
etate caligamus. Per diem itaq3 intelli-
gentia: per noctem ignorantia designatur.
Septenario vero numero summa vniuer-
sitatis exprimitur. Unde & non ampli9 q3
septem diebus omne hoc tempus transito
rium consumatur. Quid est ergo qd ami
ci Job consedere: & septem diebus & septē C
noctibus referūtur: nisi q heretici vel i his
in qbus verum lumen intelligunt: vel i his
in qbus ignorantie tenebras patiūtur: qua
si infirmanti sancte ecclesie se condescēde
re simulant: eiq3 sub blandimentorum spe
cie dolos deceptionis parant: Et q3uis vl
in his que intelligunt: vel in his que intel-
ligere non possunt elationis typo turgidi
se magnos apud semetipsos estimant: & nō
nūquam tamen se ecclesie sancte specie te-
nus inclinant & dum verba molliant virus

infundunt. In terra ergo consedere ē aliquid de imagine humilitatis ostendere: ve dum humilia exhibent: persuadeant superba que docent.

Capitulum. 20.



A Otest vero per terraz ipsa
Exo.20. etiaz mediatoris incarnatio designari. Unde ⁊ ad Israel dicitur. Altare de terra facietis mihi. Altare enim de terra domino facere est: incarnationem mediatoris sperare. Tunc quippe a deo munus nostruz accipitur: quando in hoc altari nostra humilitas.i.super dominice incarnationis fidem: posuerit gequid operatur. In altari ergo de terra oblatum munus ponim⁹: si actus nostros dñice incarnationis fide solidamus. Sed sunt nōnulli heretici q factam mediatoris incarnatōem nō dnegāt sed aut d dīnitate aliter ꝗ̄ est estimāt: aut in ipsa a nobis incarnatōis qualitate discordant. Qui ergo veram nobiscum incarnationem redemptoris perhibent: quasi cum Job in terra pariter sedent. Septem ꝓo diebus ⁊ septem noctibus in terra cōsedere describūtur: qz vel in hoc ꝙ aliquid de plenitudine veritatis intelligunt: vel in hoc ꝙ sue stulticie tenebris exhortantur: incarnationis mysterium negare nō possunt Cum beato Job in terra sedere ē: veram redemptoris carnem cum sancta ecclesia credere. Aliquando vero heretici ↄtra nos etiaz suppliciis seuiunt. aliquando nos solis verbis insequuntur: aliquando qctos lacessunt: aliquādo si nos tacentes videāt gescunt: ⁊ mutis amici sunt loquentib⁹ aduersantur. Unde quia beatus Job necdū ad illos aliqd differens dixerat recte subiungitur. ((Et nemo loquebatur ei ꝟbū:))
B Tacentes enim aduersarios habem⁹ si vere fidei filios predicando generare negligimus. Si autem recta loqui incipim⁹ graues mox contumelias ex eorum responsione sentimus: protinus in aduersitate prosiliunt: ⁊ contra nos in vocem doloris erūpunt: quia videlicet metuunt: ne corda q in infimis pondus stulticie aggrauat: ad altum vox recta loquentis trahat. Quia ergo vt diximus: mutos aduersarij diligūt loquentes oderunt: recte apud tacentē Job dr: ((Nemo loquebatur ei verbuz.)) Nā minꝗ̄ tamen cum per torporem inertie fidelium corda considerant: erroris semina spargere loquēdo nō cessant: Cum ꝓo mētes bonorum vident alta sapere: ⁊ ad patriam reditum querere: de erūna hui⁹ exilij strenuo dolore. circūspectione solicita linguam frenāt: qz vidēt ꝙ cōtra corda dolētium incassum loquentes citius obmutescant. Unde ⁊ recte cum diceretur: nemo loquebatur ei verbum: mox causa silentij subinfertur cum dicit. ((Uidebāt enim dolorem eē vehemētem.)) Cum enim amoris dei dolor vehemens corda nostra transfigit: passim praua loqui aduersarius metuit: qz videt ꝙ intētam mētem lacescēs nō solum ad peruersitatem trahere nō valet sed per exercitā fortitā sapiētiaz ⁊ quos tenuerat perdet. C

Capitulum. 21.



Ed fortasse aliquos monet nos hec ita dixisse: ꝙ A
que hi ab amicis gesta sunt: male ab hereticis gerenda significet. Sed sic plerisqz res quelibz p hystoriam virtus ē: p significationem culpa: sicut aliquādo res gesta: in facto cā damnatōis est. in scripto . utē ꝓphetie virtus Quod verum citius ostēdimus si vnum sacre scripture testimonium ad vtraqz probanda proferamus . Quis nāqz audiens. non solum fidelium: sz ipsorum quoqz infidelium nō omnimodo detestetur quod David in solario deambulās Bersabee Urie concupiscit vxorem: Quē tamen a prelio reuertentem: ire ad domū. admonet: pedes lauare. Qui protinus respondit dicens. Archa domini sub pellibus est: ⁊ ego in domo mea requiescam: Quem David ad mensam propriam suscepit: eiqz epistolas per quas mori debeat tradit . Cuius autem David in sola- 2.Reg
rio deambulans typum tenet: nisi eius d quo scriptum est: In sole posuit taberna- Ps.4
culum suum. Et quid est Bersabee ad se perducere: nisi legem littere carnali populo coniunctam Spirituali sibi intellectu sociare: Bersabee enim putens septi-

mus dr: qr nimirum per cognitionē legis i
fusione spūalis grē perfecta nobis sapien-
tia ministratur. Quem pro Urias: nisi iu
daicum populum designat? Cuius nomen
interpretatum dr: lux mea dei. Judaic⁹ enim
populus; qr de accepta legis scientia extol
litur. quasi de dei luce gloriatur. Sed huic
B Urie David vxorem abstulit: sibiqȝ cōiun-
xit: qr vz manu fortis quod David dicit.
in carne redemptor apparens: dum de se
spūaliter loq legem inatuit: per hoc quod
iuxta lrām tenebatur: hanc a iudaico po-
pulo extraneam demonstrauit: sibi ꝫ con-
iunxit: qr se per illam predicari declarauit.
Uriam tamē ad domū ire David admo
net: pedes lauare: qr incarnatus dominus
veniēs iudaico populo precepit: vt ad con-
scientiam redeat: sordes operū fletib⁹ ter-
gat. spūaliter legis mandata intelligat: et
post tantā duriciam preceptoꝝ fontē ba-
ptismatis inueniēs: ad aquam post laborē
recurrat. Sz Urias q archam dei esse sub
pellibus meminit. respondit ꝙ domū suaz
intrare nō possit. Ac si iudaicus populus
dicat. Ego mandata dei in sacrificijs car-
nalibus video: ⁊ redire ad conscientiaz ꝑ
spūalem intelligentiā nō regro. Quasi. n.
archam eē sub pellibus dicit: q precepta
dei nō nisi ad exhibēdum mysteriuz sacrifi
cij carnalis intelligit. Huic tamē redire eti
am ad domū nolentem: David ad mēsaz
vocat: qr q̄uis iudaicus populus ad ꝯsci-
entiam reuerti contēnat: ei tamen redem-
ptor veniens: mandata spūalia: pred cat
Jo.5. dicens. Si crederetis Moysi: crederetis for
sitan ⁊ mihi. De me. n. ille scripsit. Legem
ita q̄ iudaicus populus tenet: que eius di-
uinitatem loquit cui idem populus crede-
C re ddignatur. Unde ⁊ Urias ad Joab cū
epistolis ex qb⁹ occidi debeat mittitur: qr
idem ipe iudaicus populus legem portat:
qua conuicente moriatur. Dum. n. māda-
ta legis retinēs iplere renititur. ipse nimiꝫ
defert iudicium: vnde dānetur: Quid ergo
per factum istud David scelestius: qd vria
mundius dici pōt? Sed rursus per mysteri
um qd David sanctius: qd Uria infideli
us inenitur quando ⁊ ille per vite culpam
ꝓphetie si gnat inocentiam: ⁊ iste per vite
inocentiam in ꝓphetia exprimit culpam.
Non ergo incongrue per ea que bene smi

cis Job gesta sunt: male ab hereticis ger-
da signantur: dum virtus sacri eloquij sic
trāsacta narrat: vt ventura exprimat: sic i
factorem approbat: vt ei in mysterio con-
tradicat: sic gesta dānat: vt hec mistice ge-
renda persuadeat.

Capitulum. 22.

A Situr qr allegorie myste-
ria mēbratim enodātes ex-
pleuimus nūc moralitatis
intelligētiam raptim tangē
tes exequamur. Ad obscu-
ria quippe differenda mens
ꝓperat: ⁊ si aptis dm inuoluitur: clausa vt
dignū ē pulsare ꝓpenditur. Sepe antiqu⁹
hostis postq̄ȝ menti nostre tētationum cer-
tamen intulerit: ab ipso suo certamine ad
tēpus recedit nō vt illate malicie finē pre
beat: sed vt corda que per quiete secura red
diderit: repente rediens facilius inopinat⁹
irrūpat. Hinc ē ꝙ ad tētandum beatū vi-
rum iterū redit: eiusqȝ cruciat⁹ expetit quez
tamē ei superna pietas retinēdo concedit
dicēs: ((Ecce in manu tua est: tm̄ animam
illius serua.)) Sic quippe nos deserit vt cu-
stodiat: sic custodit vt tamen permisso ten
tationis articulo statum nobis nostre ifir-
mitatis ostendat. Qui mox a facie domi-
ni exijt atqȝ a planta pedis vsqȝ ad verti-
cem acceptum feriēdo vulnerauit: qr nimi
rum cum iniam percipit: a minimis incipi
ens: atqȝ vsqȝ ad maiora perueniēs quasi
omne corpus mentis illatis tentationibus
lacerando trāsfigit. Sed tamen ad aiam
feriendo non peruenit qr cūctis cogitatio
nibus interior: iter ipsa vulnera delectatio
num que suscipit archani propositi inten-
tione resistit: vt q̄uis delectatio mentem
mordeat: deliberationē tamen sancte recti
tudinis vsqȝ ad consensus molliciem non B
inflectat. Debemus tamen per asperitatē
penitētie ipsa delectationum vulnera ter
gere: ⁊ censura districtionis rigide: si quid
fluxum emanat in cogitatione mundare.
Unde bene mox subditur. ((Qui testa sa-
niē radebat.)) Quid enim per testā: nisi vi
gor districtionis: qd per saniē: nisi fluxus
illicite cogitatiōis accipitur? Percussi er
go testa saniē radimus: cum post pollutio-
nem cogitationis illicite nosmetipsos aspe
re diiudicandos mundamus. Potest etiam

testa fragilitas humanitatis intelligi. Testa
erga saniem mundare est mortalitatis cur
sum fragilitatẽq; pensare: ⁊ putredinem mi
sere delectationis abstergere. Nam dum
quisq; considerat: q̃ citius caro: ad pulue
rem redeat: festine superat hoc: q̃d se de car
ne intus turpiter impugnat. Cũ vero ex tẽ
tatiõe praua menti cogitatio insinuit: quasi
ex vulnere sanies decurrit. Sed cit⁹ sanies
tergitur: si in consideratione nostra fragili
tas quasi in manu testa teneatur. Neq; .n.
paruipendenda sunt: q̃ q̃uis vsq; ad effe
ctum non pertrahunt: tñ illicite in mente v
santur. Hinc est q̃ quasi a vulneribus redẽ
ptor saniem radere voluerat: cum dicebat.
Audistis quia dictum est antiquis non me
Mat. 5. chaberis. Ego aũt dico vobis q̃ si quis vi
derit mulierem ad concupiscendam eam:
iam mechatus est eã in corde suo. Sanies
itaq; tergitur: cum culpa non solum ab ope
re: sed etiam a corde resecatur. Hinc est q̃
Hieroboal cum a paleis frumenta excute
ret: angelũ vidit: ad cuius imperium proti
nus hedũ coxit. Quẽ super petraz posuit ⁊
ius carnium desuper effudit. Que angelus
virga tetigit: eaq; ignis exiens de petra con
sumpsit. Quid est enim frumentũ virga excu
tere: nisi rectitudine iudicij a vitiorum pale
is virtutũ genera separare? Sed hec agenti
bus angelus apparet: quia tanto magis do
minus interiora denũciat: q̃nto se studiosi⁹
homines ab exterioribus purgant. Qui oc
cidi hedũ precipit. i. oẽm appetitum carnis
nostre immolari. Carnesq; super petram po
ni: ⁊ ius carniũ desuper fundi. Quem aliũ
1. Cor. 10. signat petra: nisi eũ de quo p Paulũ dicit
Petra aũt erat xp̃s. Carnes vo petrã poni
mus cũ corpus nostrũ i imitatione xp̃i cru
ciamus. Ius etiã carniũ desuper fundit: q
in conuersatione xp̃i ipsas etiam a se car
nales cogitatiões exinanit. Quasi. n. ius ex
carne liqda in petra fundit: qñ mẽs a cogi
tationũ carnaliũ fluxu vacuat. Que tamẽ
mox angelus virga tangit: q: intentionẽ no
stram neq̃q̃ ptãs diuini adiutorij deserit.
B De petra aũt ignis exit: ⁊ ius carnesq; con
sumpsit: q: afflat⁹ a redẽptore spiritus tan
ta cor nostrũ flamma cõpunctionis concre
mat: vt oẽ q̃d in eo illicitũ ẽ: ⁊ operis ⁊ co
gitationis exurat. Q̃d ergo illic ẽ in petra
ius fundere: hoc ẽ hic saniẽ testa mũdare.
Perfecta eni mens solerter inuigilat: vt nõ
solũ peruersa agere renuat: sed omne etiaz
q̃d in se per cogitationes turpiter liquatur
tergat. Capitulum. 23



Ed sepe de ipsa victo
ria bellum oritur: vt cũ
immunda cogitatio vi
citur: victoris animus
elatione pulsetur. Sic A
ergo mẽtẽ necesse est p
munditiam erigi: vt tñ
sollicite obeat in humi
litate substerni. Unde ⁊ cũ de sancto viro
diceretur: testa saniẽ radebat: protinus ap
te subiungitur. ¶ Sedens in sterquilinio. ¶
In sterquilinio quippe sedere est: de se vi
lia quepiã ⁊ abiecta sentire. In sterquilinio
nobis quippe sedere est: ad ea que illicite
gessimus mentis oculos penitẽdo reducere
vt cũ ante nos peccatorũ stercora cernimus
oẽ q̃d in aĩo de elatione surgit inclinemus.
In sterquilinio sedet: qm infirmitatẽ suam
sollicitus respicit: ⁊ sese de bonis q̃ per gra
tiam perceperit nõ extollit. An non in ster
quilinio apud se Abraã sederat: q dicebat:
Loquar ad dñm meũ: cũ sim puluis ⁊ cinis Gen. 18.
Apte. n. cernimus in quo loco se apud se po
suerat q puluerẽ se ac cinerẽ etiam cũ deo
loqueretur estimabat. Si igitur ita se despi
cit qui vsq; ad honorẽ diuine collocutiõis
ascẽdit sollicita intentiõe pensandũ ẽ: q̃ pẽa
illi feriẽdi sũt: q ad sũma nõ pficiunt: ⁊ tñ
de minimis extolluntur. Nam sunt nonnul
li qui cuz parua agũt, de semetipsis magna
sentiunt: in altũ mentem subleuãt: ⁊ preire
se ceteros virtutũ meritis putant hi nimiruz
apud se introrsus humilitatis sterqlinium
deserunt. ⁊ elationis fastigia ascendũt: illiz
vz imitantes: qui primus se apud se extulit
sed eleuando prostrauit: illũ imitantes qui
accepta cõditionis dignitate contentus non
fuit dicens. In celũ ascẽdã sup astra celi ex
altabo soliũ meũ. Unde ⁊ ei male conuicta Apoc. 18.
Babilonia. i. confusa multitudo peccantiuz B
dicit. Sedeo regina: ⁊ vidua nõ sum. Quis
quis ergo introrsus intumescit, i altũ se apd Esa. 47
semetipm ponit. Sed eo se grauius in infi
mis deprimit: quo de se infirma veraciter sen
tire ptẽnit. Sũt vo nõnulli q nihil qdẽ virtu
tis studẽt agere: sed tñ cũ alios peccare cõ
spiciũt iustos se i eoz cõparatõe suspicant.

Neq; enim corda oium vna vel similis cul/
pa trãsfigit. Hũc itaq; supbia illaqueat: aliũ
forsitan ira supplãtat. Hũc aũt auaricia cru
ciat: aliũ vero luxuria inflammat. Et plerũq;
C contingit vt his quẽ superbia deprimit: aliũ
respiciat qualiter ira succedant. Et q2 se nõ
ctiua ira instigat: meliorẽ se iracundo iam
reputat: atq; apud semetipsum quasi de iu
sticia extollitur: q2 pẽsare vitiũ negligit quo
grauius tenet. Plerũq; cõtingit vt is quẽ
auaricia sauciat: alium in luxurie vorgine
mersũ cernat. Et q2 se a pollutione carnali
alienũ respicit: quib9 ipse sordibus spiritua
lis vicij intrinsecus polluitur non attendit.
Dũq; in alio pensat malum qd ipse nõ ha/
bet: in se negligit ꝯsiderare qd hz. Sicq; fit
vt dum ad aliena dijudicãda mens ducit;
proprij iudicij lumine priuet: et eo duri9 cõ
tra aliena superbiat: quo sua negligentius
ignorat.

Capitulum. 24.

A 
T cõtra qui ad alta virtu/
tũ surgere veraciter appe/
tunt cũ alienas culpas au/
diunt mox ad ꝓprias cor
reducunt: et tanto rectius il
las dijudicant: quanto verius
istas deplorant. Quia igitur electus quisq;
infirmitatis sue consideratiõe se cõprimit:
dicat recte: quia vir sctũs in sterquilinio dolẽs
sedet. Qui enim vere se humiliat continue
cõsideratiõis oculo quibus circũspect9 sit:
delictorũ sordibus proficiens pensat. Scien
dum vero ẽ q2 plerũq; in prosperis importu
na tentatione mens tangitur. sed tñ aliqñ
et aduersa exterius patimur: et intus tenta/
tionis impulsu fatigamur: vt et carne flagel
la crucient: et tñ ad mẽtẽ carnalis suggestio
inundet. Unde et bene post tot beati Job
vulnera adhuc subiuncta sunt: etiam male
suadentis vxoris vba q ait. ¶ Adhuc per/
manens in simplicitate tua: Benedic deo et
morere. Uxor quippe male suadens: ẽ car
nalis cogitatio mentẽ lacescens. Sepe enĩ
dictũ ẽ et foris flagellis atterimur: et intus
carnalis suggestione fatigamur. Hinc ẽ enĩ
Tren. 4. qd hieremias deplorat dicens. Foris inter/
ficit gladius: et domi mors similis est. Foris
enim gladius interficit: cum nos exteri9 fe/
riens vindicta confligit. Sed domi mors si/
milis est q2 et flagella qdem sustinet: et tñ in
tus conscientia a tentationis sordibus mũ/
da non est. Hinc dauid ait: Fiãt tanq; pul/ Ps. 34.
uis ante faciem vẽti. et angelus dñi affligẽs
eos. Qui enim in corde suo aura tentatio/
nis rapit: quasi ante venti faciem puluis ele/
uatur. Et cum inter hec diuina districtio ꝑ/
cutit: qd aliud q̃ angelus dñi affligit. Sz
hec aliter agũt a reprobis: aliter ab electis.
Illorũ naq; corda ita tentantur vt consen B
tiant: istorum vero tentationes quidem susci
piunt: sed repugnant. Illorum cor delectabi
liter capitur: et si ad tempus qd male sugge
ritur displicet: sed postmodum per delibera
tionem libet. Isti vero sic tentationum iacula
excipiunt: vt semper resistendo fatigentur: et
si qñ vsq; ad delectationẽ tentata mens ra/
pit: ipam tñ citius subreptiõe z sue delecta
tionis erubescunt: et forti censura redargũt
quicqd intra se exurgere carnaliter depre/
hendunt: Unde et bene mox subiungitur.
¶ Locuta es quasi vna ex stultis mulierib9.
Si bona suscepimus de manu domini mala
quare nõ sustineamus? Dignum quippe
est: vt sancta mens spirituali correptione cõ
primat: quicquid apud se carnale insolẽter
immurmurat. ne caro aut loquens aspera ad
impatientiam pertrahat: aut loquẽns blan
da ad libidinis fluxa dissoluat. Censura
igitur virilis illicite cogitationis suggestio/
nẽ redarguens: dissolutã turpidinis molli/
ciẽ deprimat dicens. Locuta es quasi vna ex C
stultis mulieribus. Et rursum cõsideratione
munerũ: cogitationes aspere ad impatien/
tiã refrenat dicẽs. Si bona suscemus de ma/
nu domini. mala quare non sustineamus?
Quisq; autem subigere vitia appetit: et ad
eterna interne retributionis culmina vere
intentionis gressibus tendit: quo magis vel
lari se viciorũ bello vndiq; conspicit: eo se
virtutũ armis robustius accingit et tanto mi
nus iacula metuit: quanto cõtra hec venien
tia fortiter pectus munit. Sed plerũq; dum
contra hoc tentationũ bellũ fulciri magnis
virtutibus nitimur: quedam se nobis vicia
sub specie veniunt. sed cultus. aduersitatis
sint: discusse sentiuntur. Unde et aici beati
Job qui ꝓ consolatione cõuenerant: sed i cõ
tumelias erumpunt: q2 insidiantia vicia vir
tutũ faciẽ sumunt: sed hostili inuectiõe nos
feriant: Nã sepe immoderata ira iusticia:
et sepe dissoluta remissio misericordia vult

videri. Sepe incautus timor: humilitas: se-
B pe refrenata superbia appetit libertas apparere. Ad consolandū ergo amici veniūt: sed ad increpationis verba dilabūtur: quia nimirū vicia virtutū specie palliata blanda quidem supficie inchoant; sed aspera nos cōtrarietate perturbāt. Bene aūt dicitur.
((Condixerant enim sibi: vt pariter venientes visitarent eum.)) Vicia quippe sibi sub virtutū pretextu cōdicunt: qr sunt quedā que adversum nos inter se quadā cōuenientia coniungūtur: sicut superbia ₇ ira: remissio ₇ timor. Vicina nāq₃ ē ira supbie: ₇ remissio timori. Condicendo ergo veniunt: que cōtra nos sibi ex quadam prauitatis cognatione sociantur.

Capitulum. 25

A Sed si erūnam nostre captiuitatis agnoscimus: si ex amore eterne patrie in intimis dolemus; vicia que male letis surripiunt; bene tristibus preualere nō possūt.
((Cūq₃ eleuassent procul oculos suos; non cognouerūt eum.)) Afflictos. n. nos vicia minime cognoscunt quia tristi cor mor vt pulsauerit reprobata resiliunt ₇ que nos letos quasi nouerāt: qr penetrabāt mētes: merentes cognoscere nequeunt: qr ipsa nostro rigore franguntur. Sed antiquus hostis quoniam: eis fortiter deprehendi se cōspicit: eo illa sub virtutū imagine altius abscondit. Unde ₇ subditur. ((Exclamātes plorauerunt: scissisq₃ vestib⁹ sparserunt puluerē super caput suum in celū: ₇ sederūt cū eo in terra septem diebus ₇ septē noctibus.)) Signatur enī₃ pietas per ploratū: discretio p scissionē
B vestiū. affectus operū p puluerē capitū: humilitas per sessionē. Aliqū enī quasi pium quid hostis īsidiās simulat vt ad crudelitatis terminū deducat sicut ē cū plecti p disciplinā culpā prohibet q̄tenus que hic nō reprimitur: igne gehēne feriatur. Aliqū discretionis imaginē oculis obijcit: ₇ ad indiscretionis laqueos pducit: sicut est cū impulsu ei⁹ pro īfirmitate nobis pastus alimentorum q̄si discrete cōcedim⁹. s₃ īdiscrete cōtra nos bella carnis excitamus. Aliqū affectū simulat bonorū operū: sed per hunc inquietudinē irrogat laborū: sicut est cum quis quiescere non valet: ₇ quasi d ocio iudicare timet.

Aliqū enim imaginē hūilitatis ostendit: vt effectū vtilitatis subtrahat: sicut ē cū quosdam plusq₃ sunt infirmos atq₃ inutiles sibimetipsis asserit. vt dū se nimis indignos cōsiderant res in qbus prodesse proximis poterāt ministrare ptimescant. Sed hec vitia que sub virtutum spē antiquus hostis occultat. valde subtiliter manus cōpunctionis examiat. Qui. n. veraciter intus dolet: que agēda sunt fortiter puidet. Si. n. nos vis compunctiōis in intimis afficit: ōis strepitus praue suggestiōis obmutescit. Unū et subditur. ((Et nemo loquebat ei verbū videbāt. n. dolorē esse vehemētē.)) Si. n. cor veraciter dolet: linguaz cōtra nos vitia nō habēt. Nā cū plene vitia rectitudis querūt supuacue suggestio prauitatis obturat. Sepe aūt si forti nos studio cōtra vitiorū incentiua stringimus: ipa ēt vitia ad vsum virtutis immutamus. Nōnullos nāq₃ ira possidet s₃ hanc dū rationi subijciūt in sancti zeli ministeriū vertūt. Nōnullos supbia erigit: sed dum diuine formidini animū inclināt: hanc ad defensionē iusticie i voce libere auctoritatis immutant Nonnullos fortitudo carnis illecebrat sed dū exercēdis pijs opib⁹ corp⁹ subdunt: vnde iniqtatis stimulos passi sunt inde pietatis lucra mercant. Unde ₇ bū idez
bt̄us Job post multa certamina: hostias p C
amicis imolat. Quos enī p cōtētionem diu hostes ptulit. qnq₃ p sacrificiū ciues reddidit: qr dū viciosas quasq₃ cogitationes subiūgēdo i virtutes vertimus: tentationū aduersa studia p intētionis hostiā q̄si ad amicoꝝ corda pmutamus. Hec nos in tribus voluminibus tripliciter deseruisse sufficiat. In ipso nāq₃ opis huius ēxordio velut in molē nasciture arboris lingue radicē fixim⁹: vt expositiōis ramos postmodū vt singula expetant loca producamus.

Sancti Gregorij Liber quartus.
Capitulum primum.

Ui textuz cō A
q fiderat ₇ sensum sacre locutionis ignorat: non taz se eruditiōe īstruit: quam ambiguitate cōfundit: qr nonnunq₃ sibi littere verba contradicūt: s₃ dū a semetipis p

cõtrarietatẽ differunt:lectorem ad intelligẽ
Eccl.7. tiã veritatis mittunt. Quid enim est qđ Salo
mon ait: Melius ẽ comedere ⁊ bibere. Et
non longe post subiicit. Melius ẽ ire ad do
mum luctus: q̃ ad domum conuiuij. Cur le
ticiam conuiuio pretulit: q̃ prius esum potũq̃
laudauit: Si enim per electionem bonum
est comedere ⁊ bibere: procul dubio melius
Eccs.12. esse debet ad domum gaudij: q̃ ad domum
lamenti properare. Hinc est quod iterum di
cit. Letare iuuenis in adolescentia tua: et
paulopost adiũxit. Adolescẽtia ⁊ voluptas
vane sunt. Quid ẽ hoc qđ vel prius repre
B hẽda precipit: vel qđ post precepta reprehen
ditur: nisi qđ ipsis littere verbis innotuit: vt
difficultatem exterius patiatur qui veritatis
intelligentiã consideret quã sequat: Que
nimirũ veritatis intelligentia cum per cordis
humilitatem queritur: assiduitate legendi
penetratur. Sicut enim ignotorũ hoĩum fa
cies cernimus ⁊ corda nescimus: sed si fami
liari eis locutione coniungimur: vsu colloquij
eorũ etiã cogitationes indagamus. Ita cũ
in sacro eloquio sola hystoria aspicitur: nihil
aliud q̃ facies videtur. Sed si huic assiduo
C vsu coniungimur: eius nimirũ mentẽ: quasi
ex collocutionis familiaritate penetramus
Dum enim alia ex aliis colligimus: facile in
verbis agnoscim⁹ aliud esse quod intimãt:
aliud quod sonant. Tanto autem quisq̃
noticie illius extraneus reddit: q̃nto in sola
eius superficie ligatur. Ca. 2.



A Ecce enim qđ beatus Job
diei suo maledixisse describit
dicẽs. Pereat dies in qua
natus sum: ⁊ nox in qua di
ctum est cõceptus ẽ homo
Si superficieten⁹ attendit:
quid his verbis reprehensibilius inuenit:
Quis aũt nesciat diem in quo natus ẽ ne
quaq̃ tunc stare potuisse: Modus quippe
est temporis: vt statum non habeat mansio
nis: Qui enim per ventura tendit ad esse:
semper ex preteritis festinat non esse. Cui
ergo vir tantus ei maledicere trei: quã ne
quaq̃ subsistere non ignoret Sed fortasse
aliquis dicat quod ex eo pondus virtutis
eius aspicitur: quia tribulatione commotus
illi rei maledictũ irrogat: que constat qđ mi
nime subsistat. Sed cuius peruersa ratio de
struit: quia si subsistebat res cui malediceret
perniciosum maledictum intulit si autem nõ
subsistebat ociosum. Quisq̃s vero eius spiri
tu plenus ẽ qui ait Omne verbum quod lo Mat.12.
cuti fuerint homines ociosum: rationẽ red
dent de eo in die iudicij: ita ociosa admitte
re: sicut etiam perniciosa formidat. Cui ad
huc sententie adiũgitur. Dies ille vertat
in tenebras nõ requirat eum deus desuper:
⁊ nõ sit in recordatione ⁊ non illustretur lu
mine: obscurent eum tenebre: ⁊ vmbra mor
tis: occupet eum caligo ⁊ inuoluatur amaritu
dine. Noctẽ illam tenebrosus turbo possi
deat: nõ cõputetur ĩ diebus anni: nec nume B
ret ĩ mẽsib⁹: sit nox illa solitaria: nec laude
digna: expectet lucem: ⁊ nõ videat: nec ortũ
surgentis aurore. Dies qui elapsus cursu
temporis scit: cur verti in tenebras dicitur:
Et cũ cõstat q: nõ subsisteret: cur optat vt
eum vmbra mortis obscuret: vel quem diẽ
caligo occupet: quẽ implicatio amaritudi
nis inuoluit: Aut quã noctẽ tenebrosus tur
bo possideat: quã nullus status tenet: Aut
quomõ optatur fieri solitaria: que transeun
do iam fuerat nulla: Aut lucẽ quomõ expe
ctet: q̃ ⁊ sensu caret: ⁊ in proprio statu non
permanet: Quibus adhuc verbis subiicit.
Quare non in vulua mortuus sum: egres
sus ex vtero nõ statim perij: Quare except⁹
genibus: Cur lactatus vberib⁹: Nũc enim
dormiens silerẽ: ⁊ somno meo requiescerẽ
Nunquid si egressus ex vtero statim perijs
set: retributionis meritũ ex hac ipsa perditiõ
ne susciperet: Nunquid eterna requie abor
tiui perfruuntur: Quisquis enim regenera
tionis vnda non soluit: reatũ primi vinculi
ligatus tenet. Qđ vero apud nos valet aq̃
baptismatis: hoc egit apud veteres vel pro
paruulis sola fides: vel pro maioribus virtus
sacrificij: vel p his q ex Abrae stirpe prodi
erant: misteriũ circuncisionis. Nã q: vnus C
quisq̃ cũ primi parentis culpa cõcipit pro
pheta testat dicẽs. Ecce enim in iniquitati Ps. 50.
bus cõceptus sum: ⁊ in peccatis cõcepit me
mater mea: Et quia is quẽ salutis vnda nõ
diluit: originalis culpe supplicia nõ amittit:
aperte per semetipsam veritas perhibet di
cens. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spi
ritusancto: non habebit vitam eternam.
Quid est ergo q in vulua se mortuũ fuis
se desiderat: ⁊ potuisse se quiescere eiusdem Jo.3.
mortis beneficijs sperat: dũ cõstet q neq̃

est requies vite susciperet: si a reatu illu orginalis culpe nequaquam divine cogitionis sacramenta liberassent. Qui adhuc cum quibus quiescere potuisset: adiungit dicens.
((Cum regibus et consulibus terre: qui edificant sibi solitudines.)) Quis ignoret: quod reges terre ac consules eorum a solitudine longe sunt: quo innumeris obsequentium cuneis constipantur. Vel quam difficile: hi ad requiem tendunt: qui tam duris rationum multiplicium nexibus astringuntur: scriptura teste
Sap.6. que ait. Iudicium durissimum his qui presunt
Luc.12. fiet. Unde et in euangelio veritas dicit. Cui multum datum est: multum queritur ab eo.
B Qui adhuc quos in eadem requie socios habuisset: insinuat dicens. ((Aut cum principibus qui possident aurum: et replent domos suas argento.)) Rarum valde est ut qui aurum possident: ad requiem tendant: dum per
Mat.19. semetipsam veritas dicat. Difficile qui pecunias habent: intrabunt in regnum celorum. Nam qui hic multiplicandis divitiis inhiant: quae alterius vite gaudia sperant? Quod tamen ut redemptor noster valde rarum ex solo divino miraculo evenire posse monstraret: apud homines inquit hoc impossibile est; apud deum autem possibilia omnia sunt. Quia igitur verba hec in superficie a ratione discordant: ipsa iam littera indicat: quod in eis sanctus vir iuxta litteram nihil dicat.

Capitulum. 3

A 
Ed si prius in sacro eloquio alia maledicta discutimus: hoc quod beati Iob ore prolatum est: subtilius indagamus. Quid est enim quod david qui retribuentibus mala, non reddidit: cum Saul et Io-
2.Reg.1. nathanas occumberent: gelboe montibus maledicit dicens: Montes gelboe: nec ros nec pluuia veniat super vos: neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clipeus Saul: quasi non esset unctus oleo. Quid est quod Hieremias cum predicationem suam cerneret audientium difficultate prepediri maledi-
Iere.20. cit dicens: Maledictus vir qui annunciauit patri meo dicens. Natus est tibi puer masculus. Quid ergo montes Saul moriente deliquerunt: quatenus in eos nec ros nec pluuia caderet: et ab omni eos viriditatis germine sententie sermo siccaret? Sed quia gelboe
B interpretatur decursus: per Saul autem unctum et mortuum mors nostri mediatoris exprimitur: non immerito per gelboe montes superba iudeorum corda designantur: que dum in huius mundi desideriis defluunt: in christi i. uncti se morte miscerent. et quia in eis unctus rex corporaliter moritur: ipsi ab omni gratie rore siccantur. De quibus et bene di-
E citur: Ut agri primitiarum esse non possint.
Esa.10. Superbe quippe hebreorum mentes primitiuos fructus non ferunt: quia redemptoris adventum ex parte maxima in perfidia remanentes, et primordia fidei sequi noluerunt. Sancta namque ecclesia in primitiis suis multitudine gentium fecundata vix in mundi fine iudeos quos invenerit suscipit et extrema colligens: eos quasi reliquias frugum ponit. De quibus nimirum reliquiis Esaias dicit. Si fuerit numerus filiorum israel quasi arena maris: reliquie salue fient. Possunt tamen idcirco gelboe montes ore prophete maledici et ut dum fructus ex arescente terra non oritur: possessores terre sterilitatis damno feriantur. Quatenus ipsi maledictionis sententiam acciperent: qui apud se mortem regis suscipere iniquitate sua exigente meruissent.

Capitulum: 4.

A Sed quid est quod a propheta maledictionis sui iam vir ille suscepit: qui nativitatem illius patri nunciauit? Hoc nimirum tanto intrinsecus maiori misterio plenum est: quanto extrinsecus humana ratione vacuum. Nam si qui exterius rationabile fortasse sonuisset: nequaquam nos ad studium interioris intellectus accenderet. Eo ergo nobis plenius aliquid intus innuit: quo foris rationabile nihil ostendit. Si enim ex matris sue utero hoc in mundo propheta affligendus prodiit: nativitatis eius quid nuncius deliquit? Sed quid persona prophete fluctuantis: nisi per pene meritum veniens humani generis mutabilitas designatur? Et quid per patrem illius: nisi iste de quo nascimur mundus exprimitur? Et quis est iste vir qui nativitatem nostram patri annunciat, nisi antiquus hostis? Qui cum nos in cogitationibus fluctuare considerat: malorum mentes que ex auctoritate huius mundi preeminent: ad persuasionem nostre deceptionis instigat. Cumque nos agere infirma con-

sperterit: ea quasi fortia fauoribus extollit: et quasi nato masculo loquitur: cum corruptores veritatis per mendacium nos exuisse gratulatur. Patri ergo masculum natum q̄ nunciat: quando huic mundo eum quem persuaserit factum innocentie corruptorem demonstrat. Nam cum cuilibet peccanti atq; superbienti dicitur Fecisti sicut vir: quid aliud q̄ natus masculus in mundo perhibet? E Jure igitur vir qui masculum natum nunciat maledicatur: quia ipso eius nuncio reprobum gaudium nostri corruptoris indicatur. His ergo scripture sacre maledictionibus discimus quid apud beatum Job in voce maledictionis inquiramus: ne quem deus post vulnera et verbera remunerat: lector verba eius redarguere non intelligens presumat. Quia igitur vt cunq; hec que in prefatione fuerant exquirenda distinximus verba iam historie differentes exequamur.

Cap. Job tertium.

micaleon quippe paruũ valde ē animal formicis aduersum: qđ se sub puluere abscondit: ⁊ formicas frumēta gestātes interficit: ⁊ interfectas cōsumit. Mirmicaleon autem latine dr̄ vel formicarꝫ leo. vel certe expressius: formica pariter ⁊ leo. Recte autem formica ⁊ leo nominatur: qꝛ siue volatilibus seu quibuslibet aliis minutis aīalibus formica ē ipsis autē formicis leo. Has enim quasi leo deuorat: sed ab illis quasi formica deuoratur. Cum igitur Eliphas dicit mirmicaleon periisse: quid ī beati Job sub mirmicaleonis nomine nisi pauorē ⁊ audaciā reprehēdit: Ac si aperte dicat. Nō inmisse perculsus es: quia cōtra erectos timidus: ɔtra subditos audax fuisti. Ac si apertius dicat. Contra astutos formido te pressit: cōtra simplices temeritas inflauit. Sed iam mirmicaleon predam nō habet: qꝛ tumida tua elatio dum verberibus pmitur: ab aliena lesione phibetur. Sed quia amicos beati Job tenere hereticorꝫ speciē diximus: vrget necessario vt hec eadē Eliphas verba quō etiā tripice sententia sunt intimemus. Rugitus leonis: et vox leene: ⁊ dentes catulorꝫ leonū contriti

C sunt. Quia natura vniuscuiusqꝫ rei ex diuersitate componit: in sacro eloquio p rem quālibet licite diuersa figurant. Habet quippe leo virtutem: habet ⁊ seuiciā. Uirtute ergo dn̄m: seuicia diabolū signat. Hinc enim

Apoc. 5.

de dn̄o dicitur. Uicit leo de tribu iuda radix Dauid. Hinc de diabolo scriptum est. Aduersarius vester sicut leo rugiēs circuit querēs quē deuoret. Leene autē nomine aliquādo sancta ecclesia: aliquādo Babylonia designatur. Pro eo enim q cōtra aduersa audax est leena ecclesia dr̄: sicut eiusdem beati Job vocibus approbatur q derelictā ab ecclesia iudeā indicans ait. Nō calcauerūt eam filii institorꝫ: nec ptransiuit p eam leena. Aliquā vero leene nomine huius mundi ciuitas. i. Babylonia exprimit: que cōtra vitam innocentiū immanitate crudelitatis effrenatur: que antiquo hosti quasi seuissimo leoni sociata puerse psuasionis eius semina cōcipit: ⁊ reprobos ex se filios ad similitudinē illius quasi crudeles catu-

B los gignit. Catuli autē leonū sunt quibet reprobi ad iniquā vitam malignorū spirituū errore generati: que ⁊ simul oēs vniuersam mundi ciuitatem quā pdiximus Babylo-

niam faciunt: ⁊ tamen idem singuli babylonie filii: quasi non leena: sꝫ leene catuli vocantur. Sicut enim syon tota simul ecclesia dicitur filii autē syon: sanctorꝫ quiqꝫ singuli memorātur: ita ⁊ filii babylonie singuli quiqꝫ reprobornꝫ: ⁊ eadē babylonia simul omnes reprobi vocantur. Ca. 17.



Ed sancti viri quamdiu in hac vita sunt semetipsos sollicita circūspectione custodiunt: ne leo circuiēs insidiando surrepat. i. antiquus hostis sub aliqua imagine A virtutis occidat: ne leene vox auribus perstrepat. i. ne Babylonis gloria sensum ab amore patrie celestis auertat: ne catulorū dentes mordeant. i. ne reproborum persuasio in corde conualescat. At cōtra heretici iam quasi de sanctitate securi sunt: qꝛ vite sue meritis cuncta se superasse suspicātur. Unde ⁊ nunc dr̄. Rugitus leonis: ⁊ vox leene: ⁊ dentes catulorū leonum contriti sunt. Ac si diceretur. Nos ideo nullis flagellis atterimur: quia ⁊ virtutem antiqui hostis ⁊ cupiditatem terrene glorie: ⁊ suasionem reproborum hominū vite meritis superando calcamus. Unde adhuc subditur. Tigris periit eo q non haberet predam: ⁊ catuli leonum dissipati sunt. Hunc vocabulo tigridis repetit: quem leonis appellatione signauit. Sathan quippe ⁊ ppter seuiciam leo dicitur ⁊ ppter multiformis astutie varietatem nō incōgrue tigris vocatur. Mo- B

do enim se sicut est perditus humanis sensibus obiicit: modo quasi angelū lucis ostēdit. Modo stultorꝫ mentibus blandiendo persuadet: modo per culpam terrendo pertrahit. Modo suadere vitia aperte nitit: modo suis in suggestionibus sub virtutis specie palliatur. Hec itaqꝫ belua que tāta varietate respergitur: iure tigris vocatur: que apud septuaginta interpretes: vt prefati sumus mirmicaleon dicitur. Quod videlicet animal absconsum puluere formicas: vt diximus: frumenta gestantes interficit: quia nimirū apostata angelus in terram de celo proiectus: iustorꝫ mentes q̄ bonorum sibi operum refectionē preparant ī ipso actionis itinere obsidet: cūqꝫ eas per insidias superat: quasi formicas frumēta gestantes improuisas necat. Recte autē mir-

micaleon.idest leo et formica dicitur: formi-
cis enim vt diximus leo est: volatilibus for
mica: q2 nimirum antiquus hostis: sicut cō
tra consentientes fortis est ita cōtra resistē
tes debilis. Si enim eius suggestionib9 as-
sensus prebetur: quasi leo tolerari nequaq̄
potest: si autem resistit: quasi formica atte-
ritur. Alijs ergo leo est: alijs formica: quia
crudelitatem illius carnales mētes vix to-
lerant: spirituales vero infirmitatem illius:
pede virtutis calcant. Heretici igitur quia
de sanctitatis presumptione superbiunt: q̄si
exultantes dicunt. Mirmicaleon vel recte
C tigris periit eo q̄ non haberet predā. Ac
si aperte dicant. Vetustus aduersarius in
nobis predā non habet: q2 quantū ad no-
stra studia: iam victus iacet. Idcirco autem
mirmicaleonis appellatiōe vel tigridis re-
petitur q2 iam cōtritus leonis rugitus fue-
rat designatus: q2 quicquid per gaudiū di
citur: sepe replicatur. Voces quippe igemi-
nat animus: cū exultat. Unde et veraci le-
ticia psalmista crebro repetit hoc: quod se
exauditum esse recognouit dicens. Exaudi
Ps. 9. uit dñs vocem fletus mei: exaudiuit domi-
nus deprecationem meā: dñs oratione me-
am suscepit. Ca. 18.

Sed sancti viri cum de qbus-
dam se vitijs ereptos hilare-
scunt: magno se metu etiā in
ipsa exultatione concutiunt:
quia et si iam de eius sibi p-
cella tempestatis erepti sunt
A esse se tamē adhuc in incerti maris dubijs
fluctibus sciunt: et sic sepe exultāt vt pauo-
re trepident: sic pauore trepidant: vt spei fi
Ps. 2. ducia exultent. Unde per eundem psalmi-
stam dicitur. Seruite domino in timore: et
exultate ei cum tremore. At contra hi q de
specie sanctitatis intumescunt: cum vnum
quodlibet vitium superat: mox mentem in
superbiam erigunt: et quasi de vite sue per-
fectione gloriant: et pro eo quod fortasse se
mel a periculo tempestatis erepti sunt iam
q2 in mari nauigāt obliuiscuntur: magnos
se estimant: et vicisse se antiquum hostē fun
ditus putant: infra se cunctos respiciūt: q3
se p sapientiā transcendere oēs arbitrant.
B Unde et subditur. ¶ Porro ad me dictum
est verbū absconditum. ¶ Verbū abscōdi-
tum heretici audire se simulant; vt audito

rum mentibus quandam p̄dicationis sue
reuerentiā obducant. Unde et latenter pre
dicant: quatenus eoꝝ predicatio tāto sau
cta: quāto et occulta iudicatur. Cōmunem
autem sciam habere fugiunt: ne ceteris eq̄-
les estimētur. Occulta vel noua semp exq̄-
runt: que dum alij nesciunt: apud imperito
rum mētes ipsi de scientie singularitate glo
riantur. Quā vt occultā dicimus insinuāt:
q2 scilz vt admirationem ostendere valeāt:
hanc se latenter percepisse cōfirmāt. Unde Prov. 9
apud Salomonem hereticoꝝ speciem mu
lier tenens dicit. Aq̄ furtiue dulciores sunt
et panis abscōditus suauior. Unde hic quo
q3 subditur. ¶ Et quasi furtiue suscepit au
ris mea venas susurrij eius. ¶ Furtiue su-
surrij venas percipit: q2 socialis scientie
gratiam deserentes ad hanc nequaq̄ per
hostium ingrediuntur domino attestāte q
ait. Qui non intrat per hostiū in ouile oui-
um: sed ascendit aliūde: ille fur est et latro. C
Venas itaq3 diuini susurrij furtiue suscipit Jo. 10.
qui ad percipiendā virtutis eius noticiam
referto publice p̄dicationis hostio praue i
telligentie rimas querit. Quia ꝑo fur et la-
tro qui intrat aliunde: et tenebras diligit et
claritatem luminis perhorrescit: recte sub-
iungitur. In horrore visionis nocturne: q̄n
solet sopor occupare hoies.
Capitulum. 16.

Sepe heretici dum altiora di-
cere conantur ipsi sibi testes A
sunt: quia que pferunt vera
nō sunt. In nocturna qppe
visione dubie cernit. Rimas
ergo susurrij: in pauore nocturne visionis
se percepisse asserunt: q2 vt ea que docent
alta alijs ostendant: vix ea se capere posse
denunciant. Sed hinc colligendū est quomo
do audientibus certa esse poterūt que ipsi
dubie viderūt. Miro ergo ordine cū alta
loquentes pfluūt in patefactione stulticie
ipsis sue altitudinis vocibus ligant. Quā
tum vero de singularitate sapientie eleuan
tur: ostenditur cum protinus subdidit.
¶ Quando solet sopor occupare homies. ¶
Ac si aperte ab hereticis diceretur. Cū ho
mines inferius dormiunt: nos ad percipiē-
da superna vigilamus: quia ea nobis nota
sunt: ad que videlicet cognoscenda cete-
roꝝ hominū corda torpētia nō assurgūt.

Ac si apte dicant. In quibus intelligentia no-
stra se erigit: reliquorum hominū sensus dor-
mit. Nōnunq̄ vero cum hoc despici ab au-
B ctore conspiciūt: semetipsos simulant time-
re quod dicūt. Unde et subditur. ¶ Pauor
tenuit me et tremor: et omnia ossa mea per-
territa sunt.) Quia eni de doctrine sue alti-
tudine miri videri appetunt quasi pertimes-
cunt que fingunt: et cum minoris laboris sit
audire q̄ dicere: ad ea proferēda audaces
sunt: que. s. astruūt: q̄ ipsi vix audire potue-
runt. Unde adhuc subditur. ¶ Et cū spūs
me p̄sēte transiret: inhorruerunt pili carnis
mee: stetit qdam cuius nō agnoscebā vul-
tū.) Ut incomprehēsibilia se cognouisse i-
dicent: nō stetisse: sed transisse contra se spi
ritum narrant: et vultum se vidisse i cogni-
tum simulant: vt eē se ei icognitos: q ab hu-
mana mente cognosci nō valet ostendant.
Ubi adhuc subditur. ¶ Imago coram ocu-
lis meis: et vocē quasi aure lenis audiui.)
Sepe heretici deum sibi imaginabiliter fin
gunt: quem intueri spūaliter nequeūt: cuius
C q̄ vocē quasi aure lenis audire se p̄hibēt:
q̄ ad secreta illius cognoscenda: quasi esse
se ceteris familiariores gaudent: Nō enim
ea docent: que deus publice loqtur: sed q̄
eorum auri quasi latenter aspirantur. Hec
igitur diximus. vt qd sub hereticorum spe-
cie in eliphas sermonibus sentiēdum sit in
timemus. Sed q̄ amici beati Job, tanti vi-
ri amici nō eēnt: nisi manifeste aliqd ex v̄i
tate didicissent: qui q̄uis in sententijs cor-
rectionis errant: in v̄itatis tamē cognitio-
ne non in toto titubant: hec eadem pau-
lo superius verba replicemus: vt subtilius
discernamus: quomodo ea que de pceptio
ne veritatis dicūtur: a recte sentientibus pro
ferri veraciter possint.

Capitulum. 20.

N O nnūq̄ vero heretici v̄a
D gdem et sublimia loquun-
tur: nō quo hec diuinitus
ipsi percipiant: sed quo ex
sancte ecclesie contentione
didicerunt: neq̄ hec ad p-
fectum p̄scientie: sed scientie ostētationem
trahunt. Unde fit plerūq̄ vt alta sciendo
dicant: sed videndo que dicunt nesciant.

Siue igitur ex hereticorum specie: videlicet
non vitam scientium: sed verba tenentium,
seu ex persona certe amicorum beati Job:
q de cognitione veritatis poterunt procul-
dubio percipiendo experiri: quod studue-
runt docendo eloqui: hec eadem que trā-
currimus subtilius dicta disseramus: vt dū
solicite eliphas sermo discutitur: quātæ sci
entie fuerit demonstretur: q̄uis in eadem
scientia humilitatem non tenuit: q cōmu-
ne bonū sibi specialiter arrogauit. Ait nā-
q̄. ¶ Porro ad me dictum ē v̄bum abscō-
ditum.) Verbū quippe abscōditum inuisibi-
lis filius vocatur: de quo Joannes ait. In Jo. 1.
pricipio erat v̄bum. Quod ipse quoq̄ abs-
conditum isinuat: dum subiungit. Et v̄bum
erat apud deum: et deus erat v̄bum. Sed
hoc v̄bum absconditum: electorum menti
bus d̄r: cum potestas vnigeniti filij credē-
tibus manifestatur. Potest etiam per v̄bū
absconditum allocutio intime aspirationis
ite'ligi: de qua Joānes dicit. Unctio eius 1. Jo. 2.
docet vos de omnibus. Que nimirū aspi-
ratio humanā mentē tangendo sublevat:
et temporales cogitatōes d̄primēs: eternis
hanc desiderijs inflāmat: vt nihil ei iā nisi
que superna sunt libeat: et cūcta que inferi
us de humana perstrepūt corruptione con
temnat. Absconditū ergo v̄bum audire ē:
locutiones sancti spūs corde cōcipe. Que B
pfecto sciri nō potest: nisi a quo haberi po
test. Unde et veritatis voce de hac abscon Jo. 14.
dita locutione d̄r. Ego rogabo patrem: et
aliū paraclitū dabit vobis: vt maneat vo
biscum in eternum: spūm veritatis: quem
mundus non potest accipere. Sicut enim
eisdem paraclitus post mediatoris ascen-
sum alius humani generis consolator i se
metipso inuisibilis est: ita omnem quem re
pleuerit ad desideranda inuisibilia accen-
dit. Et quoniam mundana corda sola visi
bilia diligunt: hunc mundus non accipit:
quia ad diligenda inuisibilia non assurgit.
Seculares enim mentes quanto se foris
per desideria dilatant tanto ad receptio-
nem illius sinum cordis angustant. Et quo
niam valde in humano genere pauci sūt:
q desideriorū carnalium sorde purgati ad
pceptionem sancti spūs ipsa hac purgatiōe
dilatantur. Uerbum hoc absconditum di
citur: q̄ illud a quibusdam proculdubio in

co2de concipitur:quod a maxima hominū
pte nescitur:vel certe hec ipa afflatio san-
cti spūs:verbum absconditū ē:q̄ sentire po
test:sз strepitu locutionis exprimi non po-
test. Cum igitur diuina aspiratio sine stre-
pitu mētem sublenat: v̄bum absconditum
auditur:q2 s̄mo spūs in aure co2dis silen-
ter sonat. Unde τ subditur. ((Et quasi fur
tiue suscepit auris mea vēas susurrij ei9))
Uenas supni susurrij auris co2dis furtiue
suscepit:quasi subtilitatem locutionis inti-
me afflata mēs τ raptim τ occulte cogno-
scit. Nisi enim se ab exterio2ib9 desiderijs
abscōdat:interna nō penetrat. Occultat
autem vt audiat: τ audit vt occultetur: q2
C τ subtracta visibilibus inuisibilia conspi-
cit: τ repleta inuisibilibus visibilia perfecte
contēnit. Notandum vero q̄ non ait qua
si furtiue suscepit auris mea susurrij eius:
sed venas susurrij eius. Susurrium quip-
pe occulti verbi est:hec ipa locutio aspira-
tionis interne. Uene autem susurrij dicun
tur causarum o2igines:q̄bus hec ipa aspi-
ratio ad mentem ducitur. Quasi enim ve-
nas susurrij sui aperit:cum nobis latenter
insinuat:q̄bus modis ad nostre intelligen
tie aures venit. Aliquando eni nos amo-
re:aliquando terro2e cōpungit:aliquando
p̄ntia q̄з nulla sint ostendit: τ ad eterna di
ligenda desiderium erigit: aliquādo prius
eterna indicat: vt post tempo2alia vilescāt.
Aliquādo nostra nobis mala aperit: τ ad
hoc nos vsqз vt etiam alienis malis cōdo
leamus:extēdit. Aliquādo mala aliena no
stris obtutibus obijcit: τ cōpunctos mira-
biliter a nostra prauitate nos co2rigit. Ue-
nas itaqз diuini susurrij furtiue audire est:
occultos diuine aspirationis modos tenui
ter τ latēter agnoscere. Quāuis adhuc vel
susurrium:vel venas susurrij intelligere ali
ter valeamus. Qui enim susurrat: occulte
loq̄tur: τ vocē nō exprimit:sз imitat. Nos
ergo quousqз carnis co2ruptiōe premimur
nullo modo claritatē diuine potentie sicut
in se icōmutabilis manet:videmus. Quia
acies infirmitatis nostre non sustinet hoc
quod de eius eternitatis radio: super nos
intolerabiliter fulget. Cum ergo se nobis
omnipotens per rimas contemplationis in
D dicat nequaqз nobis loq̄t:sз susurrat. Qui
τ si se plene non intimat:quoddā de se hu-
mane menti manifestat. Tunc aũt nequa
q̄з iam susurrat:sз loq̄tur:cum eius nobis
species certa reuelabitur. Hinc est quod in
Euangelio veritas dicit. Palaз de patre
meo annūciabo vobis. Hinc Joānes ait.
Uidebimus euз sicuti ē. Hinc Paulus di
cit. Tunc cognoscam:sicut τ cognitus suз. Jo.16.
Nunc aũt diuinum susurrium tot ad nos 1.Jo.3.
venas habet:quot creatis operibus ipa di Cor.13.
uinitas p̄sidet. Dum enim que sunt cun
cta creata cernimus i creatoris admiratio
ne subleuamur. Nam sicut aqua labit le-
niter fluens:rimata per venas queritur vt
augeatur. Tantoqз se latius fundit:quāto
venas apcio2es inuenerit. Ita nos duз stu
diose diuinitatis noticiam ex creature ei9
consideratiōe colligimus:quasi susurrij ad
nos venas illius aperimus:quia p hoc qđ
factum cernimus:virtutem creato2is ad-
miramur:vt per ea que sunt in publico il-
lud ad nos emanet: quod latet in occulto.
Quasi enim per quēdam ad nos sonitum
erūpit:dum consideranda nobis sua ope-
ra ostendit:in quo semetipsum vtcūqз indi
cat:dumqз sit incomprehensibilis manife-
stat. Quia igitur considerare euз digne nō E
possum9 non eius vocem:sed vix susurriuз
audimus:plene enim perpendere:neqз ipa
que sunt creata sufficimus. Recte autēз di
citur:quasi furtiue suscepit auris mea ve-
nas susurrij eius. Proiecti quippe a paradi
si gaudijs: τ cecitatis pena mulctati:vix su
surrij venas apprehendimus: quia ipa q̄з
mira eius opera:rapti tenuiterqз pensam9.

Capitulum. 21.



Sciendum v̄o ē:q2 quāto
virtutem illius mens sub A
leuata considerat: tanto
eius rectitudinem repēsa
fo2midat. Unde τ recte
subiūgitur. ((In ho2ro2e
visionis nocturne.)) Hor
ro2 nocturne visionis ē:pauo2 occulte con-
templationis. Humana etenim mens quo
altius eleuata:que sint eterna considerat:
eo de factis tempo2alib9 grauius tremefa
cta fo2midat:q2 tanto se reum v̄ius cernit:
quanto se ab illo lumine discrepasse quod
super se intermicat conspicit:sicqз sit vt illu
minata plus metuat:quia magis aspicit a
veritatis regula:per quāta disco2dat:eāqз

grani formidine: suus ipse profectus quatiat: que prius quasi securius nihil videbat.
Quamuis quantalibet virtute profecerit: nō iam manifestū aliqd de eternitate comprehendit sz adhuc sub cuiusdam caligine imaginationis conspicit. Unde et hec eadez nocturna visio dr̄. In nocte quippe sicut et superius diximus dubie: in die aūt cōstāter videmus.
Quia igitur ad contēplandum interni solis radium: nubes sese nostre corruptionis interserit: nec ad infirmos nostre mētis oculos illud sicut est incōmutabile lumen erūpit: adhuc deum quasi in nocturna visiōe cernimus: cum procul dubio sub incertā contemplatione caligamus.
B Sed quāuis extremū de illo aliqd mēs conceperit: in consideratione tamē eius magnitudinis inhorrescit: et magis metuit: qz ipsis contemplatiōis eius vestigiis se imparem sentit: atqz ad se re
A lapsa eū arctius diligit: cuius mirā dulcedinē ferre nō valens: vix hanc sub certa visione gustauit. Sz qz ad huius sublevatiōnis culmē minime pertigitur: nisi prius desideriorū carnaliū importuna perstrepens turba exprimatur: recte subiūgitur. Quando solet sopor occupare homines. Quisqs ea que mundi sunt: agere appetit: quasi vigilat: qsqs vero internam quietem querens: huius mūdi strepitū fugit: velut obdormiscit. Sz prius sciendū est qz in scriptura sacra figurate positus tribus modis somnus accipit. Aliquādo enī somno mors carnis: aliquando torpor negligētie: aliquādo vero exprimitur calcatis terrenis desideriis qes vite. Somni nāqz vel dormitatiōis noīe carnis mors
Thes.4. intimatur: sicut Paulus ait. Nolo vos ignorare fratres de dormientibus: et paulopost. Ita et deus eos q dormierūt per Jesuz adducet cum eo. Somno rursum torpor negligētie designatur: sicut ab eodez Paulo dr̄. Hora ē iam nos de somno surgere. Et rur
Ro.13. sum. Euigilate iusti: et nolite peccare. Som
i.Cor 15. no quoqz carnis calcatis desideriis: qes vite figuratur: sicut sponsi voce in cāticis cā
Can.5. ticoꝝ dr̄. Ego dormio: et cor meū vigilat: qz videlz sancta mens quo se ab strepitu temporalis concupiscētie comprimit: eo verius interna cognoscit: et tanto alacrius ad intima vigilat: quanto se ab exteriori inquietu
C dine occultat. Quod bene per Jacob in iti
Gen.28. nere dormientem figuratur: q ad caput lapidem posuit: et obdormiuit: a terra scalā qz celo inherētem: innixum scale deum: ascēdētes quoqz et descēdentes angelos vidit. In itinere quippe dormire ē: in hoc pn̄tis vite trāsitu a rerū temporaliuz amore quiescere. In itinere dormire ē: in dierum labētiū cursu ab appetitu visibiliū mētis oculos claudere: quos primus hominibus seductor aperuit
q dixit. Scit enim deus: q in quocunqz die Gen.3.
comederitis ex eo: aperientur oculi vestri. Unde et paulopost subditur. Tulit quoqz de fructu illius: et dedit viro suo: et comedit: et aperti sunt oculi amborum. Culpa quippe oculos concupiscētie aperuit: quos innocētia clausos tenebat. Angelos vero ascēdentes et descēdētes cernere ē: ciues superne patrie cōtemplari vel quāto amore auctori suo super semetipsas inhereāt: vel quāta com
passione charitatis nostris infirmitātibus B
condescendāt. Et notādū ē valde: q ille dormiens angelos conspicit: q in lapide caput ponit: qz nimirū ipse ab exterioribus operibus cessans interna penetrat: q intēta mēte quod principale est hois: imitationem sui redemptoris obseruat. Caput quippe in lapide ponere ē mente Xp̄o inherere. Qui enī a pn̄tis vite actione remoti sunt: sed ad superna nullo amore rapiūtur dormire possūt: sz videre angelos nequaqz possunt: qui caput in lapide tenere contemnunt.

Capitulum. 22.


Unt nāqz nōnulli q mūdi actiones fugiunt: sed nul
lis virtutibus exercētur. A
Hi nimirum torpore non studio dormiunt: et iccirco interna conspiciunt: quia caput nō in lapide: sed in terra posuerant. Quibus plerūqz contigit: vt quāto securius ab externis actionibus cessant: tāto latius immūde in se cogitationis strepitum: p ociuz congerant. Unde sub iudee specie per prophetam torpens ocio anima deflectur: cum dr̄.
Uiderunt eam hostes et deriserunt sabbata Tren.i.
eius. Precepto etenim legis ab exteriori opere: i sabbato cessatur. Hostes ergo sabbata videntes irrident: cum maligni spūs ipso vacationis ocio ad cogitationes illicitas pertrahunt: vt vnaqueqz anima quo remota ab externis actionibus seruire deo creditur: eo magis eoꝝ tyrānidi illicita cogi

tando famuletur. Sancti autem viri qui a
mundi operibus nō torpore: sed virtute so
piūtur: laboriosius dormiūt: ꝙ vigilare po
tuerunt quia in eo ꝙ actiones huius secu
li deserentes superant: robusto ꝯflictu quot
tidie contra semetipsos pugnāt: ne mens ꝑ
negligētiā torpeat ne subacta ocio ad de
sideria immūda frigescat ne ipsis desiderijs
bonis plus iusto inferueat: ne sub discretio
nis specie sibimet parcēdo a perfectōe lan
guescat. Agit hec ⁊ ab huius mūdi ingeta
concupiscentia se penitus subtrahit: ac ter
renarū actionum strepitū deserit: ⁊ per ge
tis studium virtutibus intēta vigilās dor
B mit. Nec ꝫ enim ad cōtemplāda interna ꝑ
ducitur nisi ab ipsis que exterius implicāt
studiose subtrahatur. Hinc est enī quod ꝑ
Mar. 6. semetipsam veritas dicit. Nemo potest duo
2. Thi. 2. bus dñis seruire. Hinc paulus ait: Nemo
militās deo implicat se negocijs secularibꝰ
Ps. 45. vt ei placeat cui se probauit. Hic per ꝓphe
tā dominus ammonēs dicit: Uacate ⁊ vi
dete qm̄ ego sum deus. Quia igitur nequa
ꝙ̄ noticia interna cōspicitur: nisi ab extre
ma implicatione cassetur: recte nunc verbi
absconditi ⁊ diuini susurrij tempus expri
mitur cum dicitur: In horrore visionis no
cturne: quando solet sopor occupare homi
nes: quia nimirū mens nostra nullo modo
ad vim intime contemplatōis rapitur: nisi
studio se prius a terrenorum desideriorum
tumultu sopiatur. Sꝫ humanus animus
quadam sue contemplationis machina sub
leuatus: quo super se altiora conspicit: eo i
semetipso terribilius contremiscit. Unde ⁊
apte subdit. ((Pauor tenuit me: ⁊ tremor
⁊ oia ossa mea perterrita sunt.)) Quid per
ossa: nisi fortia acta signantur: De qbꝰ et
Ps. 33. ꝑ ꝓpheram dr̄: Dominus custodit omnia
C ossa eoꝝ. Et sepe ea que agūt homines: eē
alicuius momenti estimant qꝛ districtionis
intime: ꝙ sit subtile iudicium ignorant. Sꝫ
cum per contemplatōem rapti superna cō
spiciunt: ab ipa aliquo modo presumptio
nis sue securitate liquescunt: ⁊ tanto ma
gis in diuino conspectu trepidant: quanto
nec bona sua digna eius examini quem cō
spiciunt pensant. Hic est enim ꝙ is ꝗ for
tia operando profecerat: per spūm suble
uās clamabat: Omnia ossa mea dicent:
domine quis similis tibi: Ac si diceret. Car
nes mee verba nō habent: qꝛ infirma meā
B apud te funditus silent. Ossa autem mea
tue magnitudinis laudem dicunt. Qꝛ ipsa
quoqꝫ que eē i me fortia credidi: tua consi
Iudi. 13 deratione contremiscunt. Hic est enī quod
Manue viso angelo pertimescēs dicit. Mor
te moriemur: qꝛ vidimus dominum. Quē
vxor protinus consolatur dicens. Si domi
nus nos vellet occidere: de manibus nr̄is
holocaustum ⁊ libamenta nō suscepisset.
Quid est hoc quod de visionem angeli vir
fit timidus: ⁊ mulier audax: nisi quod no
bis quotiens celestia demonstrantur: spūs
qdem pauore se concutit: sed tamen spes
presumitur. Inde nāqꝫ spes ad maiora au
dendo se erigit: vnde turbatur spūs: qꝛ ea
que superna sunt prior vidit.

Capitulum. 23.



Uia igitur cum altiora se
cretorum celestium suble
uata mens conspicit: cun
A cta humanarum virtuꝫ so
liditas contremiscit: recte
nūc dr̄. Pauor tenuit me
⁊ tremor: ⁊ omnia ossa mea perterrita sūt:
Ac si aperte diceretur. Subtilitatis itime
archana percipiens: vnde me apud me for
tem credidi: ante conspectum iudicis inde
titubaui. Districtionem qppe diuine iusti
cie contemplantes: etiam de ipsis operibꝰ
iure pertimescimus: que nos fortia egisse
putabamus. Ducta nanqꝫ ad internam
regulam nostra rectitudo: si districtum iu
dicium inuenit: multis fortitudinum sua
rum finibus in intimam rectitudinem im
pingit. Unde ⁊ bene Paulus cuꝫ ⁊ virtu
tum ossa habere se cerneret: ⁊ tamē sub di
stricto examine hec eadem eius ossa trepi
darent ait. Mihi pro minimo est: vt a vo 1. Cor. 4
bis iudicer: aut ab humano die. Sed neqꝫ
meipsum iudico: nihil enim mihi conscius
sum. Sed quia audita venis diuini susur
rij hec eadem eius ossa contremuerunt: si
lico adiunxit. Sed non in hoc iustificatus
sum: qui autem iudicat me dominus est.
Ac si diceret: Recta egisse me recolo: atta
men de meritis nō presumo: quia ad eius
examen vita nostra ducitur: sub quo nostre
fortitudines ⁊ ossa turbantur. Sed cum B
mens in cōtemplatione suspenditur: cū car

nis angustias supernas per speculationis
vz de libertate aliqd intime securitatis ri-
matur: stare diu super semetipsam non po
test: qz et si hanc spus ad summa vehit: ca-
ro tamen ipso adhuc corruptionis sue pon-
dere deorsum premit. Unde et subdit. ¶ Et
cum spus me pnte transiret: inhorruerunt
pili carnis mee. Nobis pntibus spus tran
sit quando inuisibilia cognoscimus: et tamē
hec nō solide: sed raptim videmus. Nec
eni in suauitate contemplatōis intime diu
mens figitur. quia ad semetipsam imensi-
tate luminis reuerberata reuocatur. Cūqz
internā dulcedinem degustat amore estuat
ire super semetipsam nititur: sed ad infirmi
tatis sue tenebras fracta relabitur: et ma-
gna virtute proficiēs videt: qz videre non
possit hoc quod ardēter diligit: nec tamen
ardēter diligeret: nisi aliquatenus videret.
Non ergo stat: sz transit spus: qz supernaz
lucem nostra nobis cōtemplatio: et inhian-
tibus aperit: et mox infirmantibus abscon
C dit. Et quia in hac vita quantalibet virtute
qs profecerit: adhuc tamen corruptōis sue
Sap.9. stimulum sentit. Corpus quippe quod corrū
pitur aggrauat animam: et deprimit terre-
na inhabitatio sensum multa cogitantez:
recte subditur. ¶ Inhorruerūt pili carnis
mee. Pili carnis sunt etenim quelibz sup-
flua humane corruptiōis. Pili carnis sūt
vite veteris cogitationes: quas si a mente
recidimus: pilos a carne incidimus. Per
pilos radendos indicat cogitationes ab-
scidi: vt de amissione carū nullo dolore fa-
Nu.8. tigemur. Bene aūt per Moysen dr. Leui-
te radent omnes pilos carnis sue. Leuita
quippe assumptus vocatur. Opz ergo leui-
tas omnes pilos carnis radere: qz is qui ī
obsequijs diuinis assumitur debz ante dei
oculos a cunctis carnis cogitationibus mū
dus apparere: ne illicitas cogitatiōes mēs
pferat: et pulchram anime spēm quasi pi-
lis fructificātibus deformē reddat. Sed quā
talibet vt diximus quēpiam: virtus sancte
conuersationis euexerit: adhuc tamē ei de ve
B tustate vite nascitur quod tolerectur. Unī et
ipsi leuitarū pili radi pcepti sunt nō euelli
Rasis eteni pilis in carne radices remanēt
et crescūt vt iterū radātur: qz magno qdez
studio superflue cogitationes amputande
sunt: sz tamē amputari funditus nequaqz
possunt. Semp eni caro super flua generat
que semper spus ferro sollicitudis recidat:
at hec in nobis tūc subtilius cōspicimus: cuz
speculationis alta penetramus. Unde re-
cte nūc dicitur. Cum spus me pnte trāsiret
inhorruerūt pili carnis mee. Ca. 24.



Umana eteni mens in con
tēplationis arce sublevata:
A tāto semetipsam durius de
superfluis cruciat: quāto ni-
mis subtile conspicit eē qd
amat. Et cum pulchre itue-
tur hoc quod super se appetit: districte iu-
dicat quicqd in se infirmum prius tranquille
tolerabat. Trāseunte ergo spū: pili perhorres
cunt: qz ante compūctionis vim cogitatio
nes superflue fugiūt: vt nihil iam remissum
libeat: quod afflictā mentē etiam contra se
metipsam visitationis intime seueritas infla-
met: Cūqz hoc quod in corde illicituz nasci
tur: continua districtione resecat. Fit ple
rumqz vt vegetata mens paulo latius stu-
dio sue speculationis inhereat: et pene figat
B spūm qui trāsiebat. Nec tamen hec ipsa cōte-
plationis mora diuinitatis plene vim apit
qz eius imensitas humanas vires auctas
sublevatasqz transcēdit. Unde et bene sub
ditur. ¶ Stetit quidaz cuius non agnoscebā
vultum. Quidam nāqz non dicimus: nisi
de eo vtiqz quem exprimere aut nolumus:
aut nō valemus. Sed quia mente hoc lo-
co dr: quidam videlz exponitur cum protinus
subinfertur. Cuius nō agnoscebam vultū.
Humana quippe anima primorum hominum
vitio a paradisi gaudijs expulsa lucem in
uisibilium perdidit: et totam se in amorē vi
sibilium fudit: tantoqz ab eterna speculatio
ne cecata ē quanto foras deformit sparsa. Un
de fit vt nulla nouerit nisi ea que corpore-
is oculis: vt ita dixerim: palpando cogno-
scit. Homo eni qui si preceptum seruare vo-
luisset: etiam carne spūalis futurus erat. pec
cando factus est etiaz mēte carnalis: vt so
la cogitet: que ad animū per imagines cor
C porum trahit. Corpus quippe est celi et ter-
re: aquarū: animaliū cunctarūqz rerū visi-
bilium quas indesinēter intuetur: in quibus
dum totā se delectata mens proiecit ab inter
ne itelligentie subtilitate grossescit: et qz iaz
erigere ad summa se non valet: in his infir-
ma libenter iacet. Cum vero miris conati-

bus ab his se exurgere nititur: magnū val-
de est: si ad cognitionem suā expssa corpo-
rali specie aīa pducat: vt semetipsam sine
corporea imagīe cogitet: ꝛ cogitādo se viā
sibi vsq ad cōsiderādā eternitatis substan
tiam paret. Ca. 25.



Hoc aūt modo quasi quādā
scalā sibi exhibet semetipā
A per quā ab exteriorib⁹ ascē
dendo in se trāseat: ꝛ a se, i
auctorē tendat. Cum enim
corporeas imagines deserit
i. semetipsā mens veniēs: nō modicū ascē-
dit. Sed quāuis incorporea sit aīa: q2 tñ
corpori inheret: ex ipsa sui qualitate loca-
lis cognoscitur: que carnalis loco retinetur.
Que dum obliuiscitur scita: cognoscit ico-
gnita: meminit obliuioni mandata: hylare
scit post tristiciam: adducitur post leticiā:
ipsa sui diuersitate indicat: quantū ab sub
stantia eterne incōmutabilitatis nature dī
stat: que semper vt est: idem est: vbi presens:
vbiq inuisibilis: vbiq tota: vbiq incōpre-
hensibilis: per inhiantē mentē sine aspectu
cernitur: sine voce auditur: sine motu susci-
pitur: sine corpore tangitur: sine loco retine-
tur. Hanc nimirū substantiā cum aīus co-
gitat: assuetus rebus corporalibus diuersa-
rū imaginū fantasmata sustinet. Que dū
ab intentionis sue oculis abigit manu di-
scretionis: postponens ei oīa: iam hanc ali
quatenus conspicit. Quā si needum qd sit
apprehendit: agnouit certe qd non sit. Qr
ergo ad insueta mens rapitur: cum diuini-
tatis essentiam rimatur: recte nunc dicitur.
((Stetit quidā cuius nō cognoscebam vul
B tum.)) Bene aūt dictū est: stetit. Oīs qppe
creatura q2 ex nihilo facta est: ꝛ per semet-
ipsam ad nihilū tendit: non stare habet: sꝫ
defluere. Rōnalis vero creatura eo ipso quo
ad imaginē auctoris cōdita est: ne ad nihi-
lum transeat, figitur. Irrationalis autē ne-
quaq figitur: sed donec visionis sue mini-
sterio vniuersitatis spēm impleat transeun
do tardatur. Nam ꝛ si celū ac terra post i
eternū permanent: ex semetipsis tñ nisi ad
nihilum pperant: sed per eorū vsum qbus
seruiunt in melius mutanda pseuerant.
Stare ergo solius creatoris est per quē cun
cta non transeuntem transeūt: ꝛ in quo ali
qua ne transeant retinent. Unde ꝛ redem-
ptor noster q2 diuinitatis eius status capi
ab humana mente non potuit: hunc nobis
ad nos veniens creatus: natus: mortuus:
sepultus: resurgens: atq ad celestia rediēs
quasi transeundo monstrauit. Qd bene p Mat. x.
euangeliū illuminato ceco innotuit: cui tran
siens auditū pbuit: sed stans oculos repa-
rauit. Per humanitatis qppe dispēsatio-
nem transire habet: per diuinitatis vero po-
tentiā qua vbiq presens ē stare. Uoces igi
tur cecitatis nostre dñs audire trāsiens di-
citur q2 humane miserie factus homo mise
retur. Stans aūt lucem reparat: q2 infirmi
tatis nostre tenebras: ex virtute diuinita-
tis illustrat. Bene ergo postq dictū est: cū
spiritus me presente transiret subdit. Ste-
tit quidam: cuius non agnoscebam vultū.
Ac si aperte diceretur. Eum quem ptransi
tum sensi: non transire deprehendi. Ipse ē
ergo qui transit: ipse qui stat. Transit enim
q2 teneri cognitus non valet: stat aūt: q2 in
quantum cognoscitur incōmutabilis appa
ret. Quia igitur raptim is qui semp idem ē C
cernitur: simul deus: ꝛ transiens ꝛ stans vi-
detur: vel certe stare eius ē: nulla mutatio-
ne variari: sicut ad moysen dicit. Ego sum
qui sum. Et sicut hunc Jacobus īsinuat di
cens. Apud quem nō est transmutatio: nec
vicissitudinis obumbratio. Quia vero qs- Exo. 3.
quis iam aliquid de contemplatione eter-
nitatis apprehendit: hunc per coeternā ei⁹ Jac. i.
speciem conspicit: recte subiūgitur. ((Ima
go quippe patris filius est: sicut de condito
homine Moyses insinuat dicens.)) Crea- Gen. i.
uit deus hominem: ad imaginē dei fecit il-
lum. Et sicut per expressionem sapientie de Sap. 7
dei filio quidā sapiens dicit Candor est eni
lucis eterne. Et sicut paulus ait. Qui cum Heb. i.
sit splendor glorie: ac figura substātie eius.
Cum ergo eternitas cernitur prout infirmi
tas nostre possibilitas admittit: imago ei⁹
mentis nostre oculis infertur: quia cum
vere in patrem tendimus: hūc quātum ac-
cipimus per suam imaginē. i. per filiū vide
mus: ꝛ per eam spēm que de ipso sine initio
nata est: cum aliquo mō cernere: nec cepit
nec desinet conamur. Unde et hec eadē ve
ritas in euāgelio dicit. Nemo venit ad pa-
trem: nisi per me. Bene autem subditur. Jo. 14.
((Et vocē quasi aure lenis audiui.)) Quid
cuī per vocē aure lenis: nisi cognitio spiri-

tus sancti designatur: Qui de patre proce-
dens ⁊ de eo quod est filij accipiens: nostre
tenuiter noticie infirmitatis infundit. Qui
tamen sup apostolos veniēs: per exteriorē
sonū tanq̄ per vehementē spiritū demon-
Act. 2 stratur: cum dicitur. Factusq̄ est repēte so-
nus tanq̄ advenientis spiritus vehemen-
tis. Sanctus enim spiritus cum se nr̄e no-
ticie infirmitatis īsinuat: ⁊ sonitu vehemē-
tis spiritus ⁊ voce aure lenis exprimitur:
quia videlicet veniens: ⁊ vehemens et le-
D nis est. Lenis: q2 noticiam suam quatenus
cognosci vtcūq̄ valeat: nostris sensibus tē-
perat. Vehemens: q2 quantūlibet hāc tem-
peret adventu tamen suo infirmitatis no-
stre cecitatem illuminādo perturbat. Illu-
stratione enim sua nos leniter tangit: s3 ino-
piam nostrā immaniter concutit. Vox ergo
dei: quasi aure lenis auditur. quia i hac ad-
huc vita positis contemplatoribus suis: ne-
quaq̄ se divinitas sicut est insinuat: s3 lip-
pientibus mentis nostre oculis claritatē su-
am tenuiter demonstrat. Qd bene ipsa le-
Exo. 24. gis acceptione signatur: cum dicit: q2 moy-
ses ascendit: ⁊ dñs in montem descendit.

Capitulum. 25.

A Deus quippe est ipse nostra
contēplatio: in quā nos ascē-
dimus: vt ad ea que vltra ī
firmitatē nostrā sunt viden-
da sublevemur. Sed i hanc
dominus descēdit: q2 nobis
multum pficientibus: parū de se aliqd sen-
sibus nostris aperit: si tamen dici in illo: vel
parum: vel aliquid potest. qui vnus semp ⁊
idem permanens: itelligi particulariter nō
potest: ⁊ tamen a suis fidelibus participa-
ri dicitur: cum in eius substātia pars nulla-
tenus admittatur. Sed q2 hanc exprimere
pfecto sermone nō possumus: humanitatis
nostre modulo: quasi infantie imbecillitate
prepediti: cum aliquatenus balbutiēdo re-
sonamus. Quia vero ⁊ in magna contem-
platione sublevati: subtile quid de eternita-
tis cognitione pertingimus: sacre hystorie
verbis ostenditur: vbi de cognitione dei p-
pheta nobilis Helyas. edocetur. Cui cum
transiturū ante eum se dñs promitteret di-
3. Re. 19. cens. Ecce dñs transit: ⁊ spiritus grandis ⁊
fortis subvertens montes: ⁊ conterens pe-
tras ante dñm illico advenit. Non in spiri-
tu dominus. Et post spiritum commotio:
non in cōmotione dominus. Et post cōmo-
tionem ignis: non in igne dominus. Et post
ignem sibilus aure tenuis: ⁊ ibi dominus.
Spiritus quippe ante dominū evertit mon-
tes: ⁊ petras conterit: q2 pavor qui ex ad- D
ventu eius irruit ⁊ altitudinem cordis no-
stre deijcit: ⁊ duritiam liquefacit. Sed spiri-
tui cōmotioni ⁊ igni non inesse dicitur dñs:
esse vero in sibilo aure tenuis non negatur.
quia nimirum mens cum in contēplatiōis
sublimitate suspenditur: quicquid perfecte
conspicere prevalet deus non est. Cum ve-
ro subtile aliquid cōspicit: hoc est quod de
incomprehensibili substātia eternitatis au-
dit. Quasi enim sibilum tenuis aure perci-
pimus: cum saporem incircūscripte verita-
tis contemplatione subita subtiliter degu-
stamus. Tunc vero verum est quod de deo
cognoscimus: cum plene nos aliquid de il-
lo cognoscere nō posse sentimus. Unde be-
ne illic subditur. Quod cum audisset He-
lyas: operuit vultum suum pallio ⁊ ingres-
sus stetit in hostio spelunce. Post aure te-
nuis sibilum vultum suum propheta pallio
operuit: q2 in ipsa subtilissima contempla-
tione veritatis quanta ignorātia homo te-
gatur agnoscit. Vultū nāq̄ pallio superdu-
cere ē: ne altiora mens querere audeat: hāc
ex cōsideratione proprie infirmitatis vela-
re: vt nequaq̄ intelligentie oculos vltra se
precipitanter aperiat: sed ad hoc quod ap-
prehendere non valet reverenter claudat:
qui h agens in spelunce hostio stetisse de-
scribitur. Quid nāq̄ spelunca nostra ē: ni-
si hec corruptiōis habitatio in qua adhuc
ex vetustate retinemur? Sed cum aliquid
percipere de cognitione divinitatis incipi-
mus: quasi iam in spelūce nostre hostio sta-
mus. Quia enim progredi perfecte nō pos-
sumus: ad cognitionem tamen veritatis in-
hiantes: iam aliquid de libertatis aura ca-
ptamus. In ingressu ergo spelunce stare ē
repressō nostre corruptionis obstaculo ad
cognitionem veritatis incipere exire. Unde C
⁊ nube in tabernaculum descendēte israeli- Exo. 33.
te e longinquo cernentes in papilionū suo-
rum hostijs stetisse memorantur: quia hi q
adventum divinitatis vtcūq̄ conspiciunt:
quasi iam ex habitaculo carnis procedunt.
Quia igitur humana mens quantalibet se

virtute tetenderit: vir de intimis extrema cognoscit: recte nunc dicitur. Et vocē quasi aure lenis audivi. Sed quoniā cū se de se saltem parum nobis divina cognitio exhibet: infirmitatis nostre ignorantiam perfecte docet qui vocem aure lenis audivit: dicat que ex ipsa hac auditione didicerit. Sequitur. ¶ Nunquid homo dei comparatione iustificabitur: aut factore suo purior erit vir?] Humana iusticia divine iusticie comparata iniusticia est: qz ꝛ lucerna in tenebris fulgere cernitur: sz in solis radio posita tenebratur. Quid ergo Eliphas raptus in contemplatione cognovit: nisi ꝙ iustificari homo dei comparatiōe non possit? Recta nāqꝫ credimus que exterius operamur: sed cum minimi: ne iterna cognoscim⁹ quasi in solis radio positi caligamus. Cum vero illa utcūqꝫ percipimus: ita non utcunqꝫ iudicamus quia tanto quisqꝫ subtilius de tenebris iudicat: quanto ei verius claritas lucis cōstat. Qui enim lucem videt. scit qd de tenebris estimet. Nam qui candorez lucis ignorat: obscura pro luce approbat. Bene autez subditur. ¶ Aut factore suo purior erit vir?] Quisquis de percussione murmurat quid aliud: ꝙ iusticiam ferientis accusat? Puriorē se ergo vir factore suo estimat: si contra flagellum querelam parat: eūqꝫ sibi ꝓculdubio postponit: cum eius iudicium de sua afflictione redarguit. Ut ergo homo reprehendere non audeat iudicē culpe: hunc humiliter cogitet auctorem nature: quia qui mire ex nihilo fecit: factū impie non affligit. Quod tunc Eliphas didicit cum vocem quasi aure lenis audivit. In consideratione nāqꝫ divine magnitudinis discitur ꝙ humiliter in sua animadversione timeatur: ꝛ qui superna degustat: īferiora equanimiter tolerat: qz plene ītus cōspicit: quanti estimat quod foris agit. Male enim se creatum putat: qui regulam summe rectitudinis ignorat. Et sepe lignum rectum creditur: si ad regulam non ducitur: sed cum regule iungitur per quantam tortitudinem tumescit invenitur: quia nimirū rectitudo accedens increpat: quod oculus deceptus approbat. Eliphas itaqꝫ qui ad superna conspexit: districtum iudicium de inferioribus exerit: ꝛ quāvis beatum Job non recte redarguit: in comparatiōe tamē

creatoris oēm creature modūz recte describit dicens. ¶ Ecce qui serviunt ei non sunt stabiles: ꝛ in angelis suis reppertt pravitatem: quanto magis hi qui habitāt domos luteas: q terrenū habent fundamentū consumentur velut a tinea.

Capitulum. 27.

Natura angelica ꝛ si cōtemplationi auctoris inherendo in habitu suo immobiliter pmanet: eoipso tū quo creatura est: in semetipsa vicissitudinem mutabilitatis habet. Mutari autem ex alio in aliud res est: ꝛ in semetipsa stabilem non esse. Unaqꝫ enim res quasi tot passibus ad aliud tēdit: quot mutabilitatis sue se motibus subijcit. Sola autem natura incomprehensibilis a statu suo nescit moveri: que ab eo qđ semper idem est nescit immutari. Nam si angelorꝫ substantia: a mutabilitatis motu fuisset aliena: bene ab auctore cōdita: nequaqꝫ in reprobis spiritib⁹ a beatitudinis sue arce cecidisset. Mire aūt omnipotens deus naturā eorū spirituū bonā: sed mutabilem cōdidit: ut ꝛ q pmanere nollent: ruerēt: ꝛ q i cōditiōe psisterēt: tāto i eo iam dignius quāto ex arbitrio starent: ꝛ eo maioris apud deū meriti fierēt: quo mutabilitatis sue motū voluntatis studio fixissent. Quia ergo ipa quoqꝫ natura angelica ē in semetipsa mutabilis: quā videlꝫ mutabilitatē vicit p hoc qꝫ ei q semp idē est vinculis amoris alligat: recte nūc dr. Ecce q serviunt ei: nō sunt stabiles. Atqꝫ eiusdē ꝓtinus documentū mutabilitatis adiungit: cū de apostatis spiritib⁹ subinfert. Et in angelis suis reppertt pravitatē. Ex quorꝫ cōparatione bū casus infirmitatis humene cōsideratione colligit: cuꝫ illico adiūgit. ¶ Quanto magis hi q habitāt domos luteas: q terrenū habent fundamentū cōsumentur velut a tinea?] Luteas quippe domos habitamus: qz in corporibus terrenis subsistim⁹. Quas bū Paulus ꝯsiderās ait. Habem⁹ thesaurū istū i vasis fictilib⁹. Et rursum. Scimus 2.Cor.4
qz si terrestris dom⁹ nr̄a hui⁹ habitatiōis 2.Cor.5
dissolvat: ꝙ edificationē ex deo habemus domuz non manufactam. Terrenum quoqꝫ fundamentum est substātia carnis. Quod in se sollicite psalmista conspexerat: cum Ps.138.

B

B

dicebat. Non est occultatum os meũ a te
quod fecisti in occulto: ⁊ substãtia mea in
inferiorib9 terre. Tinea aũt de veste nasci-
tur: ⁊ eandẽ vestem de qua oritur: orẽdo
corrũpit. Quasi quedã ꝓo vestis aĩe caro
est: sed hec nimirũ vestis habet tineam suã
q2 ab ipsa carnalis tentatio oritur: ex qua
laceratur. Quasi enim quadã sua tinea ve
stis nostra cõsumit: cũ caro corruptibilis tẽ
tationẽ gignit: ⁊ ꝑ hanc ad interitũ perue-
nit: velut a tinea homo cõsumitur: cum de
se oritur: vnde cõteratur. Ac si apte dicat.
Si illi spiritus esse ex se incõmutabiles ne
queunt: qui nulla carnis infirmitate depri
muntur: qua temeritate se homines in bo-
no permanere cõstanter estimant: quos in
eo qđ intellectus ad summa vehit: carna-
lis infirmitas aggrauans prepedit: vt per
corruptionis vitium in semetipsis habeãt:
vnde ab intima nouitate veterascant.

21 Possunt quoqꝫ per angelos
sancti doctores intelligi: si-
cut ꝑ ꝓphetã dicit. Labia
sacerdotis custodiunt scien
Mal.2. tiam: ⁊ legem requirunt ex
ore eius: q2 angelus domi-
ni exercituũ est. Qui quantalibet virtute
fulgeant esse oĩno sine culpa nequeunt: cuꝫ
inter presentis illecebrosa vite gradiuntur:
q2 eorum gressus tangitur: aut luto illiciti
operis: aut puluere cogitationis. Domos
sũt luteas habitãt: qui de illecebrosa hac
vita carnis exultant. Hanc domuꝫ luteam
Phi.3. paulus contempserat habitare. cum dice-
bãt. Nostra autẽ cõuersatio in celis ẽ. Di
cat ergo. Ecce qui seruiunt ei non sunt sta-
biles: ⁊ in angelis suis repperit prauitateꝫ:
quãtomagis hi qui habitãt domos luteas:
qui terrenũ habent fundamentũ: consumẽ
tur velut a tinea. Ac si aperte dicat. Si pre
sentis vite viam illi9 sine contagione transi-
re nequeunt: qui eterna cogitantes se con-
tra temporalia accingunt: que detrimenta
illi sustinent: qui esse se in carnalis habita-
B tionis voluptatibus gaudent. Qui eni ser-
uiunt ei: non sunt stabiles: q2 cuꝫ mens ad
alta nititur: carnis sue cogitatione dissipa-
tur: ita vt sepe animus: dum intimis inha-
bitat: duꝫ sola celestia expectat: subita car-
nali delectatione percussus a semetipso fes-
sus iaceat: ⁊ qui se in infirmitatis sue mole
stias superasse gaudebat repentino vulne-
re prostratus gemat. Prauitas ergo et in
angelis reperitur: dum ipsos quoqꝫ qui ve-
ritatem nunciant: nonnunqꝫ surreptio vite
fallacis grauat. Si ergo hi etiam mũdi hu-
ius iniquitate feriuntur: quos cõtra eũ san
cta intẽtio erigit: qbus ictibus illi penetrã
tur: quos ante eius iacula ipsa ĩfirmitatis
sue delectatio sternit: Qui bene velut a ti-
nea consumi describũtur. Tinea qppe dã-
num facit: ⁊ sonitũ nõ facit. Ita iniquoruꝫ
mentes q2 damna sua cõsiderare negligũt
integritatem quasi nescientes ꝑdunt. Amit-
tunt nãqꝫ a corde innocentiã: ab ore veri-
tatem a carne cõtinentiã: ⁊ per accessum tem
poris ab etate vitã. Sed per se indesinẽter
amittere nequaqꝫ conspiciunt: dũ toto desi-
derio curis temporalibus occupant. Qua- C
si ergo a tinea consumuntur: q2 sine sonitu:
culpe morsum tolerant: dũ quãta detrimen
ta vite ⁊ innocentie patiunt: ignorãt. Vn-
de ⁊ bene subdit. De mane vsqꝫ ad ves-
peram succidentur. A mane vsqꝫ ad vespe
ram peccator succiditur: dũ a vite sue exor
dio vsqꝫ ad terminũ iniqtatis ꝑpetratione
vulneratur. Omni qꝫ tempore reprobi per
augmentũ malicie cõtra se ictus ĩgeminãt:
quibus succisi in ꝓfundum ruant. De qui
bus bene ꝑ psalmistã dicitur. Viri sangui- Ps.54
num ⁊ dolosi: non dimidiabũt dies suos.
Dies quippe dimidiare est tp̄s vite male ĩ
voluptatibus ductũ: ad penitentie lamẽta
diuidere: atqꝫ hoc ad bonũ vsum partẽ do
reparare. Sꝫ iniqui dies suos nequaqꝫ di-
midiãt: q2 peruersam mentem: nec in extre
mo tempore immutant. Quo cõtra bñ pau
lus admonet dicens. Redimentes tẽpus: Ephe.5.
qm̃ dies mali sunt. Tempus quippe redi-
mimus: quãdo ante actam vitam quam la
sciuiendo ꝑdidimus: flendo reparamus.
Sequitur. Et quia nullus ĩtelligit ĩ eter-
num peribunt. Nullus videlꝫ eorum qui
a mane vsqꝫ ad vesperã succident: nullus
intelligit: vel eorũ qui pereunt vel eoruꝫ q
ꝑditos mores pereuntiũ imitantur. Vnde
alias scriptum est. Justus perijt: ⁊ nemo ẽ Esa.5.
qui recogitet in corde suo: ⁊ viri misericor-
die colliguntur q2 non ẽ qui intelligat. Ini
qui ergo dum sola temporalia appetunt: ⁊
que bona electis in eternum maneant scire D
contemnũt: dum iustorum afflictionẽ con-

spiciunt: sed que sit afflictionis retributio
nō agnoscūt: actionis sue pedem in pfun-
dum porrigunt: q2 a luce intelligentie spon
te sua oculos claudunt. Multis enim ma-
lis voluptatibus decepit: dum que vident
temporaliter diligunt a semetipsis aliena
ti non vident vbi in eternum ruunt. Pōt
etiam mane psperitatis vespere huius mū
di aduersitas designari. De mane ergo vsq3
ad vesperam reprobi succiduntur: q2 per pro-
spera lasciuientes depereūt: & per aduersa
impatiētes ad insaniam erumpūt. Quos de
mane vsq3 ad vesperam nequaq3 culpa sue
cideret: si vel pspera fomentum crederēt vel
aduersa sectionem sui vulneris estimarent.

Capitulum. 29

SEd q2 nequaq3 sic humāi
generis multitudo deseri-
tur: vt cūcta ad interitum
A tēdere pmittatē. Sunt nō
nulli q pñtis vite oblecta
menta despiciūt: etiam cū
assunt: trāsitoria eē consi-
derant: atq3 hec ex amore eternitatis cal-
cant. Cūq3 in hoc primo gradu iudicij gres
sus suos ponūt: vegetatiores ad altiora p-
ueniūt: vt cuncta tpalia non solum q2 citi9
sunt amittenda despiciant: sed his inhere-
re nō appetant: & si eterna eē potuissent: &
a pulchre cōditoris amorē subtrahunt: qa
in ipm auctorē pulchritudinis cordis passi
bus tendūt. Et sunt nōnulli q bona huius
vite pñtis diligunt: sed tamē hec nulla ten9
assequūtur: & sunt nōnulli q rebus tempo-
ralibus: totis desiderijs inhiant: mūdi glo-
riam querunt: & adipisci nequaq3 possunt.
Hos vt ita dixerim cor ad mundum pertra
hit mundus ad cor repellit. Nam sepe cō
tingit vt in ipsis suis aduersitatibus fracti
ad mentē redeāt: & in semetipsis reuersi cō
siderēt: q3 sint inania que querebāt: seseq3
pro tam stulto desiderio protinus ad lamē
tum vertant: & tanto valentius eterna desi-
derent: quanto se stultius laborasse pro tēpo-
ralibus dolēt. Unde bene descriptis repro-
bis subditur. ((Qui aūt reliqui fuerint: au
ferēt ex eis.)) Quos alios reliquos: nisi hu
ius mūdi despectos accipimus? Quos dū
põps seculū: ad nulli9 glorie vsum eligit: qua
B si minimos indignosq3 derelinquit. Sz mū
di reliquos auferre dñs df: q2 despectos hu
ius seculi eligere dignat: Paulo attestāte
q ait. Non multi sapientes sm carnē: non 1.Cor.1.
multi nobiles: non multi potentes: sz que
stulta sunt mundi elegit deus vt confun-
dat sapientes: & infirma mundi elegit de9
vt cōfundat fortia. Quod bene in libro Re 2.Re.30
gum egyptio puero i via lassescente signat
quem amalechita egrotum in itinere desit
Dauid vō inuenit: cibo reficit: ducem sui
itineris facit: amalechitam psequtur: epulā
tem repperit: & funditus extinguit. Quid ē
eni q egyptius Amalechite puer in itinere
lassat: nisi q amator pñtis seculi peccati sui
nigredine opertus: sepe ab eodem seculo īfir
mus despectusq3 relinqtur: vt cum eo currē
re nequaq3 valeat: sed fractus aduersitate
torpescat? Sed hūc Dauid inuenit: q2 redē
ptor noster veraciter manufortis nōnunq3
quos despectos a mūdi gloria reppit: in su
um amorem cōuertit: cibo pascit: q2 vbi sci
entia reficit: ducem itineris eligit: q2 suum
etiam predicatorem facit: & q Amalechitā
seq non valuit: dux Dauid efficitur: q2 is
quem indignum mundus desuit: non solū
cōuersus in suam mētem dñm recipit: sz pre
dicando hunc etiam vsq3 ad aliena corda C
pducit. Quo videlz duce Dauid cōuman-
tem Amalechitam inuenit & extinguit: qa
ipsis predicantibus mūdi leticiam destruit
quos mūdus habere comites dispexit. Q2
igitur plerūq3 quos mundus relinqt: domi
nus elegit: recte nūc df. Qui reliq fuerint:
si amor non excitat: teporis sui torpor obscu
rat si timor non aggrauat: sensus hanc per
iania ad nebulam erroris leuat: et cum clau
sa ei secretorum ianua tardius aperitur: ab
ea longius ipsa sua p̄sumptiōe repellitur: q2
irrumpere appetit hoc qđ non inueniēs que
rit: cumq3 superba mens errorem pro verita
te percipit: quo quasi intus gressum porrigit:
b foras tendit. Hinc est enim q2 legem datur9
dominus in igne fumoq3 descendit: q2 et hu
miles per claritatem sue ostensionis illumi
nat: et superborum oculos obscurat per cali
ginem erroris. Prius igitur mens ab ap
petitu glorie temporalis atq3 ab omni car
nalis concupiscentie delectatione tergenda
Exo.19. est et tunc ad aciem contemplatōis erigēda
vnde et cum lex accipitur: populus a monte
prohibetur: vt videlicet q infirmis adhuc mē
tibus terrena desiderant: considerare subli
mia non presumāt. Unde et recte dicitur. Si
He.5. bestia tetigerit montem lapidabitur. Bestia

etenim montem tangit: cum mens irrationa c
bilibus desiderijs subdita ad contemplatiō
nis alta se erigit: sed lapidibus percutitur:
q2 summa non sustinens ipsis superni pon
deris ictibus necatur. Qui igitur culmen p
fectionis apprehendere nituntur: cum con
templationis arcem tenere desiderant p̄us
se i campo operis per exercitium probent:
vt sollicite sciant si nulla iam mala. proximis
irrogant: si irrogata a proximis equanimi
ter portant: si obiectis temporalibus bonis
nequaq̄ mens leticia soluitur: si subtractis
non nimio merore sautiatur: ac deinde perpē
dant si cum ad semetipsos introrsus redeunt
i eo qđ spūalia rimantur: nequaq̄ secũ re
rum temporalium vmbras trahunt: sed for
tasse tractas manu discretionis abigunt: si
i circumscriptum lumen videre cupientes cū
ctas circūscriptionis sue imagines deprimũt
et i eo qđ super se contingere appetunt vin
cunt quod sunt. Unde recte nunc dicitur.

Capitulum. 27.


Ngredieris i abundãtia se a
pulchrum. Uir qppe perfe
ctus in abundãtia sepulchrũ
igreditur: q2 p̄us actiue vite
opera congregat: et postmo
dum carnis sensum per con
templationem mortuum huic mundo sūdi
tus occultat. Unde et apte subditur. Sicut
isertur aceruus in tempore. Actōis nãq3 tē
pus primum est: contemplationis extremũ.
Unde necesse est: vt perfectus quisq3 p̄us vir
tutibus mentem exerceat: atq3 hāc postmo
dum i horreum getis abscondat. Hinc ē enĩ
qđ is quem legio demonũ demonio iubente Luc.8.
dereliqt: ad saluatoris sui pedes redit: vba
doctrine percipit et de regione sua simul de
scēdere cum salutis auctore concupiscit: sed
tamen ei ipsa que salutem contulit: veritas
dicit. Reuertere primum i domum tuam et
narra quãta tibi fecerit deus. Cum eni quã
libet parum de diuina cognitione percipi
mus redire ad humana iam nolumus et p
ximorum necessitatibus onerari recusamus
quietem contemplationis querimus nihilq3
aliđ nisi hoc qđ sine labore reficit amam9.
Sed sanctos nos veritas ad domum mit
tit: enarrare que nobiscum acta sunt preci b
pit: vt videlicet mens prius desudet i ope
et postmodum refici debeat per contēplatio

accepit eiq dicit: Non est cõsuetudinis in
Gen.29. terra nostra vt miores ante tradamus ad
nuptias q̃ maiores. Rachel nanq visum
principiũ: Lia autem laboriosa dicitur. Et
quid per rachelẽ nisi contemplatiua: quid per
Liam nisi actiua vita signatur? In cõtempla
tione quippe principium quod deus ẽ que-
ritur: in operatione autẽ sub graui necessita-
tum fasce laborat. Unde et Rachel pulchra
sed sterilis: Lia autẽ lippa est sed fecunda
quia nimirũ mens cũ contemplãdi ocia ap
petit plus videt: sed minus deo filios gene-
rat: cum vero ad laborẽ se predicatiõis diri-
git: minus videt: sed amplius parit: post lie
ergo amplexus ad Rachelez Jacob perue
nit: quia perfectus quisq ad fecunditatez acti
ue vite ante iungitur: et post ad requiez con
E templatiue copulatur. Quia enim contem-
platiua vita minor quidem tempore: sed
merito maior est q̃ actiua sacris euangelij
verbis ostenditur in quo due mulieres diuer
sa egisse referuntur. Maria quippe redem
ptoris nostri verba audiens: ad pedes illius
Luc.10. residebat: martha autẽ corporalibus ministe
rijs insistebat. Cunq contra marie ocium
martha quereret audiuit Martha martha
solicita es et turbaris erga plurima: porro
vnum est necessarium Maria optimã par
tem elegit: que non auferetur ab ea. Quid er
D go per mariam que verbum domini residẽs
audiebat nisi contemplatiua vita exprimitur:
Quid per marthaz: exterioribus obsequijs
occupatam: nisi actiua vita signatur? Sed
marthe cura non reprehenditur: marie vero
etiam laudatur: quia magna sunt actiue
vite merita: sed contemplatiue potiora. Un
de nec auferri vnq̃ marie pars dicitur: quia
actiue vite opera: cum corpore transeunt: cõ
Ezech.1. templatiue autẽ gaudia melius ex fine con
ualescunt. Quod bene ac breuiter Ezechiel
propheta exprimit: cum volantia animalia
contemplatus ait. Et similitudo manus ho
minis subtus pennas eorum erat Quid.n.
per pennas animalium nisi contemplatiões
possumus sentire sanctorum: quibus ad sũ
ma transuolant: et terrenna deserentes sese
in celestibus librant? Quid per manus nisi
operationes accipimus? Quia cum in pri
mi amore se dilatant: bona que preualent et
corporaliter administrant. Sed manus eo
rum sub pẽnis sunt: quia actionis sue ope-
rã virtute contemplationis vincunt.

Capitulum. 28.



Potest etiam per sepulchrũ A
non solum in hac vita nostra
cõtemplatio: sed quies eter
ne et intime retributionis in
telligi: in qua tanto verius
quiescitur: quanto in nobis
corruptionis vita perfectius necat. In abũ
dantia ergo sepulchruz ingreditur: qui post
congesta vite presentis opera mutabilitatis
sue plene mortis in secreto veri luminis oc
cultatur. Unde et per psalmistam dicit. Ab- Ps.30.
scondes eos in abscondito vultus tui: a cõ-
turbatione hominum Quod bene etiam cõ
paratio adiuncta commendat: cum dicitur.
Sicut infertur aceruus in tempe suo. Fru-
mentum quippe in segete sole tangit: quia
in hac vita humana anima respectu super-
ni luminis illustratur: pluuias percipit: quia
veritatis eloquio pinguescit: ventis concu-
titur quia tempestatibus exercetur et secuz cre
scentes paleas portat: qui nequiorem contra
se quotidie vitam peccantium tollerat: atq
ad aream deducta triturationis pondere p̃
mitur: vt a palearum connexione soluatur:
quia mens nostra celesti discipline supposi-
ta: dum correctionis flagella percipit: a so-
cietate carnalium mundior recedit: et relictis
paleis ad horreum ducitur: quia foris rema
nentibus reprobis electa anima ad superne B
mansionis gaudia eterna sublevatur. Bene
ergo dicitur Ingredieris in abundantia se
pulchrũ: sicut infertur aceruus tritici in tẽ-
pore suo: quia dum post afflictionem iusti p̃
mia patrie celestis inueniunt: quasi post p̃s
suras ad horreum grana deferuntur: et alie
no quidem tempore percussiones sentiunt;
sed in suo a percussione requiescunt. Ele-
ctis quidem alienum tp̃s est vita presens:
vnde et quibusdaz infidelibus adhuc veritas
dicit. Tempus meum nundum aduenit: tẽ Jo.7.
pus autẽ vr̃m semper est paratũ. Et rursuz: Luc.22.
hec est hora vr̃a: et potestas tenebrarũ. Se-
pulchrum ergo in tempore suo sicut frumẽ-
ti aceruus ingreditur: quia ille eternam requiem
percipit: qui prius hic vt ab exurendis pa-
leis liber fit: discipline pressuras sentit. Eli-
phas vero qui in locutionis sue serie taber
naculum: lapides: bestias: semen: herbas: se
pulchrumq nominauit: quia non hec iuxta lit

teram dixerit:ipse innuit qui post cuncta si lico subiungit. ((Ecce hoc:vt inuestigamus ita e.)) Liquet profecto q in his verbis nihil ab eo iuxta superficiem dicitur:qz nimirum ante faciem non iacet quod inuestigat. C Qui ergo hec inuestigasse se indicat: quia in verbis exterioribus interiora quesierit demonstrat;sed post cuncta ad stulticiam iactantie peruenit:quia protin⁹ subdit.((Quod auditum mēte pertracta.)) Quātalibet doctrina mens polleat:grauis eius imperitia est velle docere meliorem. Unde z ea que ab inimicis recte prolata sunt ab interno arbitre non recta iudicantur:In eo nanqz vim sue rectitudinis ammittunt: quo auditori non congruunt:quia z medicamina vires perdūt cū sanis membris opponuntur. In omne ergo qd dicitur necesse est vt causa tempus z persona pensetur si verba sententie veritas roboret si hanc tempus congruū postulat:si z veritatem sententie z cōgruentiam temporis persone qualitas nō impugnet. Ille enim laudabiliter spicula emittit q prius hostem quem feriat ꝯspicit. Male nanqz arcus validi cornua subigit qui sagittam fortiter dirigens ciuem ferit.

Sancti gregorij Liber septimus. Ca. i.

A Quorūdam mentes plus flagella q̄ conuicia cruciant:quorundam vero plus conuicia q̄ flagella castigant Nam sepe contra nos quibuslibet penis durius tormenta verborum seuiant;cumqz nos ad defensionem erigunt:in impatientiam sternūt Unde beato Job ne deesse tentatio vlla potuisset; nō solum hunc flagella desuper ferijt:sed grauiora plagis amicoꝝ colloquia afflixit:vt sancti viri anima hincinde pulsata ad motum iracūdie elationis erumperet:z quicqd mūdum vixerat:per contumaciam superbe locutionis inquinaret. Sz tactus plagis gratias retulit:lacessit⁹ verbis recta rn̄dit:z p cunctus innotescit:q̄ pro minimo salutē carnis habuerit. Loquens quoqz indicat: q̄ sapiens tacebat. Sed quedam eius verbis B

admixta sunt:que apud humana iudicia patientie limitem transire videantur : que nos vere intelligimus:si superni sententiam iudicis in eorum examinatione pensamus. Ipsum quippe beatum Job z pus contra aduersarium pretulit dicens. Uidisti seruū meum Job.q nō sit similis ei super terrā. vir simplex z rectus:ac timens deum:z recedens a malo: Ipse post probationē amicos eius redarguit dicens. Non estis locuti coram me rectum:sicut seruus meus Job. Restat ergo z cum mens in beati Job sermonibus fluctuat eorum pondus ex eiusdem hystorie initio ac fine perpendat. C Ab interno eniz iudice:nec casurus laudari potuit;nec lapsus preferri. Si igitur in ambiguitatis tempestate deprehensi prima huius hystorie z postrema cōspicimus nauis cordis cōsideratiōis sue funibus:quasi a prora z puppi restringitur:ne in erroris saxa perducatur. Nullis ergo ignorantie nostre procellis obruimur si tranquillum superne sententie litus tenemus. Ecce enim dicit q questione non modica lectoris animum moueat. Sed quis hoc non rectum dicere audeat: quod in dei auribus rectum sonat:

Job. Cap. 6.

Utinam appenderentur peccata mea quibus iram merui: et calamitas quaz patior in statera:quasi arena A maris hec grauior appareret. Quis alius statere no͞ie:nisi dei z hominū mediator exprimitur: Quid ad pēsandū vite nostre meritū venit:ac secū iustitiā simul z misericordiam detulit: Sed misericordie statera lance preponderās:culpas nostras parcēdo leuigauit. In manu etenim patris:quasi statera miri libraminis fact⁹hic in se calamitatē nostrā: z illinc petā suspēdit:sz grauis pōderis calamitatē moriendo inotuit: z apd misericordiā suā leue eē petm̄ relarādo monstrauit. Ergo p verā penitētiā q̄uis mīra z grauissima sint petā p misc̄diaz dei facili⁹ relarātur apud misc̄diaz suā leue eē peccatū relaxatū mōstrauit:qui hoc primū graue ꝓtulit q penā nr̄am nobis cognoscibilē fecit. Ms B

náqꝫ ad contemplandũ auctorẽ; conditus
sed extinguentibꝰ meritis ab internis gau
dijs deiectus in erũnam corruptionis ruẽs:
cecitatẽ exilij sustinens: culpe sue supplicia
et tolerabat et nesciebat: ita vt exiliũ patriã
crederet: sic sub corruptionis pondere: quasi
in salutis libertate gauderet. Sꝫ his quos
intꝰ hꝰ reliquerat: assumpta carne foris ap-
paruit deus: cũqꝫ se exterius prebuit expul
sum foras hominẽ ad interiora reuocauit:
vt iam penam sue cecitatis ingemiscat. Ca
lamitas ergo hominis in statera grauꝰ ap
paruit quia malum quod pertulit: non nisi
in pñtia redemptoris agnouit. Lucem qp-
pe nesciens damnationis sue tenebras pa
titur voluptuose: sed postq̃ vidit quod dilige
ret: intellexit etiam quod doleret, et graue sen-
sit, quod pertulit: q2 dulce innotuit quod amisit.
C Vir igitur sanctus colloquentis amici sen-
tentijs a claustris silẽtij excussus: et prophe-
tici spiritus affluentia repletus: dicat sua:
dicat humani generis voce Utinam appen
derentur peccata mea quibus iram merui
et calamitas quam patior in statera: quasi
arenam maris hec grauior appareret: ac si
aperte diceret. Damnationis nostre malũ
leue creditur: quia nec dum cognita redem
ptoris equitate pensat. Sed vtinam veniat
et erumnam tanti exilij misericordie sue lan
ce suspendat et quid post exiliũ requiramꝰ
edoceat: Si enim innotescit quod amisimꝰ
graue esse insinuat quod tolleramus.

Capitulum. 2.

A Bene autem hec eadẽ per
egrinationis nostre cala-
mitas maris arene cõpa-
ratur. Arena enim maris
vndarum estu exterius im
pellitur: quia et delinquẽs
homo quasi tentationũ flu-
ctus mobiliter pertulit: extra se ab intimis
exiuit. Magni aũt arena maris est ponde
ris: sꝫ calamitas hominis arene maris gra
uior dicitur: q2 dura fuisse pena ostenditur:
dum per misericordem iudicem culpa que
[illegible]migatur agnoscitur. Et quia quisquis gra
[illegible]m redemptoris agnoscit: quisquis re-
ditũ ad patriã diligit: eruditus sub põdere
peregrinationis gemit: post statere desideriũ
recte subiungitur. Unde et verba mea dolo
re sunt plena. Qui peregrinationem pro pa-
tria diligit: dolorẽ etiã inter dolores nescit.
Justi autem verba dolore plena sunt: quia
quousqꝫ presentia tollerat: ad aliud loquen
do suspirat: omne quod peccãs pertulit cõ
spicit: atqꝫ vt ad statum beatitudinis rede-
at: solicite iudicia quibus affligitur pẽsat.
Unde subditur. Quia sagitte dñi in me
sunt. Sagittarũ quippe nomini aliquã pre B
dicationis verba: aliquãdo animaduersio
nis sue designant. Predicationis nãqꝫ elo
quia sagittis exprimũtur: q2 in eo quod vi
tia feriunt: male viuentiũ corda transfigũt.
De his saggittis veniente redemptore dici
tur. Sagitte tue acute potentissime: populi Ps.44.
sub te cadũt in corde. De quo esaias dicit. Esa.66.
Mittam eos qui saluati fuerint ad gentes
in mari in affricam: in libiam tenentes sagit
tam in italiam et greciam Rursum saggitis
animaduersiõis percussio designatur: sicut
Joas regi per heliseum dicitur. Jace sagit 4.Re.13.
ta. Quo iacente ait. Percuties siriaꝫ: donec
consumes eam. Vir igitur sanctus quia pe-
regrinationis sue erũnam respicit: q2 sub per-
cussionibus dominice animaduersionis in-
gemiscit dicit. Unde et verba mea dolore sũt
plena quia sagitte domini in me sunt. Ac si
aperte diceret. Ego in exilij damnatiõe nõ
gaudeo: sed sub iudicio positos doleo: quia C
vim persecutionis agnosco. Plerisqꝫ aũt sunt
quos tormenta eruciant: sed non emendãt.
Quos contra apte subiungitur. Quarum
indignatio ebibit spiritum meum. Quid
n. est spũs hominis nisi spiritus elationis:

Capitulum. 3.

A Sagitte aũt dñi spiritum ho
minis ebibunt: cum super-
ne animaduersionis sue af
flictam mentem ab elatio
ne compescunt Sagitte do
mini spiritum hominis ebi
bunt: quia intentũ exterioribus introrsus
trahunt. Hoc potatus nanqꝫ dauid spũ fu
erat: cũ dicebat. In deficiendo in me spiritũ Ps.14.
meum: et cognouisti semitas meas. Et rur-
sum. Negauit consolari anima mea: memor Ps.76.
fui dei: et delectatus sum: et exercitatus sum
et defecit paulisper spũs meus. Sagittarum
ergo indignatio iusti spiritum ebibit: quia
superne sue elatos quos in peccatis inue-
niunt dum vulnerant immutant: vt duritiã
suam transfixa mens deserat atqꝫ ex saluti-

fero vulnere sanguis confessionis currat.
Pensant nãq vnde quo lapsi sunt: pensant
a quanta beatitudine atq corruptiõis sue
tormenta ceciderũt: τ nõ solũ gemit in his
que sustinent: sed insuper metuunt hoc qđ
districtus iudex delinquentibus de gehen-
ne ignibus minatur. Unde recte subiungi-
tur. ¶ Et terrores militant cõtra me. ¶ In
ftorum mens nõ solũ perpendit qđ tolerat:
sz etiã pauet qđ restat: videt qualia in hac
vita patitur metuit ne post hanc grauiora
B patiatur. Luget quia in huius cecitatis exi
lium: a paradisi gaudijs cecidit. Timet ne
cum exilium relinquitur mors eterna sub-
sequatur. Jam ergo sententiã tolerat ĩ pe-
Ps. 37. na: sed minas adhuc venturi iudicis formi
dat ex culpa. Hinc ps. ait. In me trãsierũt
ire tue: τ terrores tui conturbauerunt me.
Interni quippe iudicis postq̃ ire pertran-
seunt: etiam terrores cõturbant qz iã aliud
de dãnatione patimur: τ adhuc aliud de
eterna vltione formidamus. Uir igitur san
ctus ppendens mala que tolerat dicat. Sa
gitte domini in me sunt: quaꝝ indignatio
ebibit spiritum meũ sed grauiora in perpe
C tuo metuens subiungat. Et terrores militãt
cõtra me. Ac si aperte diceret. Percussus
quidem de presentibus doleo: sed hoc ĩ do
lore fit grauius: quia τ in pena positus: ad
huc supplicia eterna ptimesco: sed qz is sta
tere interuentũ desiderat: iam mala in qbꝰ
humanũ genus cecidit pensat: quãuis ĩ gẽ
tili natione positus: munere tamẽ ppħetici
spũs plenus: quo ardore redemptoris ad-
uentũ vel gentilitas vel iudea sitiat: verbis
sequentibus demonstrat dicens. ¶ Nunqđ
rugiet onager cũ habuerit herbaꝫ: aut mu-
giet bos cum ante presepe plenũ steterit? ¶
Quid nãq per onagrũ. i. agrestẽ asinũ: nisi
gentilis populus designatur? quẽ sicut na-
tura extra stabula discipline edidit: ita va-
gus ĩ voluptatũ suaꝝ cãpo pmãsit. Quid
D per bouem nisi plebs iudaica significatur?
que iugo superne dñationis supposita ad
spẽ pselitos colligẽs per corda q̃ valuit vo
mere legis traxit. Sed vita beati Job atte
stante cognoscimus: vt expectasse redẽpto-
ris aduentum multos etiam gẽtiles: vt na-
scente dño symeone in spiritu in tẽplo ve-
niente didicimus: quanto desiderio ex ple-
be israelitica sancti viri incarnationis eiꝰ
misterium videre cupierũt. Unde τ p eũdẽ Luc. x.
redemptorẽ discipulis dicitur. Dico vobis
q multi iusti τ pphete desiderauerũt vide
re que videtis τ nõ viderũt. Ca. 4.



Erba ergo onagri: τ fenũ A
bonis est hec ipsa mediato
ris incarnatio: per quam si
mul gentilitas τ iudea sa-
tiat. Qz enim per pphetaꝫ
dicitur. O is caro fenũ: vni- Esa. 40.
uersitatis cõditor ex nostra substãtia carnẽ
sumens fenũ fieri voluit: ne nostra caro in
ppetuo fenũ remaneret. Tunc ergo herbaꝫ
onager inuenit: cũ gentilis populus grãm
diuine incarnatiõis accepit. Tunc bos va
cuum psepe non habuit: cum plebi iudaice
eius carnem expectanti lex exhibuit quem
diu expectatum prophetauit. Unde et na-
tus dominus in psepe ponitur: vt videlicet
signaretur: qz sancta aĩalia que ieiuna diu
apud legem inuenta sunt: incarnatiõis eiꝰ
feno satiarent. Presepe enim natus imple-
uit: qui cibum semetipm mentibus carnaliũ
prebuit dicens. Qui comedit carnem meaꝫ Jo. 6.
τ bibit sanguinẽ meũ: in me manet: τ ego
in eo. Sed quia diu τ electorũ gentiliũ vo-
ta dilata sunt: τ ex hebraico populo sancti
quiq longo tempore redemptionẽ suaꝫ ex
pectando gemuerũt: bene beatus Job pro
phetie misteria emanans ex vtraq natiõe
causas afflictionis insinuat dicẽs. Nunqđ
rugiet onager: cum habuerit herbã: aut mu B
giet bos: cũ ante presepe plenũ steterit. Ac
si aperte dicat. Idcirco gentilitas gemit: qz
eam necdum redemptoris sui gratia reficit
atq ideo iudea mugitus dilatat quia legẽ
tenens: sed legis auctorẽ non videns: stans
ante presepe ieiunat. Que nimirũ lex: quia
ante mediatoris aduẽtũ nequaq̃ spiritua
liter: sed carnaliter tenebatur recte subiun-
gitur. Aut poterit comedi insulsum qđ nõ
est sale conditum? In lege sal littere: ẽ vir-
tus intelligẽtie occulte. Quisquis ergo ob-
sequijs carnalibus intentus: hanc intellige
re spiritualiter noluit: quid aliud q̃ isulsuꝫ
cibum comedit? Sed hoc in cibo sal cogni-
ta veritas misit: cum latere in lege saporeꝫ
occulte intelligentie docuit dicens. Si cre-
deritis moysi crederetis vtiq τ mihi: đ me Luc. 12.
enim ille scripsit. τ rursum. Habete sal ĩ vo
bis: τ pacem habere inter vos. Sed quia

ante mediatoris aduentū iudea legem car-
naliter tenuit: pceptis eius dura iubentibus
gentilitas subdi recusauit. Insulsum ergo
cibum comedere noluit: que priusqȝ spūs
C cōdimentū pcepit: seruare vim littere expa-
uit. Quis nāqȝ gentiliū hoc qđ illic pcipi-
tur ferret: filiorū carnē pro obsequio religio-
nis incidere: verborum culpas morte rese-
care. Unde et bene subditur adhuc. Aut
gustare aliquis potest: qđ gustatum affert
mortem? Lex nāqȝ carnaliter degustata
mortem intulit: qȝ cōmissa delinquētiū du-
ra animaduersione distrinxit: mortem deta-
lit qȝ et per preceptum culpā innotuit: et hāc
Heb. 7. per gratiā non deleuit: Paulo attestāte q
Ro. 7. ait. Nihil ad perfectum pduxit lex. Et rur-
sus n. Lex quidem sancta et mandatū san-
ctum: et iustum et bonū. Et paulopost: pecca-
tū vt appareat peccatū per bonū mihi ope-
ratum est mortē. Ad christū vero conuersa
gentilitas: qȝ hunc sanare per verba legis i-
telligit: angustata desiderijs suis: eum quē
vehemēter diligit: inter precepta carnalia
spūaliter requirit.

Capitulum. 5.



D Vide et ex voce mox ecclesie
per pphetie spūm subditur.
Que prius tāgere nolebat
anima mea: nunc pre angu-
stia cibi mei sunt. Ualde nā-
qȝ in errorē labitur: q beati
Job verba ad solā ꝑata hystoriā suspica-
tur. Uir enim sanctus et tot conditoris sui
preconijs fultus: quid magnū vel potiꝰ qd
verum diceret: si insulsum cibū cōmedi non
posse dixisset: Aut quis eius esui mortifera
alimenta obtulerat vt subiungat. Aut po-
test aliquis gustare: qđ gustatū affert mor-
tem? Que si de amicorū eius colloquijs di-
cta sentimus: ab intellectu hoc sentētia sub-
iuncta compescimur qua ait. Que prius
tangere nolebat aīa mea nūc pre angustia
cibi mei sunt. Absit enim ne vir sanctus in
statu sui incolumitate cōstitutus: amicorū
E suorū aliquando dicta despererit: qui sicut
ipso attestante post didicimus et seruis hu-
milis fuit. Uerba ergo eius a misterijs non
vacant que sicut ex fine hystorie discimus
et internus arbiter laudat: que nequaqȝ cuā

cum tanta veneratione vsqȝ ad mundi ex-
trema decurrerent: si intellectu mistico gra-
uida non fuissent. Beatus igitur Job quia
membrum est sancte ecclesie eius etiam lo-
quitur ex voce dicens. Que prius tangere
nolebat anima mea: nunc pre angustia ci-
bi mei sunt quia nimirum amoris sui esuri-
ens in cibum scripture veteris conuersa gē-
tilitas esurit quem dudū superba desperit.
Que tamen et iudee vocibus congruunt si
paulo consideratius disserant. Ipsa qppe
ex eruditione legis ex vnius dei cognitione
sal habuit: et cunctas gentes nō aliter quā F
vt animalia bruta despexit. Sed qȝ societa-
tem gentilium ad semetipsam recipere pre-
ceptis legis erudita cōtempserat: qd aliud Exo. 2
quā insulsum cibū sumere fastidiebat: Di-
uina quippe sententia proposita morte ve-
tuerat: ne plebs israelitica fedus cū alieni-
genis iungeret: et vitam sancte religionis in-
quinaret. Unde et subdit. Aut gustare ali-
quis potest: quod gustatū affert mortem?
Sed quia ad redemptoris fidem hec eadē
iudea ex electorū parte conuersa est lucem
quā cognouerat pdicare per sanctos apo-
stolos sue ꝑlis infidelibꝰ satagebat: eiꝰ autē
pdicationis obsequiū hebreorū superbia re-
pulit. Unde mox ad collectionē gentiū ex-
hortationis sue verba declinauit: sicut et p Act. 14
eosdē apostolos dicitur. Uobis oportebat
primū loqui verbū dei: sed quoniā repuli-
stis illud: et indignos vos iudicastis eterne
vite: ecce conuertimur ad gentes. Cū hoc
quoqȝ loco apte subiungitur. Que priꝰ tan- G
gere nolebat anima mea nunc pre angustia
cibi mei sunt. Judea quippe vitam genti-
lium dedignata eam dudū quasi tāgere no-
luit: cuius societatem recipere spreuit: sed
ad redemptoris gratiam veniens ab israe-
liticis īfidelibus repulsa: dum per sanctos
apostolos ad collectionē se gētiliū dilatat:
quasi hoc in cibum esuriens accepit qđ idi-
gnum prius fastidiosa desperit. Predica-
tionis enim sue angustias pertulit: q̄ apud
hebreos despici: quod loquebat vidit: sed
pre angustia cibos quos dudum contēpse-
rat comedit: quia repulsa iudeorum duri-
cia gentiles suscipere populos quos despe-
xerat concupiscit. Quia igitur hec figura-
liter diximus: restat nunc vt moraliter reg

ramus. Vir sancta redemptoris aduentū
sub statere appellatione desiderans: dum
se per eloquium aperit nos ad viuendi stu
dium erudit: dum sua narrat quedam no-
stra indicat: dum de se que recognoscam⁹
B infinuat: nos ad spem trepidos: infirmos-
q̄ꝫ confirmat. Iam quippe per fidem me-
diatoris viuimus: et tamen adhuc pro pur
gatione vitiorum dura animaduersiōis in-
tus flagella sustinemus. Unde ⁊ post sta-
tere desiderium subdit. ((Quia sagitte do
mini in me sunt: quarum indignatio ebibit
spiritum meum.)) Sed ecce vt superius di
ctum est: ⁊ diuine correptionis percussione
configimur: ⁊ tamen adhuc illud est gra-
uius quod de terrore venture iudicis extre
ma animaduersione formidamus. Unde
protinus subinfertur. ((Et terrores militāt
contra me.)) Debet tamen a metu ⁊ dolo
re animas exui: et ad sola eterne patrie
desideria extendi. Tunc enim nobilitatem
nostre generationis ostendimus: si eum vt
patrem diligamus: quem nunc seruili men-
te vt dominum formidamus. Unde p pau
Ro.8. lum dicitur. Non accepistis spiritum serui-
tutis iterum in timore: sed accepistis spiri-
tum adoptionis filiorū: in quo clamamus
abba pater. Modus itaq̄ꝫ formidinis mēs
electi postponat in virtute se amoris exer-
ceat renouationis sue dignitatem deside-
ret: ad conditoris sui speciem anhelet: quē
quousq̄ꝫ conspicere non valet: eternitatem
eius necesse est. idest intimum cibum suū
esuriens expectet. Unde ⁊ apte subditur.

Capitulum. 6.

A Nunquid rugiet onager: cū
habuerit herbam: aut mu
giet bos: cum ante presepe
plenum steterit?)) Qui alij
onagri appellatione signa
ti sunt nisi hi qui in campo
fidei constituti: nullius officij loris ligan-
tur? Uel quos bouis significatio exprimit:
nisi hos quos intra sanctam ecclesiam ad
predicationis officium suscepti ordinis iu-
gum premit? Herba vero onagri ⁊ pabu-
lum bouis: est interna refectio populi fide-
lis. Alij namq̄ꝫ more bouis intra ecclesiam
suscepti officij loris tenētur. Alij more ona
gri sacri ordinis pabula nesciunt: ⁊ i cam-
po proprie voluptatis degunt. Sed cum
quis ex vita seculari interne visionis desi-
derio estuat: cum refectionis intime pabu-
lum concupiscit cum ieiunum se in peregri-
nationis huius cecitate considerans: qui-
bus valet fletibus restat: quasi herbam nō
inueniens onager rugit. Alius quoq̄ꝫ neces-
sitatem suscepti ordinis tolerat: ⁊ in labo-
re predicationis exsudat: ⁊ per eternā iam
contemplationem refici appetit: sed quia
redemptoris sui speciem: necdum conspi-
cit quasi bos ad presepe vacuum ligatus
gemit. Quia enim longe ab interna sapiē- B
tia positi eterne hereditatis non cernimus
viriditatem: velut bruta animalia a deside
rata herba ieiunamus. De qua nimirum
herba redemptoris voce dicitur. Per me Jo.10.
si quis introierit saluabitur ⁊ ingredietur ⁊
egredietur: ⁊ pascua inueniet. Sed plerū-
q̄ꝫ quod esse amantibus grauius solet: san-
ctis bonorum studijs: malorum vita con-
tradicit: ⁊ cum mens ad celeste desiderium
rapitur bene cepta intentione interrumpē
tibus stultorum verbis ac moribus verbe-
ratur: ita vt que iam per contemplationis
animum ad summa euolauerat: ad expu-
gnandam prauorum stultitiam sese ifimis
contra certamina accingat. Unde ⁊ subdi-
tur. ((Aut poterit comedi insulsum quod
non est sale conditum?))Uerba quippe mo
resq̄ꝫ carnalium: quasi cibum se nostris men
tibus ingerunt: vt in delectationis ventre
rapiantur. Sed electus quisq̄ꝫ insulsum nō
comedit: quia prauorum dicta factaq̄ꝫ diiu
dicans ab ore cordis repellit. Paulus ad Col.4
esum mentium inferri insulsa prohibuit: cū
discipulis dixit. Sermo vester semper gra- C
tie sit sale conditus: ⁊ psalmiste quoq̄ꝫ ver-
ba reproborum in cordis ore insulsa sapue
runt cum dicebat. Narrauerunt mihi ini- Ps.118.
qui fabulationes: sed non ita vt lex tua do
mine. Sepe autem carnalium verba dum
se importune nostris auribus ingerunt: in
corde bellum tentationis gignunt: ⁊ quan-
uis hec ⁊ ratio respuat ⁊ lingua reprehen-
dat: cum labore tamē intus vincitur quod
foris eiꝫ auctoritate diiudicatur. Unde ne
cesse est vt nec ad aures veniat quod mēs

s cogitationis aditu vigilans repellat. Sã
cti igitur viri cũ eternitatis desiderijs an-
helant in tãta altitudine vite se subleuant:
vt audire iam que mũdi sunt graue sibi ac
deprimens pondus credant. Valde nãq̃
insolens atq̃ intollerabile estimant quic-
quid non sonat quod intus amant.

Capitulum. 7.



A Ed sepe mens iam p desi-
deria ad sublimia rapitur
iam funditus ab stulta ter
renorũ hominũ locutione
separat: nec tñ adhuc pro
amore veritatis ad perfe-
rendos p̃sentis vite cruciatus accingitur:
iam supna appetit: iã in infimis stulta con-
temnit: sed necdũ se ad pferende aduersi-
tatis tollerantiã dirigit. Unde ꝛ subditur.
((Aut potest aliquis gustare: qd̃ gustatum
affert mortem. Durum quippe est appetere
qd̃ cruciat: sequi qd̃ vitam fugat. Sed ple-
rũq̃ mens iusti ad tantũ se virtutis culmẽ
extendit: vt ꝛ apud se inter rõnis arce presi
deat: ꝛ quorũdã foris stulticiã tollerando
cõuertat. Quos enim ad fortia trahere ni-
timur: eorũ necesse est vt infirma tolleremꝰ
quia nec iacentem erigit: nisi qui status sui
rectitudinẽ p cõpassionẽ flectit. Cum vero
aliene infirmitati cõpatimur: valẽtius a no
stra roboramur vt amore futurorũ mẽs ad
presentia aduersa se preparet: ꝛ cruciatus
B corporis quos timebat expectet. Auctis nã
q̃ desiderijs celestibꝰ angustatur cũq̃ eter-
ne patrie quãta sit dulcedo cõsiderat: p ea
p̃sentis vite amaritudines ardenter amat.
Unde post insulsi cibi fastidium post ĩpossi
bile mortis gustum recte subiungitur. Que
prius tangere nolebat anima mea: nũc pre
angustia cibi mei sunt. Mens enĩ iusti p-
ficiens que prius dum sola ppria curaret
ferre aliena fastidiebat: que minus alienis
compatiens conualescere cõtra aduersa su
peranda nõ poterat: cum ad tollerãda pri
mi infirma se attrahit ad aduersa superã-
da conualescit ita vt p amore veritatis pre
sentis vite cruciatus tanto post fortius ap-
petat: quanto prius infirma fugiebat. In-
clinatione nãq̃ sua erigitur: attractiõe ten-
ditur: compassione roborat: cũq̃ se in amo
re proximi dilatat: quasi ex meditatiõe col-
ligit: quanta fortitudine in auctorem sur-
gat. Charitas nãq̃ que nos ad vim com-
passionis humiliat: altius in culmine cõtẽ-
plationis leuat: ꝛ multiplicata iam maiori
bus desiderijs estuat: iam peruenire ad vi
tam spiritus etiam per cruciatus corporis
anhelat. Quod ergo prius tãgere nolebat C
hoc est presentis vite cruciatus tantũ: post
fortia pre angustia comedit qui desideria
sua nisi capiens ꝛ ipsas quas dudũ timue-
rat: iã p amore celestis patrie penas amat.
Si enim mens in deum forti intentiõe diri-
gitur: quicquid sibi in hac vita amarum sit
dulce estimat: omne qd̃ affligit requiẽ pu-
tat: transire ꝛ p mortem appetit: vt obtine
re plenius vitam possit: funditus extingui ĩ
ĩfimis desiderat: quo verius ad summa cõ-
scendant. Sed hec de cuiuslibet iusti aĩo:
hec de beato Job mente mentior: nisi ipse
subiungat. ((Quis det vt veniat petitio
mea: ꝛ qd̃ expecto tribuat mihi deus? Et
qui cepit ipse me conterat: soluat manum
suã ꝛ succidet me: ꝛ hec mihi sit cõsolatio
vt affligens me dolore nõ parcat.)) Sz hec
fortasse per cõtumaciã expetit fortasse ĩ eo
q̃ se pfecte extingui desiderat in iusticiã fe-
rientis accusat. Absit hoc: nam qua mente
id expecerat: sbbis sequentibus demonstrat
dicens. ((Nec cõtradicã ẽmonibꝰ sancti.))
Nequaq̃ ergo de iniusticia percutiẽtis mur-
murat: q pcussorem suũ ꝛ inter sbera san-
ctũ vocat. Sciẽdũ vero ẽ q2 aliquãdo nos D
aduersarius: aliq̃ñ aũt cõterit deus Ex cõ-
tritione aũt aduersarij a virtute deficimꝰ
per cõtritionẽ vero dñi fracti a vitijs ĩ vir-
tute roboramur. Hanc cõtritionẽ ppheta
pspexerat cũ dicebat. Reges eos in virga Ps. 2.
ferrea: tanq̃ vas figuli cõteres eos. In vir
ga nos dñs regit ꝛ cõterit q2 dispensatio-
nis sue forti rectitudine cum nos interius
reficit exterius affligit. Exterius nãq̃ virtu
tem carnis humiliat: cũ interius intẽtionẽ
spiritus exaltat. Unde hec eadẽ contritio
figuli vasi cõparatur sicut ꝛ per Paulũ di
citur. Habemus thesaurũ istũ in vasis ficti
libus. Qui simul cõtritionẽ ꝛ regimen exp- 2. Cor. 4
mens ait. Licet is qui foris est noster ho-
mo corrumpitur: tamen is qui intus est re-
nouatur de die in diem. Ca. 8.

S Anctus igitur vir qui appropinqua A
re deo etiam per flagella desiderat
p ex spiritũ humilitatis dicat. ((Qui cepit

ipse me conterat. Plerūq3 enim vitiorum
contritionem in nobis agere domin⁹ incho
at: sed cum mens ex ipso exordio profectus
extollit: cūq3 se iam quasi de virtutibus eri
git sevienti contra se aduersario aditū pā
dit qui cordis intima penetrans eē quod i
eodem studium bone inchoationis inuene
rit confringit tantoq3 se vehementius ī ei⁹
confractione exhibet: quanto ⁊ grauius: qa
vel ad modicum fuerat prouectus dolet.
Mat. 12 Unde ⁊ teste euangelio voce veritatis ad
neglectam domum conscientie spūs qui so
lus exijt: cum spiritibus septem redit. Ne
ergo post diuine correctionis exordia anti
quus hostis surripiat: atq3 ad virtutū con
fractionem trahat. sanctus vir congrue ex
B orat dicens: Qui cepit ipse me cōterat. Ac
si aperte dicat. hoc quod in me exorsus est
perficere feriendo non desinat: ne desertum
me aduersario ad contritionem tradat.
Unde ⁊ apte subditur. Soluat manū suā
⁊ succidat me. Sepe nāq3 fiducia lōge pro
speritatis inflati in quodam statu elatiōis
erigimur: cūq3 nos extolli conditor conspi
cit: sed amorem suum erga nos per verbe
ra nō exercet: quasi ad feriēda nostra vitia
manum ligatam tenet. An non affect⁹ sui
manum ligauerat: cum peccanti populo di
cebat: Jam nō irascar tibi: ⁊ zelus me⁹ re
cessit a te: Soluat ergo manum suam dici
tur: exerceat affectum. Recte autem subiū
gitur. Et succidat me: cum eni securos nos
ac de virtutum affluentia elatos repenti
nus vel flagelli dolor: vel infirmitatis ten
tatio percutit: protinus ab status sui verti
ce mentis nostre elatio succisa cadit: vt de
semetipsa nihil audeat: sed infirmitatis sue
ictu prostrata manum leuātis querat. Hic
est ꝙ sancti viri cum de occulta erga se di
spositione suspecti sunt: plus prospera ipsa
pertimescunt: tentari appetūt: flagellari cō
cupiscunt: quatenus incautam mentē me
tus ⁊ dolor erudiat: ne in hac peregriatio
nis via hoste ex insidijs erūpente: sua can
Ps. 16. dem deterius securitas sternat. Hic ps̄ ait
Ps. 37. Proba me domine: ⁊ tenta me. Hinc iter
dicit. Ego ad flagella paratus sum. Quia
enim sancti mentis sue corruptionis vuln⁹
sine putredine non esse considerant: liben
C ter se sub manu medici ad sectiones parāt
vt aperto vulnere virus peccati exeat: qđ
sana cute intus occidebat. Unde ⁊ adhuc
subditur. Et hec mihi sit consolatio: vt affli
gens me dolore: non parcat. Electi quiq3
cum perpetrasse se illicita nouerunt: s3 per
scrutantes inueniūt: quia nulla pro illicitis
aduersa perpessi sunt: immense formidinis
tabescunt: pauore estuant: sinistris agitati
suspitionibus laborant: ne in eternū se gra
tia deserat timēt: quos in presenti vita ma
li sui retributio nulla castigat: timent ne vi
tio que suspenditur: grauior in fine seruet
feriri paterna correctione desiderant: ⁊ do
lorem vulneris medicamina salutis putāt.
Recte ergo nunc dicitur. Hec mihi sit con
solatio: vt affligens me dolore non parcat.
Ac si aperte diceretur. Quis ideo hic qui D
busdam pcit: vt eos in perpetuo feriat: io
me hic feriat non parcendo: vt i perpetuo
parcat. Ex afflictione enim consolor: quia
corruptionis humane putredinem sciens
ad spem salutis ex vulnere certus reddor.
Quod quia non tumētibus: sed humili mente
edidit: subiungendum vt prediximus pate
fecit dicens. Nec contradicam sermonib⁹
sancti. Plerūq3 ad nos verba dei nō sunt
dictorum sonitus: sed affectus operationū
In eo enim nobis loquitur: quod erga nos
tacitus operatur. Beatus igitur Job smo
nibus dei contradiceret: si d' eius percussio
nibus murmuraret. Sed quid de percusso
re suo sentiat indicat: qui sicut iam diximus:
quem ferientem tolerat: sanctū vocat Se
quitur. Capitulum. 9.



Ue est enī fortitudo mea
vt sustineam: aut quis fi
nis meus vt patiēter agā:
Sciendum ꝙ alia iustorū
at ꝑ alia est fortitudo re
proborum. Justorum qp
pe est fortitudo carnē vincere: proprijs vo
luntatibus contraire: delectationē vite pre
sentis extinguere: huius mundi aspera ꝑ
eternis premijs amare: prosperitatis blan
dimenta contēnere: aduersitatis metum in
corde superare. Reproborum vero fortitu
do est transitoria sine cessatiōe diligere cō
tra flagella conditoris insensibiliter perdu
rare. ab amore rerum temporalium: nec ex
aduersitate quiescere: ad inanem gloriam
etiam cum vite detrimento peruenire. ma
licie augmenta exquirere: bonorum vitam

non solum verbis ac moribus sed etiã gla/
diis impugnare: in semetipsis spem ponere
inigratem quotidie sine vllo desiderij defe/
Ps. 30. ctu perpetrare. Hinc est quod per Psalmi/
stam dr ad electos. Viriliter agite: ꝛ cõfun
detur cor vestrum. omnes qui speratis i do
mino. Hinc per prophetaz dicitur reprobis
Esa. 5. Ve qui potentes estis ad potandum vinũ:
ꝛ viri fortes ad miscendum ebrietatẽ. Hic
per Salomonem dr. Quoniam sancti quo
Cant. 3. ꝗ sine vlla debilitate desiderij in eternam
regem contemplantur. En lectulum Salo/
monis sexaginta fortes ambiunt: ex fortissi
mis israel. Hinc pa. contra reprobos i pas/
Esa. 40. sione positi voce redemptoris insinuat di/
cens. Ecce occupauerunt animaz meam: ꝛ
irruerunt in me fortes: Quam bene vtrãqꝫ
fortitudinẽ Isaias complexus est dicens.
Qui confidunt i domino: mutabũt fortitu
dinem. Qui enim nequaꝗ̃ summunt: sꝫ muta
bunt dixit: profecto patenter inotuit: aliam
eẽ que ponitur: ꝛ aliam que inchoatur. An
B non etiam reprobi fortes sunt: q ad pñtis
vite concupiscentiaz tot laboribus currũt:
Periculis se audenter obijciũt pro lucris
contumelias libenter ferunt: ab appetitus
sui libidine nulla victi contrarietate resili/
unt: percussionibus durescũt: ꝛ mala mun/
di tolerant pro mundo: eiusqꝫ vt ita dixeriꝫ
gaudia querentes perdunt: nec tamen hec
perdendo fatigantur. Unde bene ex huma
ni generis voce per Hieremiam dicit̃. In/
Tren. 3 ebriauit me absinthio: ebrius qppe quod
patitur nescit. Absinthio ebrius est: qui pre
amore presentis seculi a sensu rationis alie
nus: dum qcquid pro mundo sustinet leue
deputat: laboris amaritudinem quam to/
lerat: ignorat: quia nimirum delectabiliter
ad cuncta ducitur: in quibus penaliter fati
gatur. At contra vir iustus ad mundi peri
cula pro mundo toleranda esse debilis stu
C det: finem suuꝫ conspicit: vita presens ꝗ̃ sit
transitoria attendit: ꝛ pro ea exterius labo
res perpeti rẽnuit: cuius intrinsecus dilecta
tionem vincit. Beatus igitur Job presen/
tis vite aduersitatibus pressus dicat: ex suo
dicat: dicat ex omnium voce iustoruꝫ. Que
est enim fortitudo mea: vt sustineam: aut
quis finis meus: vt patienter agam? Ac si
aperte insinuet dicens. Mala mundi: pro
mundo tolerare nequeo: quia iam in eiꝰ de
siderio fortis non sum. Dum enim presen/
tis vite finem conspicio: cruciatus eius pa/
tior: cuius appetitum calco. Et quia iniusti
quiqꝫ vt diximus: tanto fortius labores illi
us perferunt: quanto auidius eius delecta
tione pascuntur recte mox eandem repro/
borum fortitudinem subdit dicens.

Capitulum. x.



Nec fortitudo lapidum: for
titudo mea, nec caro mea
A enea ẽ. Quid hoc loco ere
ac lapidibus: nisi insensibi
lium hominũ corda signã
tur. Qui sepe ꝛ supernos
ictus accipiunt: ꝛ tamen nulla discipline p
cussione molescunt. Quo contra electis p
prophetam pollicente domino dr. Tollam
Ezech. 11 a vobis cor lapideuꝫ: ꝛ dabo vobis cor car
neuꝫ. Paulus quoqꝫ ait. Si linguis homi/
i. Cor. 13. num loquar ꝛ angelorum: charitatem aũt
non habeã: factus sum velut es sonãs aut
cimbalum tinniens. Scimus autem quoni/
am percussi lapides clarum sonuꝫ dare ne/
queunt: es vero cum percutitur canorꝰ val/
de sonitus ex eius percussione format. Qui
qdem qꝛ vt lapides vita carent: sensum in
sonitu non habent. Sunt nõnulli q lapidi/
bus similes sunt: vt a pietatis precepto du
ruerunt: vt cum eos percussio superne aiad/
B uersionis examinat: nequaꝗ̃ sonituꝫ humi
lis confessionis reddant. Quidam pro me/
tallo eris in nullo discrepantes: cuꝫ flagel/
la superne percussionis accipiunt: pie con/
fessionis sonitus emittunt. Sed qꝛ humili/
tatis voces ex corde nõ proferunt: ad statũ
salutis reducti mescunt quod promiserunt.
Illi ergo more lapiduꝫ percussi: nec voces
habent: isti autem in nullo eris imitatõem
fugiunt q in percussione positi: bona q̃ non
sentiunt loquuntur. Illi ꝛ venerationeꝫ fe
rientis ꝛ verbera denegant: isti pollicẽtes
quod non impleant sine vita clamant. Uir
igitur sanctus reproborum duritiam inter
verbera fugiens dicat. Nec fortitudo lapi
dum: fortitudo mea: nec caro mea enea ẽ.
Ac si aperte fateretur dicens. Reproboruꝫ
C similitudinem sub discipline verbere fugio
quia nec more lapiduꝫ ita obdurui: vt sub
percussionis stimulo: a ministerio confessio
nis obmutescam. Nec rursum quasi es vo

sem ꝓfessionis resono: ⁊ sensu3 vocis igno-
ro. Sed quia ad percussionem reprobi de
biliter fortes sunt: electi autem valenter in
firmi beatus Job dum forté se per insani-
am non esse asserit: fortem se per statum sa
lutis innotescat.

Capitulum. xi.



Nde ergo hanc candã for
titudinem percepit insinuet
A nedum sibi vires quas ha-
bet arroget potẽter ad mor
tem curat. Plerũq3 eni vir-
tus habita deterius q̃ si de
esset interficit: que dum ad sui confidentiã
mentem erigit: hanc elationis gladio trãs-
figit: Cũq3 eam quasi roborando viuificat
eleuando necat: ad interitum videl3 pertra
hit: quam per spem propriã ab interne for
titudinis fiducia euellit. Sed quia beatus
Job ⁊ virtute pollet: ⁊ in semetipsum fidu-
ciam nõ habet: atq3 vt ita dixerim vires i-
firmus habet apte subiungit dicens. Ecce
nõ est auxilium mihi in me. Patet iam ad
cuius spem percussi animus recurrat: cum
in se sibi auxilium esse denegat. Sed quia i-
Ro.8. firmu3 se in semetipso insinuat: ad maioris
adhuc fortitudinis meritum: quomodo eti
am proximus destituatur adiũgit. Sequit.
((Necessarij quoq3 mei recesserunt a me))
Sed ecce despectus exterius intus solio iu
dicij presidet. Nam eum derelictum se asse
rit: protinus ad sententiam erumpit dicẽs
((Qui tollit ab amico suo misericordia3 ti-
morem domini derelinquit. Quis hoc loco
amici nomine: nisi quilibet proximus desi-
gnatur? Qui eo fidelius nobis iungit quo
precepto nunc a nobis boni operis exem-
plo ad obtinẽdam eternam patriam vera
B citer auxiliatur. Quia autem duo sunt pre
cepta: charitatis dei videl3 amor ⁊ proxi-
mi. Per amorem dei amor proximi gigni-
tur: ⁊ per amorem proximi: amor dei nutri-
tur. Nam qui amare deum negligit: profe-
cto diligere proximum nescit: ⁊ tunc pleni⁹
in dilectione dei proficimus: si in eiusdẽ di
lectionis gremio prius proximi charitate li
gamur. Quia enim amor dei amorem pro
ximi generat: dicturus per legem dominus
Diliges proximu3 tuum: sicut te ipsum pre
Deut.6. misit dicens. Diligens dominũ deum tuũ
vt scilicet in terra pectoris nostri pri⁹ amo-
ris sui radicem figeret: quaten⁹ per ramos
postmodum dilectio fraterna germinaret.
Et rursu3. Quia amor dei ex proximi amo
re calescat: testatur Joannes qui increpat
dicens. Qui non diligit fratrem suu3 quez Jo.4.
videt: deum quem non videt: quomodo po
test diligere? Que tamen diuina dilectio p
timorem nascitur: sed in affectum crescen-
do permutatur. Sepe vero omnipotẽs de-
us vt q̃ntum quisq3 a charitate eius ac p-
ximi longe sit: vel in ea quantum profecerit
innotescat: miro ordine cuncta dispensans:
alios flagellis deprimit: alios successib⁹ ful
cit. Et cum quosdam temporaliter deserit:
in quorũdã cordibus que mala latẽt ostẽ
dit. Nam plerũq3 ipsi nos miseros insequũ C
tur: q felices sine comparatione coluerunt.
Cum enim quis positus in prosperitate di
ligitur: incertum valde est vtrum prosperi-
tas an persona diligatur: amissio autẽ fe-
licitatis interrogat vim dilectionis. Unde
bene quidem sapiens dicit. Non agnoscit Eccl.12.
in bonis amicus ⁊ non absconditur in ma-
lis inimicus. Nec prosperitas quippe ami
cum indicat: nec aduersitas inimicu3 celat:
quia ⁊ ille sepe prosperitatis nostre reuerẽ
tia tegitur: ⁊ iste ex confidentia aduersita-
tis aperitur. Vir igitur iustus in flagellis
positus dicat. Qui tollit ab amico suo miseri
cordiam: timorem domini derelinquit: q̃ ni-
mirum q ex aduersitate proximũ despicit:
aperte conuincitur q̃ hunc i prosperis non
amauit. Et cum omnipotẽs deus ideo fla-
gello quosdã percutiat: vt ⁊ percussos eru
diat: ⁊ nõ percussis occasionẽ boni operis
prebeat: quisq3 percussu3 despicit: occasio
nem a se virtutis repellit: ⁊ tanto se nequi-
us contra auctorem erigit: quãto hunc nec
pium in salute propria nec iustu3 in alieno
vulnere agnoscit. Intuendum vero est q̃
beatus Job sic suam loquitur: vt tot⁹ quo
q3 electi populi per eum vita signetur: quia
enim eiusdem populi mẽbrum est: cum ve
ra que ipse patitur narrat: ea etiam que su
stinet ille denunciat dicens. Fratres mei
preterierunt me: sicut torrens: qui raptim
transit in conuallibus. Reproborum mens
quia sola presentia diligit plerumq3 nunc
tanto aliena existit a verbere: quanto post
extranea remanet ab hereditate: et super-
ba iustos despicit: quos paterna miseri- D

corditer senectutas affligit. Sepe ẜo repro-
bi eandem fidẽ qua viuimus retinent: eius-
dem fidei sacramenta percipiũt: eiusdez re
ligionis vnitate cõtinentur: sed tamẽ com
passionis viscera nesciunt: vim charitatis
qua in deo flagramus ꝛ ꝓximo non agno-
scunt. Recte ergo ꝛ fratres ꝛ pretereuntes
vocantur: qui ex vno matris gremio nobis-
cum per fidem ꝓdeunt: sed in vno charita
tis studio erga deum ꝛ ꝓximũ non figunẽ.
Unde etiam apte torrenti qui raptim trãsit
in cõuallibus comparanẽ. Torrẽs nãꝙ ex
montanis ad ima defluit: ꝛ collectus hye-
malibus pluuijs estibus solis arescit. Qui
enim terrena diligunt: ꝛ spem superne pa-
trie deserunt: quasi ex montibus valles pe-
tunt: quoꝝ tñ hyems ꝑsentis vite multipli
cat. sed estas venturi iudicij exiccat. qꝛ cũ
sol superne districtionis incãduerit: reprobo
rum leticiam in ariditatem vertit. Bene au
tem dicitur raptim transit in conuallibus.
Torrentẽ quippe ad conualles raptim trã-
sire est: prauorum mentes ad ima desideria
sine vllo obstaculo ac difficultate descẽdeꝛ.

Capitulum. 12.

Omnis enim ascensus ĩ la
bore est: descensus in volu
21 ptate: qꝛ per amissum gres
sus ad supiorã tenditur: ꝑ
remissione vero ad inferio
ra declinatur. Ad montis
enim verticem: saxum subuehere magni la-
boris est: eumꝗ a summis ad ima dimitte
re labor non est. Sine mora videlꝫ ꝓruit: q
magnis conatibus ad summa ꝑuenit. Lon
go studio seges seritur: sole atꝗ imbre diu
no nutritur: sed tamẽ vna ꝛ subdita scin-
tilla cõsumitur. Et paulisper edificia ad al
ta ꝓficiunt sed repentinis casibus terrã pe
tunt. Robusta arbor in aera per tarda icre
menta se erigit: sed qꝙd diu ad alta ꝓtu-
lit: semel ꝛ simul cadit. Quia igitur ascen-
sus in labore ẽ descẽsus in voluptate: recte
nunc dicitur. Fratres mei preterierũt me si-
cut torrẽs que raptim transit in cõuallibꝰ.
Quod tamẽ sentiri ꝛ aliter potest. Si enim
cõualles ima penaꝝ loca intelligimus: ini-
qui quippe sicut torrens raptim ad conual-
les transeunt: qꝛ in hac vita quã totis desi
derijs appetũt: diu stare nequaꝗ possunt.
Nam quot dies etatis accipiunt: quasi tot
quotidie gressibus ad finem tendũt: auge-
ri sibi optant tempora: sꝫ qꝛ cõcessa subsiste
re nequeũt. qꝺ augmenta viuendi ꝑcipiũt:
diu viuẽdi spacia totidẽ perdunt. Momẽ-
ta ergo temporꝝ quo sequunẽ fugiunt: quo
accipiunt amittunt. Raptim itaꝗ ad con- B
ualles transeunt: qui in longũ quidẽ volu-
ptatum desideria pertrahunt: sed ad infer-
ni claustra repente ꝑducuntur. Quia enim
hoc etiã tempus qꝺ qualibet longeuitate
extensum est si sine clauditur: longum non
est. Et sine miseri colligunt breue fuisse qꝺ
amittendo tenuerunt. Unde bene ꝛ ꝑ Sa-
lomonem dicitur. Si multis annis vixerit Eccl. xi.
homo: ꝛ in his omnibus letatus fuerit: me-
minisse debet tenebrosi temporis ꝛ dierum
multorũ: qui cuꝫ venerit vanitatis arguun
tur preterita. Stulta etenim mens cuꝫ ma-
lum repente inuenerit quod nequaꝗ prete
rit: eternitatem eius tolerando intelligit:
quia quod preterire potuit vanũ fuit. Sciẽ
dum vero est: qꝺ pleriꝗ agere recta deside
rant: sed sunt nonnulli qui infirmis eorum
mentibus ex ꝑsenti vita contradicunt: cũꝗ
aduersa in infimis perpeti metuũt: in supe-
ni iudicij rectitudinem offendunt. Unde re
cte subiungitur. ((Qui timent pruinã irru-
et super eos nix.)) Pruina quippe inferiꝰ
gelatur. nix antẽ de superioribus ruit. Et C
sepe nonnulli dum temporalia aduersa per
timescunt: districtioni se eterne animaduer
sionis obijciunt. De quibus bene per psal-
mistam dicitur. Illic trepidauerunt timo-
re. vbi non erat timor. Iste neꝗ veritatem Ps. 13.
iam libere defendere appetit: sed tamen in
ipso suo appetitu trepidus indignationem
potestatis humane pertimescit: cũꝗ in ter-
ra hominem cõtra veritatẽ pauet: eiusdem
veritatis iram celitus sustinet. Ille peccato
rum suoꝝ conscius ea que possidet idigen-
tibus iam largiri desiderat: sed tamẽ ne da
tis rebus egeat ipse formidat. Cũꝗ carnis
subsidia reseruãdo trepidus ꝑparat: ab ali
mentis misericordie animã necat. Et cum
pati in terra inopiam metuit: eternam sibi
abundantiam superne refectionis abscidit
Recte ergo dicitur. Qui timent pruinam ir
ruet super eos nix. Quia qui conculcanda
in infimis metuunt: a summis metuenda
patiuntur: ꝛ cum transire nolunt: quod cal
care poterant: iudicium de superius acci-

piunt: quod tolerare nequaquam possunt. Sz
hec agentea mundi gloriam temporaliter
B obtinent. Quid autem tempore vocationis
sue facturi sunt. cum cuncta simul pauidi de-
serunt: que hic cum graui timore seruauer-
runt. Unde et apte subdit. Tempore quo
fuerint dissipati peribunt. Quos enim pre-
sentis vite sollicitudo ordinat: amissio dis-
sipat: et tunc etiam exterius pereunt: qui in-
tus dudum eterna negligendo perierunt.
De glria recte additur. Ca. 13.

A Et vt incaluerint soluentur
de loco suo Iniquitas etenim
quisque cum incaluerit de lo-
co suo soluitur: quia iudicio i-
time districtionis appropin-
quans cum iam per cognitio
nem pene feruere ceperit: ab ea cui dudum
inheserat carnis sue delectatione separa-
Esa. 28. tur. Hinc est enim quod per prophetam de re-
probis dicitur. Et tantummodo sola vexatio
intellectum dabit auditui: quia videlicet eterna
non intelligunt: nisi cum pro temporalibus iam
sine emendatione puniunt tunc mens estuat:
et infructuose penitentie se ignibus inflam-
mat: duci ad supplicium timet: presentem vi-
tam ex desiderio retinet: sed de loco suo sol
uitur: quia oblectamenta carnis deserens ex
vos inuisibilem per consolatorem spūm nō
perduco. Hic de iustis per Psalmistā dr̄
Exultabūt sancti in gloria. letabūtur i cu Ps.4
bicnlis suis: q: s. cum mala ab exteriorib⁹
fugiūt. securi itra mentium secreta gloriān
tur. Sed tūc leticia cordiū perfecta erit: cū
carnis ab exterioribus pugna non fuerit:
nam quousq3 caro illicit: q: quasi nostre do
mus paries quatitur: etiam cubile turbat

Unde et recte per eundem psalmistam dicitur. Universum stratum eius versasti in infirmitate eius: quia dum nos tentatio carnis concutit tremefacta nostra infirmitas etiam cubile confundit. Quid vero hoc loco somnia vel visiones accipimus nisi imaginationes vicini districtique examinis quod iam utcunque per timorem cernimus sed tamen ut est: veraciter non videmus:
B Sancti itaque viri ut diximus ad cordis secreta semper redeunt: cum ab hoc mundo vel ultra votum prospera: vel ultra vires adversa patiuntur: atque exterius doloribus fessi quasi stratum vel lectulum cubilia mentis petunt. Sed dum quibusdam imaginationibus cogitationum quam sint subtilia divina iudicia conspiciunt quasi in ipsa stratus sui requie somnii visione turbantur. Contemplantur enim quam districtus iudex veniat: dum vi immense magnitudinis cordium secreta illuminat: omnes ante oculos culpas reducit: pensant quanta illic sit verecundia in conspectu tunc totius humani generis angelorum omnium archangelorumque confundi: perpendunt qui post confusionem cruciatus maneat: et cum reatus animam immortaliter morientem: indeficienter deficientem carnem gehenna consumat. Cum itaque tam pavida imaginatione mens quatitur quid aliud quam in stratu triste somnium videtur: Dicat ergo.
E Si dixero consolabitur me lectulus meus et levabor loquens mecum in stratu meo: terrebis me per somnia: et per visiones horrore concuties. Ac si aperte fateatur dicens: Si exteriora fugiens introrsus redeo: et utcunque regescere in cordis cubiculo concupisco: ibi mihi dum districtionis tue contemplationem obiicis vehementer me per ipsas mee providentie imagines terrebis. Bene autem dicitur ei relevabor loquens mecum in stratu meo: quia nimirum cum ad mentis nostre silentium fessi revertimur: quasi in stratu colloquentes occulta intra nos cogitationum verba versamus: sed hec ipsa nostra collocutio in pavorem vertitur: quia ex illa vehementius intellectus nobis qui terror est districti iudicis innotescat: intente aspiciamus.

Capitulum. 18.



A Nequa vero hoc studeat in re ista liceat perscrutari: exquirendum magnopere est quot modis tangant animam imagines somniorum. Aliquando namque somnia ventris plenitudine vel inanitate aliquando vero illusione: aliquando autem cogitatione simul et illusione: aliquando autem revelatione generantur. Sed duo que prima diximus omnes experimento cognoscimus subiuncta autem quattuor in sacre scripture paginis invenimus. Somnia etenim nisi plerumque ab occulto hoste per illusionem fierent: nequaquam hoc vir sapiens indicaret dicens: Multos errare fecerunt somnia et illusiones vane: vel certe. Non augurabimini nec observabitis somnia. Quibus profecto verbis cuius sint detestationis ostenditur: que auguriis coniunguntur. Rursum nisi aliquando ex cogitatione simul et illusione procederent. Salomon minime dixisset Multas curas sequuntur somnia. Et nisi aliquando somnia ex mysterio revelationis orirentur Joseph preferendum se fratribus per somnium non videret: nec marie sponsum ut ablato puero in egyptum fugeret: per somnium veritatis ammoneret. Rursum nisi aliquando somnia cogitatione simul et revelatione procederent: nequaquam daniel propheta Nabuchodonosor visionem disserens a radice cogitationis inchoasset dicens: Tu rex cogitare cepisti in stratu tuo quid esset futurum post hec: et qui revelat mysteria ostendit tibi que ventura sunt. Et paulo post subiungit dicens: Videbas et ecce quasi statua illa magna et statura sublimis stabat contra te: et cetera. Daniel itaque dum somnium et implendum reverenter insinuat: et ex qua ortum sit cogitatione manifestat: patenter ostenditur quia hoc plerumque ex cogitatione simul et revelatione generatur. Sed nimirum cum somnia tot rerum qualitatibus alternent: tanto eis credi difficilius debet quanto et ex quo impulsu veniant: facilius non elucet. Sepe namque malignus spiritus his quos amore vite presentis vigilantes intercipit: prospera etiam dormientibus promittit: et quos formidare adversa considerat: eis durius somnii imaginibus intentat: quatenus indiscretam mentem adversa qualitate afficiat: eamque aut spe sublevans: aut deprimens timore confundat. Sepe autem etiam sanctorum corda afficere somniis nititur: ut ab intentione cogitationis solide ad tempus saltem momentaneum derivent: quamvis ipsi protinus animum ab illusionis imaginatione discutiant.
C Sed hostis insidians quo eos vigilantes minime

Eccl. 34. Levi. 19. Eccl. 5. Gen. 37. Mat. 1. Dan. 2. B

superat: eo dormientes grauius impugnat. Quem tamen hec maligne agere superna dispensatio benigne permittit: ne in electorum cordibus ipse saltem a passionis premio somnus vacet. Bene ergo rectori omnium dicitur: Si dixero consolabitur me lectulus meus: et releuabor loquens mecum in stratu meo: terrebis me per somnia: et per visiones horore concuties: quia nimirum deus mirabiliter cuncta dispensat: et ipse facit quod malignus spiritus iniuste facere appetit: qui hoc fieri non nisi iuste permittit. Sed quia iustorum vita: et per vigilias temptationum quatitur: et per somnium illusione fatigatur: foris correptionis sue molestias tolerat intus apud semetipsam grauiter illicitas cogitationes portat. Quid est quod faciat: vt pedem cordis a tot scandalorum laqueis euellat. Ecce beate vir christa vndique premeris perturbatione cognouimus: sed quod consilium contra hanc inuenias audiamus. Sequitur.

D ((Quamobrem elegit suspendium aia mea: et mortem ossa mea.)) Quid per aiam: nisi mentis intentio: quid per ossa: nisi carnis fortitudo designatur: Omne autem quod suspenditur: procul dubio ab imis eleuatur. Anima ergo suspendium eligit: vt ossa moriantur: quia dum mentis intentio ad alta se subleuat: omnem in se fortitudinem vite exterioris necat. Sancti enim viri certissime sciunt quia habere in hac vita requiem nequaquam possunt Et idcirco suspendium eligunt: quia nimirum desideria terrena deserentes ad alta animum tollunt: suspensi autem mortem suis ossibus inferunt quia amore superne patrie in virtutum studijs accincti: hoc quod fortes prius in mundo fuerant vinculo humilitatis insequuntur. Intueri libet quomodo animam suam Paulus suspenderat: qui dicebat: Viuo autem non ego: viuit vero in me christus. Et rursum Desiderium habens dissolui: et esse cum christo. Et mihi viuere christus est: et mori lucrum. Qui gesta terrene fortitudinis ad memoriam reuocans: quasi quedam in se ossa numerabat dicens: Hebreus ex hebreis secundum legem phariseus: secundum emulationem persequens ecclesiam dei. Sed quia suspendium anime elegit quia hec in se ossa interfecit protinus asserit: que subiungit. Sed que mihi fuerunt lucra: hec arbitratus sum propter christum detrimenta. Que adhuc ossa in semetipso innuat vehementius extincta esse subdit. Propter quem omnia detrimentum feci et arbitror vt stercora. Mortuis vero ossibus quam exanimis pendeat ostendit: quam illico subiungit dicens. Ut christum lucrifaciam: et inueniar in illo non habens meam iusticiam que ex lege est sed eam que ex fide est iesu christi. Sed quia collatis eius testimonijs Paulum ad alta suspensum mundo mortuum testati sumus: nunc beatum Job si plenius eodem spiritu exterioris vite concupiscentiam effugit ostendamus. Sequitur.

Gal. 2. Phi. 1. Phil. 3. Phi. 3. E Phil. 3.

Capitulum. 19.



((Desperaui: nequaquam vltra iam viuam.)) Sunt nonnulli iustorum qui sic celestia appetunt vt tamen a terrenorum spe minime frangantur: largita diuinitus patrimonia ad necessitatis subsidium possident: honores sibi temporaliter impensos retinent: aliena non ambiunt suis licite vtuntur: qui tamen ab eisdem rebus quas habent alieni sunt: quia ad hec ipsa que possident: ex desiderio non tenentur. Et sunt nonnulli iustorum qui ad comprehendendum culmen perfectionis accincti dum altiora interius appetunt: exterius cuncta derelinquunt: qui rebus se habitis nudant: gloria honoris expoliant: qui in eternorum desiderio per assiduitatem se amici meroris afficiunt: habere de exterioribus consolationem nolunt. Qui in terrenis gaudijs dum mentem appropinquant: vitam in se funditus corporee delectationis necant. Talibus namque per paulum dicitur. Mortui enim estis: et vita vestra abscondita est cum christo in deo. Horum vocem psalmista expresserat: cum dicebat. Concupiscit et deficit anima mea in atria domini. Concupiscunt enim: sed non deficiunt: qui iam quidem celestia appetunt: sed adhuc tamen a terrenorum delectationibus minime lassantur. Concupiscit vero: et in atria dei deficit: qui cum eterna desiderat: in amore temporalium non perdurat. Hinc psalmista iterum dicit: Defecit in salutari tuo anima mea. Hinc per semetipsam veritas admonet dicens. Si quis vult post me venire abneget semetipsum. Et rursum. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest esse meus discipulus. Horum igitur numero sanctus vir diuisis a terrenis de

A Col. 3. Ps. 82. B Ps. 118. Luc. 9.

siderijs mente se inserit qui ait. Desperaui nequaq̃ vltra iam viuam. Justo quippe desperare est p̃ntis vite bona eternitatis electione deserere: mansura querere: ⁊ in reb⁹ tempalibus fiduciam non habere. Qui hec agens nequaq̃ se vltra viuere asserit: quia videlicet viuificatrice morte quotidie a vite se passionibus occidit. Absit enim ne vir sanctus de diuine misericordie largitate desperet: ne gressum cordis a profectu intimi itineris subtrahat: ne amorem conditoris differens: quasi a duce destitutus in via remaneat: ⁊ cõfusus gladio latrocinãtis dsperationis ruat: Sed ne eius dicta nostri intellectus arbitrio videamur violẽter inflectere: debemus ex posterioribus premissa pensare. Quo enim sensu hec dixerit: ipse protin⁹ B indicat: qui subiungit. ((Parce mihi dñe: nihil enim sunt dies mei.)) Neq; enim duo sibi hec verba conueniunt: desperaui ⁊ parce: nam qui desperat: nequaq̃ iam sibi parci postulat: ⁊ qui adhuc sibi parci ↄsiderat: profecto mĩme desperat. Aliunde ergo ẽ qd desperat: aliunde vero qd parci sibi sanctus vir postulat: quia nimirũ duz bona vite trãseuntis ꝑ desperationem deserit: ad obtinendum que permanent in spe robustior exurgit. Desperando itaq; melius ad spem venie ducit: qui eos certius ventura appetit: D quo p̃ntia verius ex desperatione derelinquit. Et notandum q̃ vim nobis sui cordis insinuans: vnamquidem de se sententiam protulit: sed hanc tertio insinuando replicauit. Qd enim superius dixerat Elegit suspẽdiũ anima mea. Hoc replicans addidit: desperaui: atq; eterna concupiscendo: ⁊ temporalia postponẽdo: hoc postremo intulit Parce mihi: ⁊ quod superius dixit mortem ossa mea: hoc nimirum subdidit: nequaq̃ vltra iam viuam: hoc vltimo pretulit: nihil enim sunt dies mei.

Capitulum. 20.



A Bene aũt dies suos nihil esse considerat quia vt paulo superius sepe iam diximus: sancti viri quo veri⁹ summa cognoscunt: eo sublimius terrena despiciunt ⁊ idcirco presentis vite dies nihil esse conspiciunt quia illuminate mentis oculos: in consideratiõe eternitatis figunt. De qua dum ad se redeunt quid se esse: nisi puluerem agnoscunt: ⁊ infirmitatis sue conscij districte iudicium metuunt. Cunq; vim tanti vigoris aspiciant: trepidant examinari qd sunt. Unde ⁊ adhuc apte subiungit. ((Quid est homo quia magnificas eum aut quid apponis erga eũ cor tuũ?)) Hoiez deus magnificat: q̃ largitate rõnis ditat: infusione gr̃e visitat: honore collate virtutis exaltat. Cunq; per semet ipsum nihil sit: esse tamen eum cognitionis sue participem benignitatis munere concedit. Sed erga eundem magnificatum hoiez cor suum dominus apponit: quia post dõa iudiciũ exercit: merita subtiliter pensat: vite pondera vehemẽter examinat: ⁊ tanto ab eo post districtius pensa exigit: quanto hũc impenso mũere largius preuenit. Uir igitur B sanctus immensitatem superne maiestatis aspiciat: atq; ad infirmitatem propriam cõsiderationis oculum reducat: videat q̃ caro capere non valet hoc quod de semetipsa veritas per spiritum sanctum docet: videat quia etiam subleuatus hominis spũs iudicium tolerare non sufficit: ⁊ hoc tandem diligentius perscrutando sentiat: quod deus sub examine districte retributiõis opera hominuz subtiliter intendit ⁊ dicat. Quid ẽ homo quia magnificas eum aut q̃ ponis erga eum cor tuuz? Ac si aperte clamet dicẽs: Magnificat homo spũali munere: sed tamẽ caro est: ⁊ vias eius post munera spiritalia sibi diuinitus concessa districte consideras: sed tamen si remota pietate iudicetur pondus qd de tua subtilitate eminet: ferre nec subleuatus ad iusticiam spirit⁹ valet: quia ⁊ si hunc vltra se tua dona dilatant: ad inquisitionem tamen tui districti examinis sua eum infirmitas angustat. Unde ⁊ adhuc apte subiungitur. ((Uisitas eum diluculo: ⁊ subito probas illum.)) Quis nostrum nesciat: quia diluculum dicitur: cum iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur: Nos itaq; noctis tenebris premimur: C cum perpetratione iniquitatis obscuramur sed nox in lucem vertitur: cuz erroris nostri obscuritas ↄitatẽ cognitiõe irradiatur. Nox in lucẽ vertitur: cũ corda nostra iusticie fulgor illuminat: q̃ cecitas culpe deprimebat Hoc

diluculū discipulorū mentibus ortū paulus
Ro.13. asperserat. cum dicebat. Nox precessit: dies
autem appropinquabit. Diluculo ergo nos
dominus visitat: qꝛ erroris nostri tenebras
luce sue cognitionis illustrat: cōtemplatōis
munere sublevat in arcem virtutis exaltat.
Sed notandum ꝙ deus postꝗ diluculo vi
sitat: subito hominē probat: qꝛ ꝛ accedēdo
corda nr̄a ad virtutes provehit: ꝛ receden
do concuti temptatiōe permittit Si eni post
virtutum munera nulla temptatione concuti
tur: hoc se habere animus ex semetipso glo
riatur. Ut ergo ꝛ infirmitatis dona habeat:
ꝛ infirmitatem suam humiliter agnoscat: ꝑ
accessum gr̄e ad alta sustollit: ꝛ per recessū
qd ex semetipso sit probatur. Qd bn̄ nobis
ex hystoria sacre lectionis innuitur: qua sa
lomon ꝛ divinitus accepisse sapiam: ꝛ tamē
post acceptā eandem sapientiam meretri
B cum cū stati pulsat⁹ questione memoratur
Mox eni vt tante revelatōis grām accepit
certamen turpiū mulierū ptulit: qꝛ nimirum
spe cum mentem nostram concessis virtuti
bus respectus itime largitatis illumiat: hāc
protinus etiam lubrice cogitatione turbāt
vt que sublevata immenso munere exultat
ēt temptatione pulsata quid sit inveniat Sie
[illegible] ꝛ helyas visitat⁹ diluculo ꝑmone celos aper
uit: ꝛ tamē probatus subito infirmus per d
serta fugiens: vnam mulierem expauit. Sic
2. Cor. 12 paulus ad tertiū celū ducitur: paradisi pe
netraturu secreta cōsiderat: ꝛ tamē ad semet
ipsum rediens contra carnis bellū laborat.
Legem aliam in membris sustinet: cuius in
se rebellione fatigari spūa legem dolet. Di
luculo ergo deus hominē visitat: sed subito
post visitationem pbat: qꝛ ꝛ collato mune
re sublevat: ꝛ abstracto ad paululū ipē sibi
hoiem demōstrat: qd eo vsqꝫ ꝑculdubio pa
tit: qd detersa funditus labe peti ad promis
se incorruptionis ſbam reformetur. Unde
ꝛ adhuc apte subditur.

Capitulum. 21.



A Sꝗquo non parcis mihi:
nec dimittis me vt glutiam
salivā meā.) Saliva in os
ex capite labit: ab ore vero
ad ventrem ducitur: cū glu
tit. Quid itaqꝫ ē caput no
strū: nisi divinitas per quam existendi ꝑnci
pium sumimus vt creatura simus paulo at
testante q ait: Caput viri xp̄s: caput autē
xpi deus. Quid aūt venter nr̄ est: nisi mēs: Ro. 7.
que dum cibū suū supernum videlꝫ intelle
ctūm suscipit: refecta proculdubio omnium
mēbra actionum regit. Nisi enim sacra elo
quia aliquādo mentē noie ventris exprime
rent: Salomon vtiqꝫ non dixisset. Lucerna Prov. 20.
domini spiraculum hoīs: que investigat oia
secreta ventris. Quia nimirū dum nos gra
tia superni respectus illuminat: cuncta etiā
mentis nostre nobis abscondita manifestat.
Quid ergo salive noie: nisi sapor intime cō
templatōis accipitur: qui ad os de capite d
fluit: qꝛ de claritate conditoris adhuc ī hac
vita nos positos: vix gutta revelationis tā
git: Unde ꝛ redēptor noster veniens salivā
luto miscuit: ꝛ ceci nati oculos reparavit:
qꝛ superna gratia carnalē cogitationem no
stram ꝑ admixtiōem sue cōtēplationis irra
diat: ꝛ ab originali cecitate hoiem ad intel
lectum reformat Nam qꝛ a paradisi gaudi
is expulsum: ī hoc iam exilio natura edidit:
quasi a nativitate hō sine oculis ꝑcessit Sꝫ B
sicut sctūs vir insinuat hec saliva ad os quī
dem labit: vt vero ad ventrem vsqꝫ perveni
at non glutitur: qꝛ divinitatis contemplatō
sensum tangit: sed plene mentem nō reficit:
qm perfecte animus cōspicere non valet: qd
adhuc qꝛ caligo corrūptiōis prepedit: rapti
videt Ecce enim electorum mens iam ter
rena desideria subijcit: iam cuncta que con
siderat preterire transcendit: iam ab exterio
rum delectatione suspenditur: ꝛ que sint bo
na invisibilia rimat: atqꝫ hec agēs plerunqꝫ
in dulcedinē superne contemplationis rapi
tur: iāqꝫ de intimis aliquid quasi per caligi
nem conspicit: ꝛ ardenti desiderio interesse
spiritualibus angelorum ministerijs conat:
gustu ī circūscripti luminis pascitur: ꝛ vltra
se erecta ad semetipsam relabi dedignatur
Sed quia adhuc corpus quod corrumpitur C
aggravat aiam inherere diu luci non valet
quam raptim videt Ipsa ꝗppe carnis infir
mitas transcendētem se aiam retrahit: atqꝫ
ad cogitanda ima ac necessaria suspirantē
reducit. Saliva ergo ex capite defluens os
tangit: sed ad ventrem minime pervenit: qꝛ
a liquore superne contemplationis iam quī
dem intellectus noster infunditur. sꝫ neqꝫꝗ
mens plene satiatur. In ore etenim gustus
est: in ventre satietas. Salivam itaqꝫ gluti

re nō possum⁹ q; supne claritatis bono satia
ri non permittimur: qđ adhuc ex tenuitate
gustamus. Sed q; hoc ipsum qđ utcūq3 iā3
superna cognoscim⁹ ex pietate parcentis ē:
qđ vero hoc pcipere perfecte non possum⁹:
adhuc ex pena vetuste dānatiōis: recte nūc
dicit̄. Usq3quo non parcis mihi: nec dimit
tis me vt gluciam saliuam meam: Ac si ap
te diceret̄. Tūc homini plene parcis: cū hūc
ad pfectionē tue cōtemplationis admise
ris: vt claritatem tuam raptus interius vi
deat: 7 cum carnis sue corruptio exteri⁹ nō
repellat: tūc pmittis vt saliuam gluciam: cū
me sapore tue claritatis vsq3 ad abundan
tiam satieratus infuderis: vt nequaq̄ iam
per indigentiam gustu uris esuriam: sed i te
solidatus irrigato mentis ventre subsistā3.
Sed qui promoueri vult bonum qđ expe
dit: debet malū cōfiteri qđ fecit. Sequitur.
((Peccaui: qđ faciam tibi o custos hoim:))
Ecce fatet̄ malū qđ fecit: sed bonum quod
deo in recompensatione debeat offerre nō
D inuenit. q; ad abluendum culpam quelibet
humane actionis virtus infirma est: nisi hāc
misericordia parcentis foueat: 7 non iusticia
recte iudicātis pmat. Unde recte per ps. dr̄
Melior ē misericordia tua super vitā: quia
q̄libet videatur innocens: apud districtum
Ps. 62. tamē iudicem nr̄a nos vita non liberat si eī
reatus sui debitū3 misericordie benignitas
non relaxat. Uel certe cum dicitur: qđ faciā3
tibi: potenter ostenditur: q; hec ipsa bona q̄
agere precipimur: non preceptori: sed nobis
prosunt. Unde rursum per ps. dr̄. Quoniā3
Ps. 15. bonorum meorum non indiges. Humilitas
adt nostre destitutionis exprimitur cū deus
E hoim custos vocatur: quia si eius nos custo
dia minime protegit: ante occulti hostis insidi
as: nostre sollicitudinis oculus vigilans dor
mit ps. rursus attestante q ait. Nisi dn̄s cu
stodierit ciuitatem: in uanum vigilant q cu
Ps. 126. stodiūt eā. Per nos nanq3 cecidimus: s3 no
stris resurgere viribus non valemus: culpa
nos proprie voluntatis semel strauit: sed pe
na culpe quotidie deterius opprimit. Amissā
sam rectitudinem surgere studiorum conati
bus nitimur: sed meritorum pondere graua
mur. Unde 7 apte subditur.

Capitulum. 22.

21 Quare posuisti me cōtrarium tibi: 7 fa
ctus sum mihimetipsi grauis: Tūc si
bi contrarium deus hoiem posuit: cū3 homo
peccādo deū dereliquit. Serpentis quippe
persuasionibus captus: hostis eius extitit:
cuius pcepta contempsit: iustus vero condi
tor hunc sibi contrariū posuit: q; inimicum
ex elatione deputauit. Sed hec ipsa contra
rietas culpe facta est homini pōdus pene:
vt corruptiōi sue liber male seruiat: qui be
ne seruus de incorruptionis libertate gaude
bat. Salubrē quippe humilitatis arcem de
serens: ad infirmitatis iugum superbiendo
peruenit 7 ceruicem cordis erigendo suppo
suit: quia qui subesse diuinis iussionibus no
luit sub suis se necessitatibus strauit. Quod
melius ostendimus si ea que delectus susti
net: 7 prius delicta carnis: 7 post pondera
mentis exprimamus. Ut enim taceam⁹ hoc
qđ doloribus tollerat: qđ febribus anhelat:
sua quadā3 egritudine pstringitur: ipsa hec
nostri corporis que salus vocatur: egritudo
est. Nam ocio tabescit: opere deficit: inedia
deficiens cibo reficitur: vt subsistat: refectio
ne lassescens: abstinentia relenat̄ vt vigeat:
aq̄ perfundit̄: ne arescat: lintheis tergit̄: ne
ipsa nimis pfusione liquefiat: labore vegeta
tur: ne quiete torpeat: quiete refouetur: ne la
boris exercitatione succūbat: fatigata vigi
lijs: somno reparat̄: oppressa somno vigilijs
excutit̄ ne sua penitus quiete lassetur: vestib⁹ B
tegitur: ne frigoris aduersitate penetret̄: q̄si
to calore deficiens: aurarum flatu refouet̄.
Cūq3 inde molestias inuenit: vnde vitare
molestias quesiuit male saturata vt ita dixe
rim de ipso suo medicamine languescit. Remo
tis ergo febribus cessantibusq3 doloribus ipsa
nr̄a salus egritudo ē: cui curandi necessitas
nūq̄ deest. Quot enī solatia ad viuēdi vsū
q̄rimus: quasi tot nostre egritudini medica
mentis obuiam⁹: sed ipm quoq3 medicamē
i vulnus vertit̄: q; exquisito remedio paulo
diutius inherentes: ex eo grauius deficimus:
qđ prouide ad refectionē paramus: sic nimi
rū debuit psumptio corripi: sic supbia sterni:
q; enī elatū semel sumpsim⁹ spiritū: ecce de
fluentem quotidie portam⁹ luctū. Ipsa q̄q3
mens nostra secreti interioris securo gaudio
exclusa: modo spe decipit̄: modo pauore ve
xatur: mō despiciendo dolore deijcit̄: mō fal
sa alacritate releuat̄: trāsitoria pertinaciter
diligit: cordiq3 amissione incessanter atterit̄: C
q; 7 incessanter cursu rapiente pmutat̄: re

bus aūt mutabilibus subdita: ⁊ a semetipsa variatur. Nam querens qđ non habet an-
C xia percipit. Cumq; hoc habere ceperit: tedet hoc percepisse qđ quesiuit. Amat sepe qđ desperauerat: despicit qđ amauerat: cum labore que eterna sunt discit: sꝫ hoꝝ repēte obliuiscitur si laborare desierit: diu querit vt paruū quid de summis inueniat sed ad cōsueta citius relabēs: nec paruum in his que inuenerit perseuerat: erudire appetens vic suam ignorantiam superat: sed erudita grauius contra cōscientie gloriam pugnat: vix carnis sue sibi tirannidem subijcit: sed tamen adhuc intus culpe imagines tolerat: cuius iam foris opa vincendo restrinxit: in auctoris sui inquisitione se erigit: sed reuerberatā hanc corporearum rerum amica caligo cōfundit: semetipsam qualiter incorporea corpus regat intueri vult: ⁊ non valet: requirit mire: qđ sibi rńdere si sufficit: ⁊ sub eo ignara deficit: qđ prudenter requirit: amplam se simul ⁊ angustam considerans qualē se veraciter estimet ignorat: q: si ampla nō esset: nequaq̄ tam inuestiganda requireret ⁊ rursum. Si angusta non esset: hoc ipm saltē qđ ipsa requirit: inueniret. Bene ergo dicitur.
D Posuisti me contrarium tibi: ⁊ factus sum mihimetipsi grauis. Qr dum repulsus hō: ⁊ a carne molestias: ⁊ a mente questiones tolerat: graue nimirum pondus semetipsum portat: vndiq; languoribus p̄mitur: vndiq; infirmitatibus vrgetur: et qui relicto deo: se sibi ad requiem sufficere credidit: nihil i se: nisi tumultum perturbationis inuenit: inuentūq; se fugere querit sed auctore contempto: quo se fugerit non habet. Cuius infirmitatis pondera: bene quidam sapiens cōtemplans ait. Et graue iugum super filios
Eccl.40. adam: a die exitus de ventre matris eorum vsq; ad diem sepulture in matrē oim. Bñs autem Job ista cōsiderās: ⁊ quare ita ordinata sint ingemiscens: non iusticiam redarguit: sed misericordiam ingrit: vt percunctādo ipse humiliter pulset: quod pcendo diuina pietas immutet. Ac si aperte dicat. Cur quasi cōtrarium tibi hominem despicis: qui certus scio: quia perire vel ipsum quem despicere credere non vis? Unde bene adhuc ⁊ humilitatem confessionis exprimit: ⁊ vocē libere inquisitionis adiungit dicens.

Capitulum. 23.



Cur nō tollis peccatū meū: ⁊ quare non aufers iniquitatem meam? Quibus profecto verbis quid aliud: q̄ desiderium postulati mediatoris exprimitur: de quo Joannes ait. Ecce agnꝰ dei: qui tollit peccata mundi. Uel certe ab humano genere tunc peccatum plene tollitur: cum per incorruptōnis gloriam: nostra corruptio permutatur. Esse nāq; a culpa liberi nequaq̄ possumus quousq; in corpore mortis tenemur. Redēptoris ergo gratiam: vel resurrectionis soliditatem desiderat: qui iniquitatem suaꝫ auferri funditus sperat. Unde moꝛ ⁊ penam p̄uaricationis culpe iuste quaꝫ ex origine meruit: ⁊ iudicium qđ ex propria actione pertimescit: adiungens subdit. Ecce nunc in puluere dormiam: ⁊ si mane me quesieris non subsistam. Peccanti primo homini dictum est: Puluis es: ⁊ in puluerē reuerteris. Mane autem dicitur illa tunc manifestatio mentium: que in aduentu iudicis apertis cogitationibꝰ quasi post noctis tenebras demōstratur. De quo nimirum mane per psalmistam dicitur Mane astabo tibi ⁊ videbo. Querere autem dei est hoiem subtili interrogatione discutere ⁊ districte discutiendo iudicare. Beatus igitur Job humane deiectionis damna considerans videat: quia et presentium pena premitur ⁊ adhuc de futuris grauius vrgetur ⁊ dicat. Ecce nunc in puluere dormiam: ⁊ si mane me quesieris non subsistam. Ac si apertius deploret dicēs In presenti quidem mortem iaꝫ carnis patior: ⁊ tñ adhuc de futuro iudicio grauioreꝫ mortem ad districtionis tue sententie pertimesco. Interitum pro culpa sustineo: sꝫ adhuc ad iudicium veniens culpas restitui et post interitum formido. Exteriorē ergo mortem considerans dicat. Ecce nūc in puluere dormiam: interiorem metuens adiungat et si mane me quesieris non subsistam. Quantalibet enim iustitia polleant: nequaq̄ sibi ad innocentiam vel electi sufficiunt: si in iudicio districte requirantur. sed hoc nunc ad solatium sue erectionis inueniunt: quod nequaq̄ se posse sufficere humiliter sciant: sub humilitatis ergo tegmine a gladio se tante animaduersionis abscondunt: ⁊ quo terrorem venturi iudicis prestolantes continuo

A

Jo.1

Gen.3.

timore trepidant: eo indesinenter agitur vt
paratiores fiant. Sequitur.

Job Ca. 8. D

Capitulum. 24.

Espondens
autem baldat suites ait.
¶ Usque quo loqris talia
et spirit⁹ multiplex smōis
oris tui. ¶ Iniustis semp
grauia sunt verba iustorum
et que ad edificationem
prolata audiunt: hec qua
si super impositum pondus ferunt. Quod
de se aperte baldat suites indicat: dicens
Usque quo loqueris talia? Qui enim usque quo
dicit: quia edificationis verba iam portare
non possit ostendit. Sed cum corrigi iniqui
despiciunt: bene prolata criminantur. Unde
et protinus subiungit: et spiritus multiplex ser
monis oris tui. Cum multiplicitas in sermo
ne reprehenditur: esse procuidubio intelligen
tie grauitas in sensu denegatur. Uis quip
pe summa loquentium quadrifaria quali
tate distinguitur. Nam sunt nonnulli quos
sentiendi simul ac dicendi amplitudo dila
tat: sunt nonnulli quos sentiendi simul et di
cendi inopia angustat: sunt nonnulli qui ef
ficaciam dicendi habent: sed acumen sentie
di non habent: et sunt nonnulli qui acumi
ne sentiendi subnixi sunt: sed ex inopia locu
tionis obmutescūt. Hoc i hominibus cerni

B mus: quod i rebus sepe isensibilibus vide
mus. Nam plerūque et abundans aqua ab i
timis ducitur: et largis i superficiem meatib⁹
deriuatur. Plerūque angusta i intimis latet: et
progrediendi rimas difficulter inueniens:
foris angustior exsudat. Plerūque minima in
absconditis moritur: cumque patenter qua ex
eat inuenit: et largo foramine tenuis procedit:
magnisque se meatus dilatat: sed non est quo
confundant. Plerūque vero ampla i abscon
ditis surgit: sed angustis pressa meatib⁹ te
nuissima profluit. Sic itaque i aliis os patēs
emanat quod largus ingenii fons ministrat: i
aliis itellectū nec sensus porrigit nec lingua
fundit: in aliis os quidē ad loquendum pa
tet: sed ad reddendū parata a sensu lingua
nihil accipit: i aliis vero larg⁹ sentiendi fōs

C a corde exuberat: sed hūc quasi meatus tenu
is impar lingua coangustat. In quibus nimi
rū quattuor dicēdi qualitatibus sola crimi
ni tertia subiacet: que hoc sibi pro locutiōe
arripit: ad quod per ingeniū non assurgit. Nam
prima laudanda est: que vtroque valenter pol
let: secūda miseranda: que vtroque humiliter
caret: tertia vero despicienda atque reprimen
da: que dum sermōe se erigit: sensu iacet: quar
ta adiuuanda: que explere quod sentit: non
valet. Que mēbris inflatiōe tumentib⁹ simi
lis: ad aures audiētiū vasta: sed vacua pro
cedit: quod nūc baldat beato Job crimen itor
quet dicēs. Spūs multiplex sermonis oris
tui. Qui enim multiplicitatē smonis ori tri
buit: profecto cordis inopiā reprehendit. Ac
si aperte dicat. Abundātia spūs i sermone
oris attolleris: sed sensus indigentia coan



gustaris. Capitulū. 25. A
Rauitatē eū recta reprehen
dunt: ne ipsi que iusta sūt ne
scire videantur: nota omnib⁹
bona que audiendo didicere
quasi incognita proferunt. Unde
et baldat protin⁹ adiūgit. Nunquid deus sup
plantat iudiciū: et oīpotens subuertit quod iu
stum est? Hec et beatus Job nec loquēs nega
uerat: nec reticēs ignorabat. Sed peruerses
quique vt dixim⁹ etiā nota iactanter proferūt:
vt loquēdo docti videantur cōtēnūt mode
rate cōticere: ne credant esse imperitia tacuisse
Sciēdū vero est: quod tūc diuine iusticie rectitudi
nē laudant. cū se ad gaudiū icolumitas sub
leuat et alios flagella castigāt: cū se prospiciūt
rerū prosperitate perfrui: alios aduersitate atti
gari. Nā dū puerse agūt: sed tū se rectos arbi
trant: hoc quod sibi prospera suppetūt: debiti su
is meritis credūt: eoque colligūt: quod de⁹ iniu

B ste nō iudicat quos quasi iustos se aduersitas
nulla cōtristat sed si eorum vitā quibusdam breuis vis
supne correptōis attigerit: pulsa protin⁹ cōsi
liū diuini exāinis increpāt: quod paulo ante inco
lūes ammirādo preferebāt: iustūque esse iudiciū
quod suis morib⁹ aduersat negāt: de diuina eq
tate disputāt: ad resultatōis verba prosiliūt: et
correcti quod deliquerint grau⁹ delinquūt. Unde bene

Ps. 48. est per psalmistā contra peruersis confessione dr. Cō
fitebitur tibi: cū benefeceris ei. Despecta quip
pe vox cōfessionis est: quā format iocūditas
prosperitatis. Sola aūt cōfessio habet magni me
ritum ponderis: quā a veritatis rectitudine
nequaquam separat vis doloris: quam vsque ad iu
dicium vocis exacuit aduersitas testis cor
dis. Non ergo nimirum quod baldat diuinā iu

sticiam laudat: qui nihil aduersi ab eadem
iusticia tolerat. Sed quia amicos beati Job
hereticorum tenere speciem diximus: libet vt
paucis quomodo baldat verba hereticorum
surreptionibus congruant demonstremus
C Hi quippe dum sanctam ecclesiam tempora
li corripi animaduersione conspiciunt: in se
metipsis audacius in iactantiam peruerse pre
dicationis intumescunt: et superni examinis
rectitudinem pretendentes prosperari se ex me
ritis asserunt: eam vero affligi dignis retri
butionibus attestantur: et verbis blandienti
bus surreptionis aditum protinus iter dolores
querunt: atque aliorum vitam exprobantes
aliorum mortibus feriunt: ac si illi iam iusti
defuncti sint qui deo credere digna nolue
runt Unde baldat subtes: postquam diuinam iu
sticiam protulit: illico subiunxit. ((Etiam si fi
lii tui peccauerunt ei et dimisit eos in manu
iniquitatis sue: tu tamen si diluculo surrexe
ris ad deum et omnipotentem fueris depre
catus: si mundus et rectus incesseris: statim
euigilabit ad te: et paccatum reddet habita
culum iusticie tue.)) Ac si afflictis catholicis
errorum predicatores dicant. Uite vestre
D prouidete: et quam peruersam teneatis ex eorum
qui inter vos defuncti sunt damnatione co
gnoscite: quia conditori omnium: nisi perfi
dia vestra displiceret: nequaquam a vobis tam nu
merosos populos interitu seuiente subtra
heret. Aut enim Etiam si filii tui peccauerunt
ei: et dimisit eos in manu iniquitatis sue: quasi
aperte dicens. Iniquitatis sue manu dimis
si sunt: qui vitam nostre rectitudinis imita
ri noluerunt. Tu tamen si diluculo surrexeris ad
deum: et omnipotentem fueris deprecatus.

Capitulum. 26.



21 Quia enim se heretici te
nere lucem veritatis esti
mant: sanctam ecclesiam qua
si in erroris nocte positam:
ad diluculum veritatis vo
cant quatenus et per cogni
tionem dei: quasi per dilu
culum surgat: et per precem penitentie pre
terita diluat Si mundus et rectus incesseris
mundus videlicet in cogitatione: rectus in
opere: statim euigilabit ad te. Ac si aperte di
cat. Quia is qui nunc tribulationibus tuis
virtutem sue protectionis non exerit quasi
ab adiutorio errantis dormit Et paccatum red

det habitaculum iusticie tue. i. presentis vite con
trarietates amouet: et tranquillitatis proti
nus securitatem prebet. Quia enim peruer
si quique temporale gaudium singulare estimant
diuine remunerationis bona que anxie am
biunt: hec aliis pro magno pollicentur. Un
de plerunque fit vt aut missa recuperari spon
deant: aut ad maiora adhuc presentis vite pre
mia auditorum suorum animos extendant.
Quod patenter baldat exprimit: cum protinus
adiungit. In tantum vt priora tua fuerint
parua: et nouissima tua multiplicentur nimis.
Si vero habitaculum iusticie consilium men
tis vocat, afflictis catholicis eorum magistri pac
catum iusticie habitaculum promittunt: quia
si eos ad sua pertrahunt profecto a conten
tione conticescunt. Nam hi qui trahi ad per
uersa potuerunt: tanto iam tranquillius tem
porali pace quieti sunt: quanto longius ab
eterna separantur Opes quoque intelligen
tie se sequentibus crescere spondent. Unde B
et subditur. In tantum vt priora tua fuerint
parua: et nouissima tua multiplicentur nimis.
Sed quia eorum verbis non facile creditur: quasi
sepe vita contemptibilis demonstratur antiquorum
patrum sententias proferunt: earumque
rectitudinem in argumentum sui erroris infle
ctunt. Unde et subditur. ((Interroga enim
generationem pristinam. et diligenter inuestiga
patrum memoriam.)) Generationem pristinam
ac patrum memoriam nequaquam videri: sed i
nuestigari ammoneret: quia hoc in eo nolunt
conspici, quod liquido cunctis patet. Non
nunquam vero more bonorum quedam moral
iter docent: et qualiter ex preterita presentia col
ligantur insinuant: atque ex his que iam a no
stris oculis pertranseundo subtracta sunt: quam
nulla sint que videntur demonstrant Unde
et adhuc subditur. ((Hesterni quippe sumus: et
ignoramus: quoniam sicut vmbra dies no
stri sunt super terram. Generatio itaque pri
stina interroganda proponitur: vt transire tem
pus vite presentis sicut vmbra monstretur: quia vi
delicet si ea que erant et iam transacta sunt C
ad memoriam reducimus patenter cogno
scimus: quam celeriter hoc quoque fugiat quod te
nemus. Sepe vero heretici eosdem nobiscum
patres quos veneramur laudant: sed intelle
ctu deprauato ipsis nos eorum laudibus im
pugnant. Unde et adhuc subditur. Et ipsi
docebunt te: et de corde suo proferent eloquia.

Notandum q̃ superius dixerat. Sp̃s multiplex sermonis oris tui, nunc vero reductis ad memoriam: patribus dicit. De corde suo proferunt eloquia. Ac si vitam sancte ecclesie heretici detestantes dicant. Multiplicitatem sp̃us i ore h̃es: i corde non h̃es. Sed illi ɔtra te audiẽdi sunt: qui verba ex corde p̄ferentes. recta vivẽdo docuerunt. Sepe aũt praui dum sine vitiũ rectitudinis ignorant: audenter aliorũ rectitudinẽ lacerant: cumq; contra bonos sibi auctoritatem increpationis arripiunt: aut ea bonũ proferunt: que si vivẽdo: sed audiendo didicerunt: aut ea aliis mala mẽtientes ingerũt que ipsi commit
B tunt. Sed cum ea bona proferunt que servare cõtemnunt: sciendũ quia plerũq; veritas: sic per ora adversariorũ sonat: vt eorum linguam monens vitam feriat: quaten⁹ cum men rectitudinis loquentes ⁊ ignorãtes. ipsi sibi ⁊ verbis iudices: ⁊ factis accusatores siant. Unde baldat mira quidem contra hypocritas subdit. sed mucrone verbi sei impetit: q2 simulator iusticie: nisi ex aliquãtulo ipse esset: docere iustum nequaq̃ tanta temeritate presumeret. Equidem somnia sunt valde q̃ dicit: sed hec stultis: non aũt sapienti: prauis: non recto dicere debuit: q2 ⁊ vecordem se asserit: qui oris sitientibus in flumine aquã fundit: sed interim postponẽtes: cui dicitur. Pẽsemus subtiliter q̃d dicat̃ vt nos prolata instruãt: q̃uis meritũ sui auctoris impugnant. Sequitur. ((Nunquid vivere põt scirpus absq; humore: aut crescere carectũ sine aqua.)) Cui baldat scirpũ vel carectam comperisse protinus aperit cum sub
C iungit. Cum adhuc sit in flore: ne carpatur manu ante omnes herbas arescit: sic vie omniũ qui obliuiscuntur deum: ⁊ spes hypocrite peribit. Scirpi ergo vel carecti nomine hypocritẽ. vitã signat: q̃ spẽm quidem viriditatis. habet: sed ad humanos visus fructum vtilitatis non habet. que sterilitatem opis anda permanens: solo sanctitatis colore virideseit.

Capitulum. 37.

a Sed neq; sine humore scirp⁹ neq; sine aqua carectũ proficit: q2 hypocritarũ vita ad bona opera infusionem qdem superni muneris percipit: sed in cunctis que agit exteriores laudes appetens: a fructu percepte infusionis inanescit. Sepe nanq; mira signorum opera faciunt: ab obsessis corporib⁹ spiritus pellunt: ⁊ per prophetie donũ ventura queq; sciendo preveniunt: sed tamẽ a largitore tot munerum cogitationis intentione divisi sunt: quia per eius dona: non eius gloriam: sed proprios fauores querunt: cumq; per accepta bona i sua laude se elevant: ipsis muneribus contra largitorem pugnant. Inde quippe contra dantem superbiunt. Unde ei amplius humiles esse debuerant. Sed eo eos postmodũ districtior sententia percutit: quo nunc superna bonitas ⁊ ingratos largius infundit: sitq; eis amplitudo muneris: incrementum damnationis quia irrigati fructũ non fuerũt: sed sub viriditatis colore vacui in altum crescant.
Quos bene per euangelium veritas expri- B Luc. 10.
mit dicens. Multi dicẽt mihi in illa die: domine dñe: nõne in noie tuo p̄phetauim⁹ ⁊ i tuo noie demõia eiecim⁹: ⁊ i noie tuo virtutes multas fecimus: Et tunc ɔfitebor illis: quia nunq̃ noui vos: discedite a me: q̃ operamini iniquitatem. Scirpus igitur vel carectum absq; humore: vel absq; aqua non vivit: q2 nimirum hypocrite. non nisi ex superno munere viriditatem bone operationis accipiunt. Sed q2 hanc in visum proprie laudis arripiunt: in aqua quidem virides: sed tamẽ inanes crescunt. Bene aũt subditur. ((Cum adhuc sit in flore: ne carpatur manu: añ omnes herbas arescit.)) Scirpus in flore ẽ hypocrita in laude. Acutis vero angul' surgẽs carectũ manu non carpitur: q2 exasperatus per arrogantiam sensibus de prauitate sua hypocrita corripi dedignatur. In flore suo manum carpiẽtis incidit: q2 in laude hypocrita positus ne hunc quisq̃ corripere audeat: asperitate sua protinus vitam corripientis secat. Sanctus nanq; esse non appetit: sz vocari ⁊ cum fortasse corripitur: quasi i opinionis gloria detruncatur: deprehensum se in prauitate irascitur: loqui sibi redarguentem prohibet: q2 velut i occulto vulnere tacitus dolẽt: q̃lis impitis innotuit: talis vult ab omnibus estimari: ⁊ patior mori: q̃ corripi redargutione deterior redigitur: q2 quasi dire percussionis estimat iaculum puritatis verbum. Unde exasperatus protinus in B
contumelias surgit: ⁊ que mala exegerit cõ
[redacted]

tra vitam correctoris inquirit: demonstrare
longe incomparabiliter rerũ reprehensorẽ
suum desiderat: vt innocentem se: non suis
actionis sed alienis criminibus ostẽdat. ita
vt sepe homo redargutionis aliquid se di-
xisse peniteat: et quasi a carpentis animo q
dem vt ita dixerim: sanguis merоris currat.
Prouer.9. Unde bene per salomonẽ dicit. Noli arguere
derisorem ne oderit te: neq̃ enim iusto timẽ
dũ ẽ. ne derisor cum corripitur cõtumelias
inferat: sed ne tractus ad odium peior fiat.
Inter hec sciendum ẽ q̃ iustorũ bona: quia
ex corde incipiunt: vsq̃ ad p̃ntis vite termi
num crescunt. Hypocritarũ vero opera: q̃
nequaq̃ sunt i occulto radicata: sepe ante
deficiunt q̃ p̃ns vita finat. Nam plerunq̃
studio sacre eruditionis insistunt: et q̃ hanc
non preparandis meritis: sed pro merendis
fauoribus inquirũt statim vt iudiciam hu
manc laudis arripiant: et per hoc gratiam
transitorij profectus assequuntur: tota men
te secularibus curis inseruiant: atq̃ a sacra
funditus eruditione vacantur: et agendo
post indicant: q̃tum tp̃alia diligant: qui so-
D la prius eterna predicabant. Plerunq̃ aũt
assumpte spẽm maturitatis ostendunt: quie
te silentij: longanimitate patientie continen
tie virtute decorantur. Sed cum per hec q̃
siti culmen honoris attigerit: cunq̃ sibi iam
reuerentia a cunctis impenditur: protin⁹ se
in lasciuiã voluptatis fundunt: et bona se nõ
ex corde tenuisse ipsi sibi testes sunt: qui hec
cito dimiserunt. Nonnunq̃ vero aliqua q̃
possident tribuunt: atq̃ indigentibus cun-
cta largiuntur: sed tamẽ ante vite terminũ
auaricie prurigine accensi: aliena appetunt
qui sua largiri videbantur et pertinaci post
crudelitate ambiunt: quod ficta prius pieta
te reliq̃runt. Unũ recte et nũc dr̃. Ca 28.



Um adhuc sit i flore: ne car-
patur manu ante oẽs her-
A bas arescit. Juxta carnalẽ
quippe itellectũ et iusti her-
be sunt: ppheta attestante
qui ait. Omis caro fenum.
Esa.40. Sed ante oẽs herbas arescere scirpus dici
tur: quia iustis in bono suo permanentibus
a viriditate assumpte rectitudinis ypocrita
rũ vita siccatur. Arescunt herbe ẽt reliquae:
quia iustorũ opa cum carnis vita deficiunt:
sed herbarũ ariditatem scirpus preuenit: q̃
prius q̃ d carne ypocrita transeat: ea que sibi
se ostenderat: virtutũ facta dereliquit. De
quibus etiam per psalmistã dicitur. Fiant Ps.128.
sicut fenum edificiorum: q̃d priusq̃ euellat̃
arescit. Fenũ quippe edificiij in alto nascit̃:
sed nequaq̃ pingui radice solidat̃: q̃ et ypo
crita summa quidẽ sunt que agere cernit̃;
sed nõ in eis ex cordis puritate roborantur.
Q̃d numirũ fenũ: et non euulsum citius are
scit: q̃ videlicet hypocrita et in p̃nti adhuc
vita subsistit etiã sanctitatis opera quasi vi
riditatis speciem amittit. Qui ẽt sine inten
tione recte cogitationis bõa studuit agere: B
sed hec amittẽs indicat se sine radice floruis
se. Sed baldat sicut p̃diximus. Cui scirpum
vel carectũ compararet: illico aperit eũ sub
iungit. Sic vie oim qui obliuiscuntur do-
minũ et spes ypocrite peribit. Quid enim
cunctis suis operibus ypocrita sperat: nisi ho
noris reuerentiam: gloriam laudis: a melio
ribus metui: sanctus ab omnib⁹ vocari: Sz
permanere spes ypocrite non valet: quia eter
nitatem non querens: fugit quod tenet. Ne
quaquã quippe mentis eius intentio: in illa
gloria figitur: que sine fine possidetur: sz cũ
transitorijs fauorib⁹ inhiat: perdit percipiẽ
do: q̃d laborat: veritate attestante que ait.
Amen dico vobis: quia receperũt mercedẽ Mat.6.
suã. Sed hec spes recipiende mercedis diu
teneri non põt quia pro ostensis operib⁹ ho
nor tribuit̃: sed vita ad terminum vrgetur:
laudes resonant: sed ad finem cum laudib⁹
tempora festinant: et quia nequaq̃ animus
in eternitatis amore radicatur: cum ipsis p
fectibus quos diligit labitur. Nemo nanq̃
valet mobilia diligere: et ipse immobilis sta C
re. Qui enim transeuntia amplectitur: eo ip
so ad cursum ducitur quo decurrentib⁹ im
plicatur. Dicatur ergo. et spes ypocrite per-
ibit: q̃ humana laus quam magnis labo-
ribus appetit: impulsa temporum momen-
tis decurrit. Bene autẽ subditur. Non e. pla
cebit vecordia sua. Magna quippe vecor-
dia est: laboriosa agere: et aure laudibus in
hiare: forti opere preceptis celestibus inser-
uire: sed terrene retributionis premium q̃re
re. Ut enim ita dixerim. Qui pro virtute quã
agit humanos fauores desiderat: rẽ magni
meriti: vili precio venalem portat: vnde celi
regnum mereri potuit: inde nummum tran
sitorij sermõis querit Uili ergo precio op⁹

vendit: qui magna impēdit sed minima re-
cipit. Capitulum. 29.

Quibus itaqꝫ ypocrite simi-
A les nisi fecūdis ꝛ neglectis
vitibus existūt: que p̲ uber
tatem fructū proferunt ne-
quaqꝫ: per studium a terra
sublevantur. Quod pingu
es palmites germinant: errantes bestie con
culcāt ꝛ quo hoc uberius aspiciunt: ꝓtectā
eo in ipsimis avidius cōsumunt: quia nimirꝫ
ypocritarum opera dum clara monstrātur:
quasi pinguia prodeunt: sed dum humanas
laudes appetunt quasi in terra deseruntur
Que huius mūdi bestie: maligni scilicet spi
ritus comedunt: quia hec ad usum perditio
nis inflectunt: tantoqꝫ ardentius carpiunt
q̄to ꝛ magna clarius innotescunt. Unde
bene per prophetā dr̄. Culmus stans: non
est in eo germen: ꝛ non faciat farina: qd̄
Osee.8. ꝛ si fecerit: alieni comedent eam. Culmus
quippe germen non habet: cum vita meri-
tis virtutū caret. Farinam culmus non fa-
cit: cum is qui in presenti seculo proficit: nil
subtilitatis intelligit: nullum boni operis fru
ctum reddit. Sed sepe cum perfecerit. fari-
nam hanc alieni comedunt: quia ꝛ cum bo
na opera ypocrite ostendunt: de hijs mali-
gnorum spūum vota satiantur. Qui enim p̲
hec placere deo non appetūt: nequaqꝫ agri
B dominū: sed alienos pascunt. Fecūdo itaqꝫ
ypocrita ꝛ neglecta palmiti similis seruare
fructum non valet: quia botrus boni operis
in terra iacet: sed tamen hec ipsa vecordia
sua pascitur: qꝛ pro bono ope a cunctis ho
norātur: ceteris preeminet: subiectas homi
num mentes tenet: maioribus locis attollit
fauoribus nutritur. Hec vero ei sua vecor-
dia placet interī: sed non placebit: quis cū
retributionis tempus advenerit in pena dis
plicet: qꝛ vecors fuit. Tunc se stulte egisse
itelligit: cum pro dilectione laudis sententiā
divine correctionis accepit. Tunc se vecor-
dem fuisse cōsiderat: cū se pro temporali q̄
percepit gloria perpetua tormenta castigāt
Tunc veram sciam supplicia aperiunt: qꝛ
per hec ꝑfecto colligit: nihil fuisse omnia q̄
transire potuerunt. Ubi ꝛ recte subditur. Et
sicut tela aranearum fiducia eius: Bene hy
pocritarū fiducia aranearū telis similis di-
citur: quia oē qd̄ ad obtinendā gloriā exsu
dant: ventus vite mortalis dissipat. Nā qui
eterna non querunt bona temporalia cum
tpe amittunt. Pensandū quoqꝫ est qꝛ fila
aranee per ordinē dne sūt: quia sua hypocri
te; quasi sub discretione opa disponunt. Ara C
nearum tela studiose texitur sed subito fla
tu dissipaē: qꝛ quicqd hypocrita cum labo
re peragit: aura humani fauoris tollit ꝛ dū
in appetitu laudis opus deficit: quasi i ven
tum labor euanescit. Sepe namqꝫ ꝛ usqꝫ ad
pn̄tis vite terminū: hypocritarū facta pdu-
rant: sed qꝛ per hec auctoris laudē nō que
runt: bona ante dei oculos nunqꝫ fuerunt.
Plerunqꝫ enim ut prediximus sacre legis
eruditiōe fulciunē: doctrie verba proferūt:
oē quod sentiunt testimonijs accingunt: nec
tamen per hec vitam audientiū: sed propri
os fauores q̄runt: quia nec preferre alia no
uerunt nisi que auditorū corda ad rependē
das laudes excutiant: non tamē ad lachry
mas accendant. Ca. 30.

Mens quippe cōcupiscentijs ex
terioribꝰ occupata: igne di A
uini amoris non calet: ꝛ id
circo ad supernum desideri
um inflammare auditores
suos nequeunt: verba fri
gido corde proferunt: neqꝫ enim res que in-
seipsa non arserit aliud accendit. Unde fit
plerūqꝫ ut hypocritarū dicta ꝛ audientes
nō erudiāt: ꝛ eosdē ipsos q̲ se ꝓferūt elatos a
laudibus deteriores reddāt. Attestāte enī 1.Cor.8.
Paulo scia inflat: charitas ꝟo edificat. Quē
eni charitas edificādo nō erigit: scia inflādo ꝑ
uertit. Plerūqꝫ ꝯ hypocrite mira abstinēnia
affligūt: oē robur corporis atterūt: ꝛ qꝺ̄si car
nis vitā funditꝰ i carne vivētes extingunt:
sicqꝫ p̲ abstinētiam morti appropiāt: utpote
quotidie morientes vivāt. Sꝫ ad hec huma
nos oculos q̄runt: ammirationis gloriā ex
petūt ꝟitate attestante q̄ ait. Exterminent
facies suas: ut appareāt hominibꝰ ieiunan Mat.6.
tes. Nam ora pallescūt: corpus debilitate q̄
tiē: pectus interrūpentibus suspirijs urget
B Sed inter hec ab ore proximoꝝ sermo ammi
rationis queriē: nihilqꝫ tanto labore aliud:
nisi estimatio hūana cogitaē. Quos nimirū
bene simon ille significat: qui i tempore pas
sionis tempe in angaria crucem portat. De
quo scriptū ē. Inuenerunt hoiem cireneum Mat.7.
venientē obviā sibi noie simeonē: hūc anga

riauerant: vt tolleret crucem iesu. Quod.n.
per angariã agimus: non hoc ex studio amo
ris operamur. Crucẽ ergo iesu i angaria por
tare est: afflictõem abstinẽtie pro aliis q̃ ne
cesse ẽ intentõe tolerare. An non iesu crucez
por: at i angariã: qui q̃si ad preceptum dñi
carnem domat: sed tamẽ spiritualẽ patriaz
non amat. Unde et simon isdem crucez por
tat: sed nequaq̃ moritur. qr omnis hypocri
ta corpus quidem per abstinentiam afficit:
sed tamen per amorem glorie mundo viuit.

Capitulum. 31.

A Gal.5: Quo contra p Paulũ bene d
electus dr. Qui autem sunt
xpi carnem suam crucifixe
runt cum vitijs et concupi
scentijs. Cum vitijs quippe
et concupiscentijs carnem
crucifigimus: si sic gulam restringimus: vt iã
de mundi gloria nihil queramus. Nã q cor
pus macerat: sed honoribus anhelat: crucez
carni itulit: sed mũdo per concupiscentiaz
peius viuit: qr et sepe p sanctitatis imaginẽ
locũ regiminis indignus assequit: q nisi ali
quid virtutis i se ostenderit: nullũ pcipe ho
norem mereretur: sed transit qd delectabili
ter obtiet: et penaliter qd sequitur manet.
Et sanctitatis nũc fiducia i ore hominum
ponit: sed cum intern⁹ iudex secreta cordis
examiat: testes vite externus non q̃rit. Bene
ergo dicitur. Sicut tela aranearum fiducia
B eius: qr apparente cordis teste preterit om
ne quod exterius de humano fauore confi
dit. Unde et adhuc apte subiungitur. ((In
nitetur super domũ suam et non stabit.)) Si
cut domus exterioris cõuersationis ẽ edifi
cium quod inhabitat corpus: ita domus no
stre cogitationis est res quelibet quã per di
lectionem inhabitat animus. Omne quip
pe quod diligimus: quãsi i hoc quiescentes
Phil.3. habitamus. Unde paulus qr i supernis cor
C fixerat: i terra qdem positus: sed tamẽ a ter
ra extraneus dicebat. Nostra conuersatio i
celis est. Mens itaq̃ hypocrite nihil aliud
i omne quod agit: nisi opinionis sue gloriaz
cogitat: nec curat quo post meritũ ducitur:
sed quid iterim dicatur. Domus ergo eius
est delectatio fauoris: quem quasi quietus
inhabitat: quia per cũcta sua opera ad hãc
se itra animũ reclinat: sed stare, domus hec
non valet: quia laus cum vita preterit: et hu
manus fauor in iudicio non subsistit. Unde
et fatue virgines que oleum nõ sumpserant
i vasis: quia i alienis vocibus gloriam: et in
suis conscientijs non habebãt: turbate per
sponsi pñtiam dicunt: Date nobis de oleo ve
stro: quia lampades nostre extinguunt. Ole
um quippe a proximis petere est: gloriam bo
ni operis a testimonio alieni oris implora
re. Mens etenim vacuaicum cunctis suis
laboribus nihil se intus tenuisse inuenerit:
testimonium foris querit. Ac si aperte fatue
virgines dicant. Cum nos repelli sine retri
butione conspicitis: dicite i nostro opere qd
vidistis.

Capitulum. 32.

Sed frustra tũc hypocrita i A
hac domo laudis innititur
quia nihil ei in iudicio at
testatio humana suffragat
quia eandem laudem quã
post in testimonium exigit:
prius i munere recepit. Uel certe super do
mum suam hypocrita innitit: cum vanis fa
uoribus deceptus: quasi de fiducia sancti
tatis eleuatur. Multa quippe hypocrite in
o cculto mala faciunt: quedam vero bona i
publico. Cunq̃ ex bonis patentibus laudes
recipiunt: ab occultis malis considerationis
oculos auertunt: talesq̃ se estimant: quales
foris audiunt: non quales intus nouerunt.
Unde fit. plerunq̃ vt ad supernũ quoq̃ iu
dicium cũ fiducia veniãt: quia tales se apd
eternum arbitrem credunt: quales ab homi
nibus foris habebantur. Sed stare domus B
hypocrite nõ valet: quia in terrore districti
examinis omnis anteacta fiducia cadet san
ctitatis: cunq̃ sibi oris alieni testimonia de
esse cognouerit: ad sua se opera enumeran
do conuertit. Unde et adhuc subditur. Ful
ciet eam: et non ɔsurget. Hoc nanq̃ qd per
se stare non valet fulcit vt stet: qr cũ vitam
suam hypocrita labefactari i iudicio conspi
cit: hanc fulciẽdo statura opez enumeratio
ne contẽdit. Via non laudis sue habitaculũ
hicinde fulciunt: qui acta sua vt p̃stati sum⁹
i iudicio enumerãtes dicunt: Dñe dñe non
ne i nomine tuo pphetam⁹ etc. Sed domus
landis tot allegationib⁹ fulta: minime con
surgit: qr protinus iudex dicit. Nũquã no C
ui vos: discedite a me omnes q operami iniq
tatem. Et sciẽdum ẽ quia hoc quod surgi t

ab infimis: ad superiora se erigit. Domus er-
go hypocrite surgere non valet: quia per ꝗ̃
quod iuxta precepta celestia agere potuit: a
terra nunꝗ̃ animū leuauit. Iure igitur tūc
nequaꝗ̃ ad premium retributionis erigitur:
per hoc quod nunc exhibet in appetitu tem-
poralis glorie iacet.

Capitulum. 34. 3

A Sed qa vita hypocrite:
scirpi appellatiōe signa-
ta: qualiter i iudicio re-
probetur audiuimus ꝑ-
usꝗ̃ districtus iudex ap-
pareat: qualis ab homi-
nibus habeatur audia-
mus. Seqtur. ((Hume-
ctus videtur scirpꝰ anteꝗ̃ veniat sol.)) Se-
Mal. 4. pe in sacro eloquio dominus solis appellatō-
ne figurat: sicut per prophetam dicitur. Uo-
bis autem q̄ timetis nomen domini: orietur
Sap. 5. sol iusticie: et sicut repulsi in iudicio impij di-
cere sapientie libro describuntur Errauimꝰ
a via veritatis: et lumen iusticie non luxit no-
bis: et sol nō ortus est nobis. Ante solem igi-
tur scirpus humidus cernitur: qz ꝑusꝗ̃ diui-
na districtio iudicio candeat: omnis hypo-
crita infusum se sanctitatis gratia ostendat:
qz si virens aspicitur: qz iustus estimatur: ho-
noris locū obtinet: et gloria sanctitatis pol-
let: a cunctis veneratio deferī: opinio lau-
dis extendit. Scirpus itaqz iste i nocte hūi-
dus est: sole autem veniente siccat: qz nimi-
rū hypocrita i tenebris vite p̄ntis sanctꝰ ab
omnibus creditur: sed cum districtus iudex
venerit ꝗ̃ sit iniquus apparebit. Dicat er-
go. Humectus videtur anteꝗ̃ veniat sol:
quia virentem se nunc humanis oculis ex-
hibet: sed in calore nunc diuini iudicij are-
scat. Sequitur. ((Et in ortu suo germen eiꝰ
egreditur.)) Herba quelibet nascendo priꝰ
a terra producitur: aura et estibus tangitur:
sole ac pluuijs nutrit et tunc demum ad ꝓ-
B ferendū sui seminis germē aperitur. Scir-
pus vero cū flore suo nascitur moxqz a ter-
ra surgit: sui secū semis germē producit. Bū
ergo per herbas reliquas sanctus quilibet:
p scirpū vero hypocrita designatur: qz isti
viri priusꝗ̃ i ope sancte conuersationis ori-
untur huius vite hiemē tolerant: eosqz gra-
uium persecutionum estus fatigant: sed cū
recta faciunt nequaꝗ̃ hic sue rectitudinis

remunerationem querunt: cum vero a pre-
sentis mundi laboribus exeunt: ad eternam
patriam venientes expectata retributione
perfruantur. At contra hypocrita: quia mox C
vt i bono ope nascit: p̄ntis mūdi recipe glo-
riam conat: quasi scirpi more cum germine
oritur: qui pro eo quod bene viuere incipit
querit statim vt a cunctis honoret. Germē
itaqz in ortu est, remuneratio in inchoatiōe.
Sepe nanqz nonnulli apte prauitatis vias
deserunt sanctitatis habitū sumunt: moxqz
vt prima limina bene viuendi contigerint
obliti qd fuerint: affligi iam per penitentiā
consūmatis nequitijs nolunt: laudari autē
de inchoata iusticia appetunt: preesse cete-
ris etiam melioribus concupiscunt. Quos
plerunqz dum iuxta votū presens ꝓsperitas
sequit multo ꝗ̃ prius fuerant: de sai ... ac
habitu peiores fiunt. Nam rebus multipli-
cibus occupati atqz ipsa occupatione con-
fusi: non solū perpetrata minime deplorant:
sed adhuc que deplorentur exaggerant.

Capitulum. 35. 4

Qui enim mūdum deserūt:
ad exteriora officia ꝓue- A
hi nō debent: nisi per hu-
militatē diutius i eiusdē
mundi contemptu soliden-
tur. Citius nanqz bona de-
pereunt que hominibus an-
te tempus innotescunt quia et arbusta plan-
tata priusꝗ̃ fixa radice coalescāt: si manus
concutiens tangit arefacit. At si in altū ra-
dix figitur: et terre humoribus conspersa so-
lidatur: hec et manus impellit: sed nō ledit:
hec et ventorū flatus inflectendo concuti-
unt sed non euertunt. Hic ergo eruat vita
cepti opis diutine ac robuste in alto humi-
litatis figenda est radix cordis: vt cum ab
humore hore detractionis aura vel fauoris
fluerit: et si in qualibet parte vtcūqz iruat
animū funditus euellat: sed ad statum suū
protinus post inflexionem redeat: si apud
se fortis in radice perdurat. Quid in rebꝰ B
excrescentibus pariete surgente robustius:
Qui tamen si dum ꝯstruit impellatur: sta-
tim sine labore destruitur. si autem per spa-
cium tempis ab humore suo exsiccari ꝑmit-
titur: sepe et arietum ictibus minime quas-
satur Sic sic videlicet bona nostra et intem-
pestiue manifestata depereunt: et diuti ...

vitā ꝯtigerit:quasi recentē parietē impellit:
eūq; facile destruit:q2 adhuc humorem in-
firmitatis proprie non amisit. Cum vero lon
ga quietis sue abiectione se anim⁹ compa
nit:quasi more exsiccati parietis cōtra ict⁹
obdurescit:et cōfractum ꝓtinus resilit:omne
qđ solidū impactūq; fuerit. Hinc est q̄ vi-
tam inchoantium moyses humanis occupa
Deut. 15. tionibus exerceri ꝓhibuit dicens. Non ope
raberis in primogenito bouis:ꝛ non tonde
bis p̄mogenita ouium. In p̄mogenito quip
pe bonis opari est:bona conuersationis pri
mordia in exercitio publice actionis osten-
dere. Ouiū q̄ppe p̄mogenita tondere est:ab
occultationis sue tegmine humanis oculis
inchoata bona opera nostra denudare. In
primogēito ergo bonis opari prohibemur:
atq; a primogenitis ouium de tondendis cō-
pescimur:quia ꝛ si quid robustū incipim⁹:
exercere hoc in aperto citius non debemus ꝛ
cum vita nostra simplex qđ atq; innocuū
inchoat:dignum est vt secreti sui velamina
non relinquat:ne nudum hoc humanis ocu
lis quasi subducto vellere ostendat.

Capitulum. 36.



A D sola ergo diuina sacrificia
bonum primogenita omniumq;
proficiant:vt quicquid forte
simplex innocuūq; incipim⁹:
hoc ad honorē interni iudicis
in ara cordis immolemus:
quod ab illo proculdubio tanto libētius ac
cipitur:q̄to ꝛ ab hominibus occultatū:nul
la laudis appetitione maculat. Sepe autem
noue conuersationis p̄mordia adhuc ex car
nali sunt vita commixta:ꝛ idcirco innotesce
re citius non debent:ne cum laudant bona
q̄ placent:deceptus laude sua animus dep̄
hēdere in eis nequeat mala que latent. Un
de recte rursum per moysen dicitur. Quan-
Leui. 6. do ingressi fueritis terram quam ego datu-
rus sum vobis:ꝛ plantaueritis in ea ligna
pomifera:auferetis preputia eorū. Poma
que germinant:immunda erunt vobis: nec
edetis ex eis. Ligna quippe pomifera sunt:
opera virtutibus fecunda. Preputia itaq;
lignorum auferimus:cum de ipsa inchoatō
nis infirmitate suspecti:primordia nostrorū
B operum non approbamus. Poma autem q̄
germinant:immunda dicimus:nostrisq; ci-
bus non aptamus:quia cum p̄mordia boni
laudantur operis:dignū est vt hoc animū
non pascat operantis:ne dum accepta laus
fauabiliter carpitur:fructus opis intempesti-
ue comedatur. Qui ergo inchoate virtutis
ab humano ore laudem receperit:quasi plā
tati ligni ante tempus pomum cōedit. Hinc
per psalmistam veritas dicit. Uanum est vo Ps. 126.
bis ante lucem surgere surgite postq̄ sederi
tis. Ante lucem quippe surgere est: priusq̄
claritas eterne retributionis apareat in pre
sentis vite nocte gaudere. Sedendum ergo
prius est:vt post recte surgamus: quia quisq̄s
nunc sese sponte non humiliat nequaq̄ hunc
sequens gloria exaltat. Quod ergo illic an
te lucem surgere:hoc hic ypocrite in ortum
est germen proferre:q2 humanas laudes de
siderans:vbi ad opus bonum nascitur: ibi
mox expetit:vt gloriam retributionis assequa
tur. An nō in ortu suo hij germē protulerāt:
de quibus veritas dicebat. Amant primos Mar. 12.
discubitus in cōuiuijs:ꝛ primas cathedras
in sinagogis:ꝛ salutationes i foro: ꝛ vocari
ab hominibus rabi. Pro eo ergo q̄ bene
agere incipiunt:quia honorem consequi ab
hominibus conant:quasi scirpi more ab or-
tu suo cum germine exurgunt. Hij nimirum C
cum recta opa appetunt prius mente solici
ta eiusdem opis testes querunt:ꝛ tacita co-
gitatione pertractāt: si qui sunt gerenda vi
deant:si digne hoc eloqui qui viderint pos-
sint. Si vero eorum facta nullū fortasse ho
minum contingat aspicere:hec se proculdu
bio estimant perdidisse: ꝛ interni arbitrij
oculos:quasi absentes deputāt:quia ab eo
vicem sui operis recipere in posterum recu
sant. Et quoniam cum rectum qđ ypocrita
egerit:videri a multis querit. Bene adhuc
de hoc scirpo subiungitur. Super acervum
petrarum radices eius densabuntur:ꝛ inter
lapides cōmorabitur. Quid enim radicum
nomine nisi latentes cogitatiōes accipim⁹:
q̄ in occulto ꝓdeunt:sed in ostensione opera
per apertum surgunt. Sicut ꝛ de verbi semi
ne per prophetam dicitur. Et hoc quod sal Esa. 37.
uatum fuerit de domo iuda:ꝛ quod reliquū
ē:mittet radicem deorsum. ꝛ faciet fructum
sursum: Radicem quippe deorsum mittere ē:
cogitationem bonam in abditis multiplica
re. Fructum vero sursum facere est: per effi
caciam operis:recta que cogitant ostende-
dere. Lapidum vero nomine in sacra scriptu

Esa.44. ris homines designantur; sicut sancte ecclesie per esaiam dicitur. Ponam iaspidem propugnacula tua: et portas tuas in lapides sculptos. Qui eosdem lapides quid dixisset aperuit cum subiunxit. Uniuersos filios tuos doctos a domino. Et sicut ammonente petro
1.Pe.2. apostolo dicitur. Et vos tanquam lapides viui superedificamini domos spirituales. Hoc itaque loco: quia lapides dicti sunt: sed tamen viui minime dicuntur: ex nuda appellatione lapidum permixti possunt reprobi et electi figurari.

Capitulum. 37.

A Scirpus itaque iste qui inter lapides commoratur: super aceruum petrarum radices densat: quia omnis hypocrita cogitationes suas in exquirenda hominum admiratione multiplicat. Per omne quod hypocrite faciunt: quia occultis cogitationibus laudes hominum requirunt: quasi radices scirpi in aceruum petrarum mittunt. Operaturi quippe laudes suas cogitant: laudati autem has secum taciti in cogitationibus versant: gaudent se precipuos in humana estimatione claruisse: cunctisque inflati fauoribus: apud semetipsos intumescunt: sepe mirantur taciti: etiam ipsi quod sunt: videri quotidie semetipsis altiores cupiunt: ac miris inuentionibus in opere exercescunt: quia sicut virtutes omne vitium eneruant: sic arrogantia roborat. Cogit namque mentem iuuenescere: et contra vires valere. quia et quod negat vigor valitudinis: amor impetrat laudis. Unde et factis suis vt diximus: arbitros inquirunt. Si vero eorum operi testes deesse contingat: narrant ipsi que gesserint: cunctisque efferri fauoribus ceperint: sepe eisdem suis operibus que egisse referunt: mentiendo aliquid
B adiungunt. Cum vero et vera dicunt: hec dicendo aliena faciunt: quia quesitis remunerati fauoribus ab eo intima retributione vacuantur. In eo enim quo bona sua patefaciunt: os tendunt malignis spiritibus: quasi insidiantibus hostibus que prodentur. Quorum profecto vitam illa cunctis notissima ezechie culpa figurauit: qui postquam vna prece: et sub vnius noctis spacio: centum octoginta quinque milia hostium angelo feriente prostrauit: postquam occasui proximum ad alta celi spacia solem reduxit: postquam vitam propinquante iam termino coarctatam in tempora longiora protelauit: susceptis babilonis ei regis nunciis bona omnia que possidebat ostendit: sed prophete voce protinus audiuit. Ecce dies veniunt: et auferentur omnia C
que in domo tua sunt in babylonem: non relinquetur quicquam dicit dominus. Sic sic nimirum hypocrite postquam magnis virtutibus excrescunt: quia cauere malignorum spirituum 4Ro.20.
insidias negligunt: et celari in eisdem virtutibus nolunt: bona sua ostendendo ostiumfaciunt: et prodentes subito amittunt: quicquid diutius studentes operantur.

Capitulum. 38.

Hinc per psalmistam dicitur. Tradidit in captiuitatem virtutes eorum: et pulchritudines eorum in manus inimici. Uirtus quippe et pulchritudo arrogantium inimicis Ps.77.
manibus traditur: quia omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur occulti aduersarii iure mancipatur. Hostes namque ad rapinam prouocat: qui suas eorum noticie diuitias denudat. Quousque enim ab eterne patrie securitate disiungimur: inter latronum insidiantium iter ambulamus. Qui ergo in itinere depredari formidat: abscondat necesse est bona que portat. O miseri qui affectantes laudes hominum: in semetipsis dissipant fructus laborum: cunctisque se ostendere alienis oculis appetunt: damnant quod agunt: quos nimirum maligni spiritus cum ad iactantiam prouocant eorum sicut diximus opera captiuantes denudant. Unde sub cuiusdam gentis specie: antiquorum hostium maliciam signans: per prophetam veritas dicit. Posuit vineam meam in desertum: decorticauit ficum meam: nudans expoliauit eam: albi Johe.1.
facti sunt rami eius. Insidiantibus quippe spiritibus dei vinea in desertum ponitur: cum plena fructibus anima humane laudis cupiditate dissipatur. Ficum dei gens ista decorticat: quia seductam mentem in fauoris appetitum rapiens quo hanc ad ostentationem pertrahit: tegmen ei humilitatis tollit: eamque nudans expoliat: quia quousque in bonis suis abscondit: quasi proprii tegminis cortice vestit. Cum vero mens hoc quod egerit videri ab aliis concupiscit: quasi expoliata ficus eum qui se texerat corticem

amisit. Ubi apte subditur. Ubi fa:ti sunt rami eius: quia ostensa humanis oculis eius opera candescunt. De sanctitate nomen sumitur: cum recta actio divulgatur: sed quoniam subducto cortice rami fici huius arescunt: solerter intuendu est: qz facta arrogantiam humanis oculis ostensa: unde placere appetut: inde siccant. Mens itaqz que per iactantia proditur: decorticata recte fic9 vocatur: quia τ candida est per hoc qp cernit τ siccitati proxima per hoc qp tegmine corticis nudat. Intus ergo sunt servanda que
C agimus: si ab interno arbitre vicem recipere nostri operis expectamus. Hinc est enim
Mat.6. quod per euangeliu veritas dicit. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ut sit elemosina tua in abscoso: τ pater tuus qui videt in abscondso: reddet tibi. Hinc est qd de
Ps.44. electorum ecclesia per psalmistam dicitur.
Omnis gloria eius filie regum abint9. Hic
2.Cor.1. paulus ait. Gloria nra hec e: testimonium cōscie nostre. Filia quippe regum ecclesia q in bono est opeu spiritualiu principum predicatione generata gloriaz intus habet: quia hoc qd agit in ostentatione iactantiam nō habet. Gloriā suam Paulus testimoniu cōscientie memorat: quia favores oris alieni non appetens: vite sue gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Occultanda sunt ergo que agimus nec hec in huius vie itinere incaute portantes: latrocinantium spūum incursione perdamus. Et tamen veritas di
Mat.6. cit. Capitulum. 38.

Videant opa vestra bona: τ glorificent pfem vestrum q in celis est. Sed aliud est pfecto: cum in ostensione operis gloria queritur largitoris: aliud cum laus privata concupiscitur de dono largientis. Unū τ rur
Ibi.5. sus in euangelio hec eadez veritas dicit. Attendite ne iusticiā vestram faciatis coram hominibus ut videamini ab eis. Opus ergo nostrū cum hominibus ostenditur: in cordis prius examinatione pensandum est: per eiusdem ostensionis studiuz quid queratur. Si enim dantis gloriam querimus: etiā publicata nostra opera in conspectu illius occulta servamus: si vero per hec nostram laudem concupiscimus: foras ab eius conspectu iam fusa sunt: etiam si a multis ignorētur. Sed valde perfectoru est: sicut ostenso opere auctoris gloriam querere: ut de illata laude privata nesciat exultatione gaudere. Tunc solum nanqz innoxie hominibus laudabile opus ostenditur: cuz per despectu mentis veraciter la:s impēsa calcatur quā quia infirmi quippe perfecte contemnendo non superant: necesse est ut bonum hoc qd operantur abscondant. Sepe enim ab ipso ostensionis exordio propriam laudem querant: sepe vero in ostensiōe operis auctoris patefacere gloriam cupiunt: sed exceptis favoribus in laude propria cupiditate rapiuntur: cunqz semetipsos dijudicare interi9 negligunt exterius sparsi: interius ignorāt qd agunt: eorūqz opus sue elatiōi militat: atqz hoc se impēdere obsequio largitoris putāt. B
Scirpus ergo inter lapides commoratur: quia ibi hypocrita stat: ubi mentis sue intētionem percipere multorum ambit: quasi in lapidum collectione subsistit. Sed iste hypocrita qui scirpi appellatione signatur: cū corpus abstinentia edomat: cum largiēdo que possidet: studio pietatis exsudat: cuz noticia sacre legis eruditur: cū verbo predicationis utitur quis hunc tanta plenuz largitate cōspiciens a gratia estimet largitoris alienū: Et tamen superna dispēsatio largitur huic dona operis: τ sortem denegat hereditatis: operādi munera cumulat: tamē τ dona operantis ignorat: quia cum perceptū munus ad laudem propriam trahitur: in conspectu lucis intime umbra elatiōis obscuratur. Unde τ bene subditur. ((Si absorbuerit eum d loco suo negabit eum τ dicet)) Non novi te. De loco suo hypochrita absorbetur: cuz a presentis vite favoribus morte interveniente separat. Sed hunc absorptum intern9 arbiter negat: seqz eum nescire denunciat: quia simulatoru vitam iuste reprobando veritas ignorat: nec recognoscit eius bonā q egit: qz hec ex recta intentione non protulit. Unde τ fatuis virginibus in iudicio venient dicit. Amen dico vobis: nescio vos. In Mat.25.
quibus dum mentis corruptionem conside C
rat: carnis etiam corruptionem damnat. Sz utinam hypocritis sua perditio sola sufficeret: τ nequaqz perversa eorum studia ardēter alios ad vitaz duplicitatis instigarent. Hoc nanqz unicuiusqz proprium eē solet: ut qualis ipse fuerit: tales sibi coniungi ex

alios velit: diuersitatem vite refugiat: atq̄ hoc imitandum imprimat: quod amat. Un ⁊ apud hypocritarum sensus: simplicitas oīs in crimine est: apertas quippe mētes diiudicant. ⁊ puritatem cordis hebetudinē appellant: omnesq̄ quos sibi adherere cupiunt: a simplicitatis itinere diuertunt ⁊ quasi expulsa insipientia eos erudisse se estimant i quibus puritatem mētis. i. arcem sapientie debellant. Ca. 40.

A Uia vero non solū ex sua peruersitate hypocrita: sed adiuncta etiā sequacium perditione reprobatur: post q̄ non cognosci a iudice dicitur recte protinus subinfertur. Hec est enim leticia vie eius: vt rursum de terra alii germinentur. Ac si aperte diceretur. ((Ueniente iudice nequaq̄ cognoscitur: s3 multipliciter supplicia recipit: quia elatus in sua iniquitate letatus est: quo ⁊ aliis male propagauit.)) Cui enim hic nō sufficit iniquitas propria: torqueatur illic necesse est etiam merito reatu alieni. Nunc itaq̄ simulatores gaudeāt ⁊ humana iudicia se obtinuisse glorientur: despiciatur iustorum simplicitas: atq̄ calliditate duplicium fatuitas vocet̄: citius despectus simplicium transit: citius duplicium gloria pereunt. Unde ⁊ apte subiungit̄. Deus non proiiciet simplicez nec porriget manum malignis q: nimirum districtus in iudicio apparens: ⁊ despectum simplicium glorificando eriget: ⁊ malignorum gloriam: reprobando confringet. Maligni enim vocant̄ hypocrite: qui bona nō bene faciūt ⁊ recta que q̄ sub studio laudis operant̄. Manum do

B cui porrigimus: hunc videlicet ab imis eleuamus. Malignis ergo deus manum non porrigit: q: querentes terrenam gloriam in imo derelinquet: ⁊ quālibet recta videant̄ esse que agunt: hos ad gaudia superna nō peruehit. Uel certe ideo maligni appellātur hypocrite: quia benignitatē erga proximos ostendunt: ⁊ dolos iniq̄tatis sue operiunt. Per omne nāq̄ q̄d vel faciūt: vel loquuntur simplicitatē exterius exhibent: s3 subtili-

Deut.22. tate interius duplicitatis callent: puritatē superficie simulant: sed semp maliciam sub specie puritatis occultant. Quos cōtra bene per moysen dicitur. Nō indues vestē ex lana: linoq̄ contextam. Per lanam quippe simplicitas: per linum vero subtilitas designatur. Et nimirum vestis que ex lana linoq̄ cōficitur linū interius celat: lanā in superficie demōstrat. Ueste ergo ex lana linoq̄ contextam induit: qui in locutiōe vel actione qua vtitur: intus subtilitatē malicie operit: ⁊ simplicitatem foras innocentie osten-

dit. Quia enim sub puritatis imagine deprehendi calliditas non valet: quasi sub lane grossitudine linum latet. Bene aūt post reproborum supplicia: iustorum remuneratio demonstrat̄: cum protinus subditur. Donec impleatur os tuū risu: ⁊ labia tua iubilo. Os quippe iustorum tunc risu replebit̄: cū eorum corda finitis peregrinationū fletibus: eterne leticie exultatione satiantur. De hoc risu disci- C

pulis veritas dicit. Mundus aūt gaudebit: vos autē cōtristabimini: sed tristicia ve- Jo.16.

stra vertet̄ in gaudium. Et rursum. Uidebo vos: ⁊ gaudebit cor vestrū: ⁊ gaudiū vestrū nemo tollet a vobis: de hoc risu sancte ec- Ubi s.

clesie Salomon ait. Ridebit in die nouissimo. De hoc iterū dicit. Timenti dn̄m: bn̄ erit in extremis. Non aūt tūc risus erit corporis: sed risus cordis. Risus enim erit nūc corporis de lasciuia dissolutionis. nā risus Prov.31. Eccl.1.

cordis tunc de leticia nascitur securitatis. D

Cum ergo electi oēs implētur gaudio manifeste contemplationis: quasi ad hilaritatem risus exiliunt in ore mentis. Jubilū vero dicimus: cum tantā leticiam corde concipimus: quantā sermonis efficacia non explemus. ⁊ tamen mentis exultatio hoc q̄d sermone non explicat: ore sonat. Bene autē os risu impleri dicitur: ⁊ labia iubilo: q: in illa eterna patria cum iustorum mens in exultatione rapitur: lingua in cantū laudis eleuatur: qui q̄m tm̄ vident: quantū dicere nō valent: in risu iubilant quia non explendo resonant: q̄d amant. Ca. 41.

Once autē dicitur non q̄ A

omnipotens de⁹ vsq̄ malignos non subleuet: quousq̄ electos suos in iubilationis gaudia assumat: ac sic post a pena eripiat: quos ante in culpa deserens dānat: sed q̄ hoc nequaq̄ vel ante iudiciū faciat: cum dubiū hominibus videri possit an fiat. Nam post electorum suorum iubilum quia malignis ma-

num non porrigat ex ipsa iam districtiōe vl
Ps.109. tum examinis constat. Sic nāq3 et per psal
mistam dicitur. Dixit dominus dn̄o meo:
sede a dextris meis donec ponam inimicos
tuos: scabellū pedū tuorū. Nō q3 a dextris
dn̄i nequaq3 dn̄s sedeat: postq3 inimicos il
lius feriens: eius potestati substernit: sed q
in eterna cunctis beatitudine p̄sidet: et pri
usq3 rebellium suorū corda cōculcet: et qua
numirum sententia constat: quia subiectis
hostibus: sine fine et posterius regnat. Sic
Mat.i. per euangeliū de marie sponso dicit. Et nō
cognouit eam: donec peperit filium suū pri
mogenitū: non q hanc post natiuitatē dei
cognouerit: sed quo nequaq3 illam cōtigit:
etiam cum conditoris sui matrem esse ne
B sciuit. Nam quia eam contingere nequaq3
valuit: postq3 redemptionis nostre ex eius
vtero celebrari misteriū agnouit: de illo pro
fecto tēpore necesse erat vt euangelista te
stimonium ferret: de quo propter Joseph
ignorantiam dubitari potuisset. Sic nāq3
nunc dicitur. Deus nō proijcit simplicem:
nec porrigit manum malignis: donec imple
tur risu os tuum: et labia tua iubilo. Ac si
aperte diceretur. Uitā simplicium: nec ante
iudicium deserit: et malignoꝝ mentes per
cutere deserendo: nec priusq3 appareat pre
termittit: nam q2 sine fine reprobos cruciet
et electi eius imperpetuum postq3 apparue
rit regnent: profecto dubiū non est. Sequit.
(Qui oderūt te: induētur cōfusione.) Ju
storum hostes in extremo examine cōfusio
nem induent: quia cū transacta mala redū
dare sibi ante oculos mentis aspexerint: su
us eos vndiq3 reatus deprimēs vertit. Ad
penam hi quippe tunc factorū suorum me
moriam tolerant: qui nunc quasi a sensu ra
tionis extranei gaudentes peccant. Ibi vi
dent quantū debuerint fugere qd amaue
rint: ibi conspiciunt: q3 lugubre fuerit q nūc
in culpa gratulantur. Tunc animā reatus
obnubilat: et recordationis sue idealis ipsa
se cōscientia impugnat. Quis igitur digne
penset: iniquorū confusio quanta tūc erit:
quando et foris eternus iudex cernit: et intus
ante oculos culpa versatur. Qui ad hec id
circo perueniunt: quia sola hic transeuntia
C dilexerūt. Unde et apte mox subditur. (Et
tabernaculum impiorū non subsistet.) Ta
bernaculum quippe construitur vt ab estu

corpus et frigore defendat. Quid itaq3 hoc
loco tabernaculi nomine: nisi edificatio ter
rene felicitatis exprimitur: per quā super se
reprobi casura multiplicant: vt se a presen
tis vite necessitatibus: quasi ab estu et im
bribus defendant. Honoribus nāq3 excre
scere ambiunt: ne despecti videantur: terre
na aggregando exaggerant: ne inopie fri
gore tabescant: contēnunt curare qd sequi
tur: et tota intentione satagunt: ne quid in
presentibus desit student nomen dilatare:
ne lateant: et si cuncta ad desiderium suppe
tant: munitos se i omnibus et felices putāt.
Ubi ergo mentis habitationem cōstruunt: B
ibi proculdubio tabernacula fixerūt: aduer
sa impatienter perferunt: remisse in prospe
ris letantur: sola que assunt cogitant: nec
ad affectum celestis patrie vlla recordatio
ne respirant: gaudent sibi suppetere bona
que cupiunt: atq3 vbi carne requiescunt: ibi
et mentem extinguendo sepeliunt: q2 secula
ris cure telo trucidati terrenarum rerū ag
gerem quem foris exquirendo multiplicāt:
hunc semper interius p cogitationē portāt.
Capitulum. 473 A



T contra iusti: nec oblata
bona h pro magno suscipi
unt: nec illata mala valde
ptimescunt: sed et cū bonis
presentibus vtunt ventura
mala metuunt: et dū de ma
lis presentibus gemunt bonorū sequentiū
amore consolantur: sicq3 temporali subsidio
refouentur: sicut viator in stipula vtitur le
cto: pausat: et recedere festinat quiescit cor
pore: sed ad aliud tendit mente. Nōnunq3
vero et aduersa perpeti appetunt: in transi
torijs prosperarū refugiunt: ne delectatio
ne itineris: a patrie peruentione tardētur:
ne gressum cordis in via peregrinationis fi
gant: et quādoq3 ad conspectum celestis pa
trie sine remuneratione perueniant: gaudēt
despici nec dolent se necessitatibus affligi.
Qui ergo contra presentis se aduersa non
muniunt: quasi contra estus et pluuias ha
bere tabernaculū noluit. Unī et Petrus in
re reprehenditur: quia necdū mentis perfe
ctione roboratus: veritatis claritate cogni
ta: in terra figere tabernaculum conat. Ju
sti itaq3 h se constituere negligunt vbi pere
grinos se et hospites nouerunt. Quia enim

in ꝓprijs gaudere desiderant: esse in alieno felices recusant. Iniusti autem quāto longius ab eterne patrie hereditate diuisi sūt tanto in terra altius fundamenta cogitationis figunt. Hinc est ꝙ ab ipso humane cōditionis exordio: in electa ꝓle Enoch septimus nascitur. Hinc est ꝙ Cayn primum filium suum Enoch vocat: atq; ex eius noie: B
ciuitatē quā condidit appellat. Enoch qppe dedicatio dicitur. Iniqui ergo se in primordijs dedicant: quia in hac vita que ante est cordis radicem plantāt: vt hic ad votum floreant: ⁊ a sequenti patria funditus arescant. Ex iustis vero Enoch septim⁹ oritur: q2 eorum vite festa dedicatio i fine seruatur. Hinc est ꝙ attestāte Paulo Abraā Heb. xi.
in casulis habitabat q2 habentē fundamēta ciuitatem quam supernus artifex cōstruxit expectat. Hinc est ꝙ Iacob greges ouiū Gen. 32.
sequēs humiliter graditur: atq; huic Esau obuiam veniens tumultu multiplicis comitatus eleuatur: quia nimirum et electi hic elationem non habent: ⁊ bonis carnis reprobi leti tument. Hinc ad israel dominus C
dicit. Si elegeris vnum de populo terre: ⁊ constitueris principem super te: non faciet sibi equos ⁊ equites. Et tamen primus rex ab eodem populo electus repente vt culmē potestatis attingit: tria milia sibimet equites elegit: in elatione protinus prodijt: ad edificationem percepti culminis erupit: qa foris restringere sub equalitate non poterat: quod intus animus super ceteros tumebat. Quasi munitum sibi diues ille tabernaculum construxerat qui dicebat. Anima habes multa bona reposita in annos multos requiesce comede ⁊ bibe: ⁊ epulare. Sed quia eius tabernaculum in veritatis fundamento non subsistit: ilico audiuit. Stulte hac nocte repetunt animam tuam abs te: que autem parasti cuius erunt? Bene ergo dicitur: tabernaculum impiorum non subsistet: quia vite effugientis amatores dum studiose se in presentibus construunt: repente ad eternam penam rapiuntur.

Sancti Gregorij. Liber nonus.

Capitulum. i.

Eruerse mē A

tes si semel ad studium P
cōtrarietatis exarserint siue prauum seu rectum quid a contradicētibus audiant: aduersis hoc responsionibus īpugnant. quia cum persona per contrarietatem displicet: nec recta que ꝓtulerit placent. At contra bonorum corda quibus in odiū non venit persona s3 culpa: sic peruersa diiudicant vt recta que dicuntur assumant: discernendis qppe contradicentium sensibus equissimi arbitres resident: ⁊ sic male prolata respuunt: vt tamē approbent que ex veritate cognoscūt. Solet nāq; inter spinarum multitudinem: etiā de frugis semine spica succrescere. Cauta ergo manu operantis agendum est: vt dum spina tollitur: spica nutriatur: quatenus q studet eradicare quod pungit: nouerit seruare quod reficit. Unde ⁊ beatus Iob: qa baldad suites recte per inquisitionem dixerat: nunqd dn̄s supplantat iudicium: aut omnipotens subuertet qd iustū est. Quicq; vera i hypocritas robustaq; ꝓtulerat: bene hec ⁊ ꝯtra prauos generalit ꝓlata conspiciens: studio ꝓprie defensionis calcat: atq; audita ꝓtinus approbat dicens.

Vere scio quod Iob Ca. 9

ita sit: ⁊ non iustificabit homo compositus deo:)) A
homo quippe deo non compositus iusticiam percipit: compositus amittit: quia quisquis se auctori bonorum cōparat: bono se quod acceperat priuat. Qui enim accepta bona sibi arrogat: suis contra deum donis pugnat. Unde ergo despectus erigitur: dignum est: vt erectus inde destruatur. Sanctus autem vir: quia omne virtutis nostre meritum: esse vitium conspicit: si ab interno arbitre districte iudicetur: recte subiungit. ((Si noluerint contendere cum eo: non poterit respōdere ei vnum pro mille.)) In scriptura sancta millenarius numerus pro vniuersitate solet intelligi. Hinc etenī psalmista ait. Verbi qd mādauit in mille generationes cū ꝑ Ps. 104.
fecto constet: ꝙ ab ipso mundi exordio vsq; ad redemptoris aduentū per euangelium

non amplius q̃ septuagintaseptem propa-
gines numerentur. Quid ergo in millena-
rio numero: nisi ad pferendã nouam sobo
lem: perfecta vniuersitas presente generatio
nes exprimitur. Hinc ꝛ per Joannẽ dicit.
Apoc.20 B Et regnabunt cum eo mille annis: quia vi-
delicet regnuꝫ sancte ecclesie vniuersitatis
pfectiõe solidatur. Quia vero monas mul-
tiplicatus in denariũ ducitur denarius ꝑ
semetipm ductus in centenariũ dilatatur.
Qui rursus per denariũ ductus: in millena
rium tenditur: cũ ab vno incipimus: vt ad
millenariũ veniamus: qd hoc loco vni⁹ ap
pellatione. nisi bene viuendi initiuꝫ: quid
millenarij numeri amplitudine: nisi eiusdeꝫ
vite bone pfectio designatur. Cũ deo antẽ
cõtendere est non ei tribuere: sed sibi gloriã
sue virtutis arrogare. Sed sanctus vir ꝯspi
ciat: qꝛ ꝛ qui summa iaꝫ dona percipit: si de
acceptis extollitur: que acceperat amittit ꝛ
C dicat. Si voluerit contẽdere cũ eo: non po-
terit respondere ei vnum ꝑ mille. Qui eniꝫ
auctore contendit: vnũ ꝑ mille: respondere
non sufficit: qꝛ qui de perfectione se erigit:
habere se nõ viuẽdi nec initiũ ostẽdit. Vnũ
nãq pro mille respondere nõ possumus: qꝛ
cum de bone vite pfectione extollimur: hãc
nos nec inchoasse mõstramus. Sed tũc de
nostra infirmitate verius cõcutimur: si q̃ sit
immensa potẽtia iudicis cõsiderando pẽsa
mus. Unde ꝛ subdit. Ca. 2.



D Apiens corde est: ꝛ fortis
robore. Quid mirꝫ si ꝯdi
torem sapientiũ: sapienteꝫ
dicimus: quẽ ipsam esse sa
pientiam scimus. Et quid
mirum q fortẽ esse memo-
rat: quẽ ipsam esse fortitudinẽ nullus igno
rat. Sꝫ sanctus vir duobus dbis in laude
auctoris prolatis aliqd nobis intimat: vñ
nos ad cognitionem nostrã trepidos redu
cat. Sapiens qppe deus dicitur qui occul-
ta nr̃a subtiliter agnoscit: ꝛ esse fortis adiũ
gitur: qꝛ valenter cognita percutit. Nec fal
li ergo a nobis qa sapiens: nec vitari qꝛ for
tis est valet. Nunc vt sapiens oĩa inuisibi-
lia aspicit: tunc vt fortis sine vllo obstacu-
lo quos reprobat punit: qui hoc quoq sic
forti sapientia ordinat: vt humana mens
cum contra auctorem se eleuat: ipsa se sua
elatione ꝯfundat. Unde ꝛ subdit. Quis
resistit ei: ꝛ pacem habuit. Qui eniꝫ cun-
cta mirabiliter creat: ipse vt creata sibimet
conueniant ordinat. In quo ergo conditori
resistitur: pacis conuentio dissipatur: qꝛ or-
dinata esse nequeunt: que superni modera
minis dispositionem perdunt. Que enim E
subiecta deo in tranquillitate persistũt: ipa
sibimet dimissa: recitudinis ordinem con-
fundunt: quia in se pacem non inueniũt: cui
venienti desuper in auctore contradicunt.
Sic summ⁹ ille angelicus spiritus: q subie-
ctus deo in culmine stare potuisset: semet-
ipm repulsum patitur: quia per nature sue
inquietudinem foras vagatur. Sic primus
humani generis parens quia auctoris pre
cepto restitit: carnis ꝑtinus contumeliam
sensit: ꝛ quia subesse conditori per obedien
tiam noluit. sub semetipso prostratus: ꝛ pa
cem corporis ꝑtinus amisit. Bene ergo di-
citur. Quis resistit ei: ꝛ pacem habuit: quia
peruersa mens: vnde se cõtra auctorem eri-
git: inde in semetipsa confunditur. Resiste
re autem deo dicimur: cum repugnare eius
dispositionibus conamur. Nec enim no-
stra infirmitas incõmutabili eius sententie
obuiat: sed tamen qđ explere non valet ten
tat. Nam sepe humana infirmitas occulte F
vim dispositionis agnoscit: ꝛ tamen hãc si
mutare valeat appetit: contraire satagit: sꝫ
ipso se gladio cõtradictionis frangit: ordi-
ni interno renititur: sed suis victa conatib⁹
ligatur. Habere ergo pacem resistens non
potest: qꝛ dum superbiam confusio sequit:
quod stulte per culpam geritur: hoc ex iudi
cantis vindicta mirabiliter ordinatur. Sꝫ
vir sanctus virtute prophetici spiritus ple-
nus cum confusionem generaliter superbie
humane conspicit: ad speciale malum pro
tinus plebis israelitice oculos mentis tẽdit
ꝛ que pena elatos omnes maneat: ex vni⁹
gentis interitu ostendit. Nam repente sub
iungit dicens. Qui trãstulit mõtes: ꝛ ne-
scierũt hi quos subuertit i furore suo. In
scriptura sacra sepe montium nomine: pre-
dicantium altitudo signatur. De quibus
per psalmistaꝫ dicitur. Suscipiant montes Ps.71
pacem populo tuo. Electi quippe predica-
tores eterne patrie non immerito montes
vocantur: quia per vite sue celsitudinem:
ima terrenorum deserunt: ꝛ celo propinqui
fiunt. Sed montes veritas transtulit: cum

predicatores sanctos a iudee obduratione
subtraxit. Unde recte iterum per Psalmi
Ps.45. stam dr. Transferentur montes in cor ma
ris. In corde enim maris montes translati
sunt cum predicantes apostoli: a iudee psi
dia repulsi ad intellectum gentilium vene-
runt. Unde ipsi quoque in suis actibus di-
Act.13. D cunt. Uobis oportebat primum loqui verbū
dei: sed qr repulistis illud: et indignos vos
iudicastis eterne vite: ecce convertimur ad
gentes. Sed hanc eandem translationē mō
tium hi ipsi nescierunt: q in dñi furore sub-
uersi sunt quia cum de suis finibus hebrei
apostolos expulerunt: lucrum se fecisse ar-
bitrati sunt: qr predicatōis lumen amiserūt.
Exigentibus quippe meritis iusta animad-
uersione percussi: tanto intelligentie errore
cecati sunt: vt qr lucem perderent: hoc esse
gaudium putarent. Sed repulsis apostolis
a romano protinus pricipe Tito: iudea de
struitur: atque in cunctis gētibus sparsa dis-
sipatur. Unde et translatis montibus: recte
subiungitur.

Capitulum 3.



A Qui cōmouit terram de lo-
co suo: et colūne eius cō cu
tiētur. De loco quippe suo
terra cōmota est: cū plebs
israelitica de iudee finib⁹
ē eiusa: nimirū colla gen-
tibus subdidit: qr subdi auctori recusauit.
Que. s. terra colūnas habuit: qr in sacerdo
tes et pricipes legislatores atque pharisseos
ruitura eius fabrice structura surrexit. In
ipsis namque littere edificium tenuit: et trāqlli-
tatis sue tempore sacrificiorum carnalium
quasi superiposite fabrice onera portauit:
sed translatis montibus: colūne concusse
sunt: quia subductis a iudea apostolis: nec
ipsi viuere in illa permissi sunt: q ab illa vi-
te predicatores expulerunt. Dignum quippe
erat: vt terrenam patriam subacti perderēt
cuius amore nequaquam veriti sunt celestis pa
trie milites impugnare. Sed expulsis sctis
doctoribus: iudea funditus corruit: et iusto
iudicantis examie: in erroris sui tenebras
mentis oculos clausit. Unde et adhuc sub-
ditur. Qui precipit soli: et non orit et stel-
las claudit: quasi sub signaculo. Aliquā
do namque in sacro eloquio solis nomie: pre-
dicatorum claritas designatur sicut per Io

annem dr. Factus est sol: vt saccus cilici- Apoc.6. B
nus. In extremo quoque tempore sol quasi
ciliciuus saccus ostenditur: qr fulgens vita
predicantium ante reproborum oculos as-
pera et despecta monstratur. Qui stellarum
quoque claritate figurantur qr dū recta pec
catoribus predicant: tenebras nostre noctis
illustrāt. Unde et subtractis predicatorib⁹ Iere.3
per prophetā dr. Prohibite sunt stelle plu
uiarum: qr vero sol per diem fulget: stelle ob
scuritatem noctis irradiant: et plerumque i sa
cro eloquio diei appellatōe eterna patria:
noctis autem nomine presens vita signat:
predicatores sancti: vt sol nostris oculis fi-
unt: cum contemplationem nobis vere lu-
cis aperiunt: et velut stelle in tenebris lucēt
cum per actiuam vitam pro futuris nostris C
necessitatibus terrena disponūt. Quasi in
die: vt sol: choruscant: cum ad contēplādā
interne claritatis patriam: mentis nre aciē
subleuant: et quasi stelle i nocte resplendēt:
qr cum et terrena agunt: offensurum iā iamque
nostri operis pedem exemplo sue rectitudi
nis dirigunt. Sed qr expulsis predicatori-
bus non fuit q plebi iudaice in perfidie sue
nocte remanenti resplenderet: vel claritatē
contemplatōis ostenderet. Ueritas quippe
que hanc repulsam deseruit: subtracto pre
dicationis lumine: merito sue prauitatis ex-
cecauit: recte dr. Qui precipit soli: et nō ori
tur: et stellas claudit: quasi sub signaculo.
Oriri quippe ei solem noluit: a qua predicā-
tium animum diuertit: et quasi sub signacu
lo stellas clausit: q dum predicatores suos
per silentium intra semetipsos retinuit: ce-
cis iniquorum mentib⁹ celeste lumē abscon
dit.

Capitulum. 4.



Pensandum vero est: quia ie- A
circo aliqd sub sigillo clau
dimus: vt hoc cum temp⁹
congruit: ad medium pfe-
ramus. Et sacro eloqo at-
testante didicim⁹ qr iudea
que nunc deseritur: ad sinum fidei in fine
colligatur. Hinc namque per Isaiam dicitur. Esa.1
Si fuerit numerus filiorum israel: quasi are
na maris: reliqe salue fient. Hinc Paulus Ro.11
ait. Donec plenitudo gentium intraret: et
sic omnis israel saluus fieret. Qui igit pre-
dicatores suos: nunc iudee oculis subtra-
hit: sed postmodum ostēdit. quasi sub signa

culo stellas clausit: vt absconsis prius et post
choruscantibus astrorum spiritualium ra
diis: noctem perfidie sue: et nunc repulsa nõ
videat: et tunc illuminata deprehẽdat. Hic
ẽ q duo illi eximij predicatores dilata mor
te subtracti sunt: vt ad predicationis vsuz
Apoc. xi. in finem reuocentur. De quibus per Joan
nem dr. Hi sunt due oliue: et duo candela
bra in conspectu domini terre astãtes: quo
rum vnum in euangelio per semetipsaz ve
Mat. 17. ritas pollicetur dicens. Helias venturus est:
et restituet omnia. Quasi ergo sub signacu
lo stelle clause sunt: que et nunc occultant:
ne appareant: et post vt prodesse valeant:
apparebunt. Sed tamẽ plebs israelitica q̃
vbertim in fine colligitur: in ipsis sancte ec
clesie exordijs crudeliter obduratur. Naz
predicatores veritatis renuit: et verba ad
iutorij spreuit. Quod tamẽ mira auctoris
dispensatione agitur: vt nimirũ predicanti
um gloria que recepta in vno populo late
re poterat: in cunctis gentibus repulsis dila
B tetur. Unde et apte mox subdit. Qui ex
tẽdit celos solus. Quid nãq celorũ no
mine: nisi hec eadem celestis predicantium
vita designatur? De quibus per Psalmistã
Ps. 18. dr. Celi enarrant gloriam dei. Ipsi igitur celi
ipsi sol eẽ memorantur: celi scilicet qr inter
cedendo protegunt. Sol autẽ qr predican
do vim luminis ostendunt. Cõmota igitur
terra celi extensi sunt: quia cuz iudea ad vi
persecutiõis infremuit: apostolorum vitam
dominus in cunctarum gentium cognitiõe
dilatauit. Et dum illis per iudicium in mũ
dum captiua dispergitur: isti vbiq p gratiam
in honore tendũtur. Angusti quippe celi fue
rant cum vna plebs tot egregios predica
tores tenebat. Quis enim gentilium Pe
trum nosset: si in solius israelitici populi pre
dicatione remãeret? Quis Pauli virtutes
agnosceret: nisi hunc iudea ad nostraz noti
ciam persequendo transmisisset? Ecce iam
qui plagis et contumelijs ab israelitica ple
C be repulsi sunt: per mundi fines honoran
tur. Solus ergo dominus celos extendit: q
secreta mira dispensatione consilij predica
tores suos: vnde permisit in vna gente op
primi fecit in mundi cardine eo inde dilata
ri. Sed neq ipsa hec presenti dedita mun
do gentilitas: cum culpas eius apostolorũ
lingua corripuit: verba vite libẽter accepit:
nam protinus in elatione contradictionis
intumuit: atq ad crudelitatem se persecu
tionis excitauit. Sed que predicatiõis ver
bis contraire nititur: signorũ citius ammi
ratione temperatur. Unde et apte quoq eis
auctoris laude subiungitur.

Capitulum. 5.



ET graditur super fluctus
maris. Quid enim maris
A nomine: nisi in honorẽ ne
ce seuiens: mũdi huius ama
ritudo signatur? De quo
et per ps. dr. Congregans Ps. 32.
quasi in vtrez aquas maris. Aquas eteniz
maris quasi in vtrem dominus congregat
cum miro moderamine cuncta disponẽs i
suis clausas cordibus carnaliũ minas fre
nat. Super fluctus ergo maris: dominus gra
ditur: quia cum se procelle persecutiõis eri
gunt: miraculorum eius obstupefactiõe frã
guntur. Qui enim tumores humane vesa
nie mitigat: quasi erectas i cumulo vndas
calcat. Nam cũ morem suũ gentilitas de
strui noue conuersationis predicatione cõ
spiceret: cum mundi huius diuites elationi
sue contraire viderent facta pauperũ: cuz
sapientes seculi aduersarij sibi imperitorũ
verba pensarent in persecutionis protinus
tempestate tumuerunt. Sed q verborũ ad
versitate cõmoti: ad persecutionis procel
las insiliunt: signorum vt diximus: ammira
tione temperantur. Tot ergo in his fluct
bus dominus gressus posuit: quot superbis B
persecutoribus miracula ostẽdit. Unde be
ne rursum per Psalmistam dicitur. Mi
rabiles elationes maris: mirabilis in excel Ps. 92
sis dominus: quia contra electorum vitam
ad persecutionis vndas mundus se mira
biliter extulit: sed has supernorum cõditor
subleuata virtute predicantium mirabilius
strauit: ministros etenim suos plus ostẽdit
posse per miracula q̃ potestates terrenas
tumere per iram. Quod bene etiam p Hie
remiaz dominus exteriora narrans: interio
ra denunciat dicens. Posui arenam ma C
ris terminũ preceptum sempiternũ: quod
non preteribit: et commouebuntur et non po
terunt: intumescent fluctus eius et nõ transi
bunt illud. Arenam quippe dominus ma

ris terminum posuit:quia ad frangendam mundi gloriã:abiectos ⁊ pauperes elegit. Cuius nimirum maris fluctus intumescũt cum potestates seculi ad cõmotionem persecutionis exiliunt:sed transire arenam nequeunt:quia despectorum miraculis ⁊ humilitate franguntur. Sed dum mare seuit: dum per insanie sue fluctus erigitur:qꝫ tamen virtutis intime ostensione calcat: sancta ecclesia proficit:atqꝫ ad statum sui ordinis per temporum incrementa consurgit. Unde ⁊ apte mox subditur.

Capitulum. 6.



A Qui facit arcturum ⁊ oriones ⁊ yadas ⁊ interiora austri.))Nequaqꝫ sermo veritatis vanas Esiodi arati ⁊ calimarci fabulas sequitur: vt arcturum nominans extremam stellarum septem caudam vrse suspicetur: ⁊ quasi orion gladiũ teneat amator insanus. Hec quippe astrorum nomina a cultoribus sapientie carnalis inuẽta sunt: sed scriptura sacra iccirco eisdem vocabulis vtitur: vt res quas isinuare appetit: noticia vsitate appellationis exprimant. Nã si astra que vellet: per ignota nobis nomina diceret. Homo pro quo hec eadem scriptura facta est: nesciret procul dubio quid audiret. Sic igitur in sacro eloquio sapientes dei sermonem trahunt a sapientibꝰ seculi: sicut in eo pro vtilitate hominis vocez in se humane passionis ipse conditor hominum sumit deus: vt videlꝫ dicat. Penitet me fecisse hominem super terram. Cum pfecto constet: quia is qui cuncta priusquaꝫ veniunt conspicit: nequaqꝫ postqꝫ aliqd fecerit penitendo resipiscat. Quid ergo mirum si spũales viri vtuntur verbis carnalium: quando ipse ineffabilis ⁊ creator oĩuz spũs vt ad itellectum suum carnem pertrahat: in seipso carnis sermonem format. In scriptura igitur sacra dum nota astrorꝫ nomina audimus: de qbus astris sermo moueatur agnoscimus: cum vero que enarrentur: astra perpẽdimus: restat vt ex eorꝫ motibus: ad spiritualis intelligentie archana

B surgamus. Neqꝫ enim iuxta litteram mirũ aliqd: qꝫ deus arcturum oriones ⁊ yadas fecit. de quo nimirum constat: quia omnino in mundo nihil fit: quod ipse non fecerit. Sed sanctus vir hec fecisse deum dicit: C per que signat proprie ea que spiritualiter geruntur intelligit. Quid nãqꝫ arcturi nomine qui in celi axe constitutus: septem stellarum radijs fulget: nisi ecclesia vniuersalis exprimitur: que in Joannis Apocalypsi per septem ecclesias septemqꝫ candelabra figuratur. Que dum dona i se septiformis gratie spũs continet: claritatem summe virtutis irradians: quasi sub axe veritatis lucet.

Capitulum. 7.



Pensandum quoqꝫ qꝫ arcturus semper versatur: ⁊ nunqꝫ mergitur: quia ⁊ sancta A ecclesia persecutiones in quorum fine cessatione tolerat: sed tamẽ vsqꝫ ad mũdi terminum sine defectu perdurat. Sepe nãqꝫ eam reprobi quia vsqꝫ ad internitionem persecuti sunt: quasi hanc se funditus extinxisse crediderunt: sed eo multiplicius ad statuꝫ sue profectus rediit: quo iter manus persequentium moriendo laborauit. Arcturus ergo dum versatur erigitur: quia tunc sancta ecclesia valẽtius in veritate reficitur: cum ardentius pro veritate fatigatur. Unde ⁊ apte quoqꝫ post arcturum protinus oriones subdit. Oriones quippe in ipso pondere temporis hiemalis oriunt suo quoqꝫ ortu tempestates excitant: ⁊ maria terrasqꝫ perturbant. Quid igitur post arcturum per oriones: nisi martyres designãtur: qui dum sancta ecclesia ad statuꝫ predicationis erigitur: pondus persequentiuꝫ molestiasqꝫ passuri ad celi faciem quasi in hieme venerunt. His etenim natis: mare terraqꝫ turbata est. quia duꝫ gentilitas mores suos destrui apparente illorum fortitudine doluit in eorum necem: non solum iracundos ac turbidos: sed etiam placidos erexit. Ex orionibus itaqꝫ hyems inhorruit quia clarescente sanctorum constantia: fri- B gida infidelium: ad tempestatem se persecutionibus excitauit. Oriones ergo celum edidit: cum sancta ecclesia martyres misit: qui dum loqui recta rudibus ausi sunt: omne pondus ex frigoris aduersitate pertulerunt. Bene autem protinus Yadas subdit: que in virescente verno ad celi faciem prodeunt: et cum iam sol caloris sui

vires creuerit: ostenduntur. Illius quippe signi
initijs inherent: quos sapientes seculi thaurum
C vocant. Ex quo augeri sol incipit: atque ad
extendenda diei spacia feruentior exurgit.
Quid itaque post oriones yadum nomine: nisi
doctores sancte ecclesie designantur: qui sub
ductis martyribus eo iam tempore ad mun
di noticiam venerunt: quo fides clarius elu
ceret: et repressa infidelitatis hieme altius per
corda fidelium: sol veritatis caleret: qui remo
ta tempestate persecutionis expletis nocti
bus longis infidelitatis tunc sancte eccle
sie exorti sunt: cum ei iam per credulitatis
vernum lucidior annus aperitur.

Capitulum. 8.



A Ec immerito doctores san
cti yadum nuncupatione si
gnantur. Greco quippe elo
quio yados pluuia vocatur:
et yades nomen a pluuija
acceperunt: quia orte proculdubio imbres ferunt. Bene ergo yadum ap
pellatione doctores expressi sunt: quia ad statum
vniuersalis ecclesie: quasi in celi faciem deduc
ti super arentem terram humani pectoris
sancte predicationis imbres fuderunt. Si
enim predicationis sermo pluuia non esset:
Deut.32 moyses minime dixisset. Expectet sicut plu
uia eloquium meum: et nequaquam per Isaiam ve
ritas diceret. Mandabo nubibus meis: ne
pluant super eam imbrem atque hoc quod paulo
ante protulimus. Quamobrem prohibite sunt
stelle pluuiarum. Dum ergo yades cum plu
uijs veniunt: ad celi spacia altiora ducitur sol:
quia apparente doctorum scientia: dum mens
nostra imbre predicationis infunditur: fidei
calor augetur: et perfusa terra ad fructum profi
cit: cum lumen huius figure in celo apparue
rit: quia vberius frugem boni operis reddi
B mus: dum per sacre eruditionis flammam in
corde clarius ardemus. Dum que per eos die
bus singulis: magis magisque scientia celestis
ostenditur: quasi internum nobis luminis ver
num tempus aperitur vt nouus sol nostris
mentibus rutilet: et eorum verbis nobis co
gnitus: seipso quottidie clarior micet. Urgen
te etenim mundi fine: superna scientia profi
cit: et largius cum tempore excrescit. Hinc
namque per danielem dicitur. Pertransibunt
Dan.12. plurimi: et multiplex erit scientia. Hinc Jo
anni in priori parte reuelationis angelus di

cit. Signa que locuta sunt septem tonitrua Apoc.10.
noli scribere. Cui tamen in eiusdem reuelationis
predicatoris pectore nisi celum: dcm ⁊ infer
nūqȝ coarctauerat: q ⁊ visionis interne iā
lumen acceperat: ⁊ tū adhuc tenebras de car
ne tolerabat. Sup se viderat qđ letus ap-
peteret in se cernebat qđ metuens doleret.
Iā celestis patrie lux irradiauerat: adhuc
C tentationis obscuritas aīum confundebat.
Cū celo ergo infernū ptulit: quē ⁊ humilia-
tum securitas erexit, ⁊ tentatū genitus stra-
uit. Et sepe cōtingit vt fides in mēte iā vi-
geat sed tū ex parte aliquantula in dubieta-
te cōtabescat: quaten⁹ ⁊ certa se a visibili-
bus eleuet: ⁊ ex quibusdā sese incertā pturbet
nā plerūqȝ ad eterna appetenda se erigit: ⁊
sub ortis cogitationū stimulis agitata sibi-
metipsi cōtradicit. Ca. 13.



Tāvnuz ergo terra mareqȝ
coarctat̄: cū vnā eadēqȝ mē-
A tem ⁊ certitudo solide fidei
roborat ⁊ tū ex aliquantula
mutabilitate pfidie aura du-
bietatis versat. An nō i suo
pectore coarctari terrā mareqȝ cognouerat
qui ⁊ p fidē sperās: ⁊ p infidelitatē fluctu-
Mar.9 ans dicebat: Credo dñe adiuua incredulī-
tatem meaz. Quid itaqȝ est q ⁊ se credere
asserit: ⁊ adiuuari incredulitatē querit: nisi
q coarctari in suis cogitationib⁹ terraz cū
mari deprehendebat: q ⁊ exorare certus iā
p fidem ceperat: ⁊ adhuc incertus vndas
pfidie ex incredulitate tolerabat. Qđ tū
occulta fieri dispensatione pmittit̄: vt cum
mens iam surgere ad rectitudinem ceperit:
prauitatis sue reliquijs impugnetur: quate-
nus hec ipsa impugnatio aut resistentē exer-
ceat: aut delectationibus seductā frangat.
Recte itaqȝ nunc dr̄: Si subuerterit oīa vel i
vnū coarctauerit qs cōtradicet ei vel qs di-
cere ei pōt cur ita facis: qz nimirū diuinum
iudiciū nec aduersitate valet īminui: nec in-
quisitione cognosci: cū vel virtutes quas tri-
buerat subtrahit: vel has oīno nō adimens
vitioȝ cōcuti impugnatione pmittit. Sepe B
nāqȝ in elatione cor attollitur: cū letis suc-
cessibus in virtute robora̅t: sed dū latentes
motus audacie in cogitatione cōditor ꝯspi-
cit: se sibi hoīem ostētiosuz dereliquit vt ei⁹
mens derelicta qd sit inueniat: q̄ male in se
secura gaudebat. Unū cū subuerti oīa vel in
vnū coarctari diceret̄: ptin⁹ addit̄. Ipse
eni nouit hoīum vanitatē: ⁊ vidēs inīqtatē
nōne cōsiderat? Ac si pmissa patefaciēdo
subiūgeret dicēs. Oz tolerando succrescere
vicia cōspicit indicādo dona cōfundit. Re-
ctus vo in discretione ordo seruat̄: cū pri⁹
nosci vanitas ⁊ post cōsiderari inīqtas phi-
betur. Oīs quippe inīqtas vanitas: nō tamē
oīs vanitas esse iniquitas solet: vana nāqȝ
agimus quotiēs transitoria cogitam⁹. Un̄ C
⁊ euanescere dicitur quod repēte ab intuē- Psā.38
tium oculis aufertur: hinc psalmista ait.
Uniuersa vanitas omnis homo viuēs: quo-
niā per hoc q viuendo ad interitum inten-
dit: recte quidē vanitas dicitur: sed neque-
q̄ȝ recte etiam iniquitas appellatur: quia ⁊
si de pena est culpe quod deficit: non tamē
hoc ipsum culpa est quo a vita percurrit.
Uana sunt itaqȝ que transeunt. Unde ⁊ p
Salomonē dicitur. Omnia vanitas. Apte
autem post vanitatem protinus iniquitas
subinfertur: quia per quedam transitoria
ducimur: in quibusdam noxie ligamur: cū-
qȝ mens incōmutabilitatis statum non te-
net: a semetipsa defluens ad vicia prorum-
pit. A vanitate ergo ad iniquitatem labit̄
que assueta rebus mutabilib⁹ dum ex alijs
ad alia semper impellitur subortētibus cul-
pis inquinatur.

Capitulum. 14.

21 Potest tñ & vanitas culpa
intelligi: & iniqtatis noie
reatus grauior demõstra
ri. Si eniz aliquando va-
nitas culpa non esset psa.
nõ diceret. Quãq̃ in ima
gine dei ambulet homo
Ps.38. tamẽ: vane pturbabif. Thesaurizat & igno
rat cui pgregabit ea. q2 q̃uis trinitatis ima
ginem in natura seruemus: vanis tamẽ de-
lectationis motibus perturbati: in conuer-
satione nostra delinquimus: vt modis nos
semp alternantibus cupido concutiat: me-
tus frangat: leticia mulceat: dolor affligat.
Ex vanitate ergo vt superius dictum ẽ ad
iniqtatem ducimur: cũ prius per leuia de-
licta defluim⁹ vt vsu cũcta leuigãte nequa
q̃ post cõmittere ẽt grauiora timeamus.
Nam dũ moderari lingua ociosu ṽba ne
gligit: more inolite remissiõis capta audax
ad noxia prũpit: dũ gule incũbitur: ad le-
uitatis protin⁹ insaniam pditur: cũq̃ mẽs
subigere delectatiũnẽ carnis renuit: plerũ-
q̃ & ad perfidie voraginẽ ruit. Unde bene
Paulus plebis israelitice dãna conspiciẽs
vt iminentia ad auditoribus mala cõpe-
sceret curauit ex ordine transacta narrare
1.Cor.x dicens. Neq̃ idolatre efficiamini: sicut q̃-
Exo.32. dam ex ipsis queãdmodũ scriptũ ẽ. Sedit
B populus mãducare & bibere: & surrexerũt
ludere. Esus q̃ppe potusq̃ ad lusum ipulit
lusus ad idolatriaz traxit: q2 si vanitas cul-
pa nequaq̃ caute cõpescitur: ab iniquita-
te protinus mẽs icauta deuorat̃ Salomo
Ecc.19. ne attestãte q ait: Qui modica spernit pau
latim decidit. Si eni curare parua negligi
mus: insensibiliter seducti audenter etiam
maiora perpetramus. Et notandum q nõ
videri sz considerari iniqtas dr: studiosius
q̃ppe pspicimus que consideram⁹. Deus
itaq̃ hoium vanitatẽ nouit: iniqtatẽ consi
derat: q2 nec minima delicta inulta deserit:
& ad maiora ferienda se intentius accigit.
Quia a leuiorib⁹ malis incipitur & ad gra
uiora peruenitur: vanitas mentẽ obnubi-
lat: iniqtas cecat. Que nimirũ mẽs amis-
so mox lumine tanto se altius per tumorẽ
erigit: q̃to & iniqtatis capta laqueis a ṽi-
tate longius recedit. Uñ & apte quoq̃ quo
vanitas cũ iniqtate pertrahat exprimit, cuz
repente subiungit. Ca. 15.

Uir vanus in superbiã erigi 21
tur. Uanitatis q̃ppe finis ẽ
vt cũ a peccato mentẽ sau-
ciat: hanc ex culpa audacez
reddat: quatenus sui reat⁹
oblita: que amisisse se ino-
centiã non doleat iusto excecata iudicio si-
mul & humilitatẽ perdat. Et fit plerũq̃ vt
prauis desiderijs seruiens a iugo se diuini
timoris excutiat: & quasi in maloꝝ pperra-
tione iã libera nẽ quod voluptas suggerit
iplere contendat. Unde & cum vir van⁹ se
erigere in superbiam dr: ilico subinfertur.
¶ Et quasi pullũ onagri se liberũ natuz pu
tat.) Per pullum q̃ppe onagri: oẽ agresti
um genus exprimitur quod nature demis-
sum motib⁹ loris dñantuz non tenet. Agre
nãq̃ aialia libertate habent: & ire quo ap-
petunt: & quiescere cũ lessantur. Et q̃uis in-
sensatis aialib⁹ homo longe sit melior: hoc
tamẽ plerũq̃ hoi nõ licet quod brutis ani
malib⁹ licet Que cum ad aliud minime ser-
uãtur eoꝝ motus pculdubio nequaq̃ sub
disciplina restringitur. Homo aũt q2 ad se-
quentẽ vitam ducitur: necesse profecto est
vt in cunctis suis motibus sub dispositiõne
discipline religetur: & quasi domesticũ aial-
luris vinctũ seruiat: atq̃ eternis dispositio
nibus restrictũ viuat. Qui ergo iplere cun- B
cta que desiderat per effrenatã libertatem
querit: qd aliud q̃ pullu onagri eẽ similis
concupiscit: Ut discipline hunc lora non te
neant: sz audenter vagus per siluã deside-
rioꝝ currat. Sepe aũt diuia miratio quos
prodire i effrenatõem illicite libertatis cõ-
spicit: obiectione prospere aduersitatis frã
git: quatenus eliſi discãt q̃ reproba erectio
ne tumuerũt: vt iã flagellis expimentis, edo-
miti: quasi iumenta domestica preceptoruz
loris mẽtis colla subijciant: & vite pstitis iti
nera ad nutum presidentis peragant. Qui
bus bñ loris ligatũ se nouerat qui dicebat:
Ut iumentũ factus sum apud te & ego sem
per tecuz. Unde & seuus ille persecutor ab Ps.72.
agro perfide voluptatis ad domuz fidei re-
ductus: rectoris sui calcaribus pũctus au-
diebat. Durũ est tibi contra stimulũ calci- Act.9
trare. Restat ergo vt si esse in similes pullo
onagri volumus: in cunctis que appetim⁹
nutum prius intime dispensatõis exquira-
mus: vt mens nostra in oẽ quod nititur su C

perni regiminis loco teneat: et inde magis
vota sua ad vitã impleat. vnde vite sue stu
dia et contra propriam voluntatẽ calcat: Mul
ta sophar fortia protulit: sed quod meliori se
hec loquitur nescit. Unde adhuc increpando
subiungit. ¶ Tu aũt firmasti cor tuũ et ex
pandisti ad eũ manus tuas. ¶ Firmari cor
nõ hoc loco per virtutẽ dr̃ sed per insensibilita
tem. Quis nãqȝ animus quãdo districtionis intime
consideratione se subijcit: ex eius protinus timo
re mollescit: eũqȝ sagitta diuine formidinis
penetrat. quia infirma viscera per humilitatẽ
gestat. Quisqs aũt pertinacia insensibilitatis
obdurescit: quasi cor firmat ne hoc iacula
timoris superni confodiant. Unde quibusdam
Ezech. 36 per prophetã dñs misericorditer dicit: Tollã
a vobis cor lapideũ: et dabo vobis cor car
neum. Cor quippe lapideum tollit: cum a no
bis superbie duriciam subtrahit: et cor car
neum tribuit cũ eandẽ protinus nostrã du
riciã ad sensibilitatẽ vertit per manus vero
vt iã crebro docuimus: opera designantur.
D Cum culpa igitur manus ad deum expãde
re est contra largitoris grãm eterni de virtu
te operum superbire. Qui enĩ in conspectu diui
ni iudicis loquens sibi bona que facit tri
buit. ad deũ manum superbiẽs tendit. Sic
contra electos reprobi. Sic contra catholi
cos heretici semper effrenantur: vt cuius obiur
gare facta nequeunt bonos reprehendere
de factorum elatione moliantur: quatenus eos
quos redarguere ex infirmitate actiõis nõ
valent ex crimine tumoris accusent. Unde et
ea bona que exterius fiunt nequaqȝ bõa eẽ
iam censent que quasi per studium turgide
cognitatõis exhibentur quia sepe humiliatum
mente increpant: et quod dictis suis semetipsos
feriunt ignorant. Sed quia iustum virũ sophar
hactenus reprehendendo corripuit nunc
vel vt docendo subiungit.

Capitulum. 14.

21 Si iniquitatẽ que est in ma
nu tua abstuleris a te: et nõ
manserit in tabernaculo
tuo iniusticia. tunc leuare
poteris faciẽ tuam absqȝ
macula: et eris stabilis et
non timebis. Omne peccatũ aut sola cogi
tatõe cõmittit: aut cogitatõe simul et opere
perpetrat. Iniquitas ergo in manu ẽ: culpa in
ope. Iniusticia vero in tabernaculo: iniquitas
in mẽte. Mens quippe nostra tabernaculum
non incongrue vocatur: in quo apud nos
metipsos abscõdimur: cum foris in ope non
videmur. Sophar itaqȝ quia iusti viri amicus
est: nouit quid dicat. sed quia iustũ increpat he
reticorum tenẽs speciem proferre recte et que no
uit ignorat. Sed nõ calcãtes hoc quod ab
eo tumide dr̃: pensemus eius verba quã vera
sint si recte dicerentur: Prauis enim a manu B
ab iniquitate subtrahi: et post a tabernaculo
amonet iniusticiam abscidi: quia quisqs iã praua
et a se opera exterius resecat: necesse profe
cto ẽ vt ad semetipsum rediens solerter sese
in mẽtis intentione discernat: ne culpa quã
iam in actione nõ habet: adhuc in cogita
tione perduret. Unde bñ ẽt per Salomonem
dr̃: Prepara foris opus tuũ et diligẽter ex Prov. 24
erce agrũ tuũ: vt postea edifices domũ tuã
Quid nãqȝ est preparato ope agrũ diligen
ter exterius exercere: nisi euulsis iniquitatis sen
tibus: actionẽ nostram ad frugẽ retributio
nis excolere: Et quid est post agri exercitium
ad edificiũ domus redire: nisi quod plerũ
qȝ ex bonis operibus discimus: quãtam vite
mundiciam in cogitatione construamus.
Pene cũcta nãqȝ bona opera ex cogitatiõe C
procedunt. Sed sunt nõnulla cogitatõis acu
mina que ex operatione nascũtur. Nam sicut
ab animo opus sumitur: ita rursus ab ope
animus eruditur. Mens quippe diuini amoris
exordia capiens imperat bona que fiãt. Sed
postqȝ fieri imperata ceperit: ipsis suis exerci
tata actionibus discit: cũ imperarae bona in
choauerat: quãtum minus videbat. Foris ergo
ager excolitur: vt domus postmodũ construa
tur: quia plerũqȝ ab exteriori opere quantam
subtilitatẽ rectitudinis corde teneamus.
Quẽ bene sophar seruare ordinem studu
it cum prius auferre iniquitatẽ a manibus: et
post nõ manere in a tabernaculo iniusticiã
dixit: quia nequaqȝ plene animus in cogitatio
ne erigitur: quãdo adhuc ab eo extrinsecus in
opere erratur. Ca. 17.

Tunc si perfecte duo hec tergi
mus: ad deũ stati sine ma
cula faciẽ leuamus. Interna
quippe facies hoĩs mẽs ẽ: in 21
qua nimirũ recognoscimur
vt ab auctore nostro diliga
mur. Quam. s. faciem leuare est: in deo aniũ
mũ per studiũ orõnis attollere. Sed eleua

tam faciem macula inquinat: si intendentem
mentem reatus sui conscia accusat: quia spei
fiducia protinus frangitur: si intenta preci-
bus nec dum deuicte culpe memoria morde
tur: diffidit namque accipere se posse quod appe
tit: que perfecto rem. in scitur nolle se adhuc
i. Jo. 3. facere quod diuinitus audiuit. Hinc per Joannem
dicitur. Si cor nostrum non reprehenderit nos fidu
ciam habemus apud deum: et quicquid petierimus
Prouer. 28 ab eo accipiemus. Hinc Salomon ait: Qui
auertit aurem suam ne audiat legem oratio eius
erit execrabilis. Cor quippe nos in petitione
reprehendit: cum resistere se preceptis eius quem
postulat meminit et oratio fit execrabilis: cum
a censura auertitur legis: quia dignum profe
cto est ut ab eius beneficiis sit quisque extraneus:
cuius nimirum iussionibus non vult esse subie
B ctus. Qua in re hoc est salubre remedium ut
cum se mens ex memoria culpe reprehendit
hoc prius in oratione defleat quod errauit: quate
nus erroris macula cum fletibus tergitur: in pe-
titione sua cordis facies ab auctore mun-
da videatur. Sed curandum nimis est: ne ad
hoc rursus prorumpat: quod se mundasse fletibus
exultat: ne dum deplorata iterum culpa committi
tur. in conspectu iudicis iusta ipsa etiam lamen-
ta leuigentur. Solerter quippe debemus memi-
Eccl. 7. nisse quod dicitur: Ne iteres verbum in oratione
tua. Quo videlicet dicto vir sapiens nequaquam
nos prohibet sepe veniam petere: sed culpas ite
rare. Ac si aperte dicat. Cum mala gesta de-
fles: nequaquam rursus facies quod in preci-
bus iterum plangas. Ut ergo ad precem facies
sine macula leuetur: ante orationis semper tempora
debet solicite conspici: quicquid potest in oratione re
probari: talemque se mens et cum ab oratione ces-
sat exhibere festinet: qualis apparere iudi
ci in ipso orationis tempore exoptat. Sepe namque im
munda quedam vel illicita in animo versamus
quoties a precibus vacamus. Sed cum se mens
C ad studium orationis erexerit: carum rerum imagi
nes reuerberata patitur quibus libenter prius
ociosa premebatur: et quasi iam faciem anima ad de
um leuare non sufficit: quia in se nimirum inquina-
ta mente maculas pollute cogitationis erube
scit. Sepe curis mundi libenter occupamur:
cumque post hoc studio orationis intendimus: ne
quaquam se mens ad celestia erigit: quia pondus
hanc terrene solicitudinis in profundum mersit
et in prece facies munda non ostenditur quia cogi
tationis infime luto maculatur.

Capitulum. 18.

Nonnunquam vero cor a cun- 21
ctis exutum et illicitis moti
bus etiam cum a prece vacat
optamus. sed tamen quia
nos culpas rarius committi
mus aliena pigrius delicta re
laxamus: et quo peccare noster animus so-
licitius metuit: eo districtius hoc quod in se
ab alio delinquitur abhorrescit. Unde fit ut
inueniatur quisque tardior ad veniam: quo pro
ficiendo factus est cautus ad culpam: et quod
ipse excedere in alterum metuit: hoc quod in se
exceditur puniri durius exigit. Sed hac
doloris macula reperiri deterius potest: qui
in conspectu iudicis charitatem non inquinat sed
necat. Uitam quippe anime quelibet culpa
polluit: seruatus vero contra proximos dolor
occidit: menti namque ut gladius figitur: et mu
crone illius ipsa viscera occulta perforantur.
Qui si a transfixo corde si prius non educi
tur nihil in precibus diuini opis obtinetur: quia
et vulneratis membris imponi salutis medi-
camina nequeunt nisi ferrum a vulnere ante
subtrahatur. Hic est enim quod per semetipsam B
veritas dicit: Nisi remiseritis hominibus pecca
ta eorum nec pater vester qui in celis est remittet Mat. 6.
vobis peccata vestra. Hinc ammonet dicens.
Cum stabitis ad orandum dimittite si quid ha- Ibi. 5
betis aduersus alterum. Hinc rursum ait:
Date et dabitur vobis: dimittite et dimit- Luc. 6
tetur vobis. Hic constitutioni postulationis
conditionem pietatis posuit dicens: Dimit
te nobis debita nostra sicut et nos dimitti- Mat. 6.
mus debitoribus nostris: ut profecto bonum
quod a deo compuncti petimus hoc primum
cum proximo conuersi faciamus. Tunc igi-
tur vere sine macula faciem leuamus: cum
nec nos prohibita mala committimus: nec ea
que in nobis commissa sunt ex proprio zelo reti
nemus. Grauiter namque mens nostra orationis
sue tempore confusione deprimitur. si hanc
aut sua adhuc operatio inquinat. aut alie
ne malicie seruatus dolor accusat. Que duo C
quisque dum terserit: ad ea que subnixa sunt
protinus liber exurgit: Et eris stabilis et
non timebis: quia nimirum tanto minus
ad iudicem trepidat quanto in bonis acti-
bus solidius stat. Timorem quippe supe-
rat: qui stabilitatem seruat: quia dum solici
tus studet peragere quod mansuete condi-

tor impat:securus etiam cogitat quod ter/
ribiliter intentat. Sciendū preterea est: q̄
nōnulla bona sunt ad que indefessi p̄sisti
mus: ꝛ rursum nōnulla sunt: a q̄bus conti
nue deficiētes labimur: atq̄ ad hec magnis
conatibus per interualla tēporū reforma/
mur. Ca. 19.

N actiua etenim vita sine
defectu mens figitur: a con
tēplatiua aūt infirmitatis
A sue pondere victa lassatur
Illa q̄ppe tanto firmi⁹ du/
rat: quāto ad vicia se erga
vtilitatē proximi dilatat: hec tanto celerius
labitur: quāto ꝛ carnis claustra trāsgredi/
ens super semetipsam ire conatur: illa per
plana se dirigit: ꝛ iccirco pedem operis ro/
bustius figit: hec aūt quo super se alta ap/
petit: adeo se citius fessa descēdit. Quod
bene ac breuiter Ezechiel insinuat cū co/
rum que viderat motus animaliū narrat
Ezech.i. dicens: Non reuertebantur cū incederent.
Ac paulopost subiicit adiūgens. Et anima
lia ibant ꝛ reuertebantur. Sancta quippe
animalia aliquādo vadunt ꝛ minime rede
unt. aliquando vadūt ꝛ p̄rius reuertunt:
q2 electoꝝ mentes eoꝝ per collatā sibi acti/
ue vite grām erroris vias deseruntꝛredire
ad mala mundi nesciunt que reliquerunt:
cum vero per contēplationis aciē ꝛ ab hac
se eadem actiua vita suspendūt eunt: ꝛ re
deunt: q2 per hoc quod diu p̄sistere minime i
contēplatione sufficiunt sese iterū ad opa/
tionem fundūt: vt in his que sibi iuxta sūt
se exercendo resoueant: ꝛ super se rursum
surgere contēplando conualescant. Sȝ dū
B hec eadem contēplatio more debito p̄ tem
poꝝ interualla repetitur: indeficienter pro/
euldubio ꝛ in eius soliditate persistitur: q2
ꝛ si infirmitatis sue pondere supata mens
deficiat: hanc tamē iterū continuis conati
bus reparata comprehendit: nec stabilita/
tem suā in ea perdidisse dicenda est. a qua
ꝛ si semper deficit. hanc ꝛ cū perdiderit sem
per inquirit. Sequitur. ⸿ Miserie quoq̄ obliui
sceris: ꝛ quasi aquaꝝ que preterierint non
recordaberis. ⸾ Mala vite p̄ntis tāto du/
riua animus sentit: quanto pensare bonū
quod sequtur negligit: ꝛ q2 non vult quoq̄
premia considerare que restāt: grauia esti/
mat eē que tolerat. Unde ꝛ contra flagelli

ictum cogitatio ceca conqueritur: ꝛ quasi i
finita calamitas creditur que diebus cur/
su labentibus quottidie finitur. Ac si semel
q̄sq̄ ad eterna se erigat: atq̄ in his q̄ incō C
mutabiliter permanent oculum cordis fi/
gat prope nihil eē hic conspicit q̄cq̄d ad fi
nē currit. Presentis vite aduersa tolerat:
sed quasi nihil eē omne quod labitur pen/
sat: Quo enim se iterius gaudiis robusti⁹
inserit: eo minus exterius dolores sentit.
Unde sophar nequaq̄ veritus ausu teme/
rario docere meliorem exhortatur ad iusti/
ciam ꝛ demonstrat q̄ nulla iusti oculis vi/
deatur pena. Ac si apte dicat. Si degustas
gaudiū quod intus permanet. leue fit pro/
tinus omne quod foris dolet. Bene autem
p̄ntis vite miserias aquis preтereūtib⁹ cō/
parat: q2 calamitas transiens electi mētē
nequaq̄ vi concussionis subruit sed tamē
tactu meroris infundit: Tedet q̄dem per
cruorem vulneris: ꝛ q̄ a sue certitudine nō
frangitur salutis. Ca. 20.

Epe aūt non solum flagel
la atterunt: sed vnius cu/ A
iusq̄ iusti aīo malignoꝝ
quoq̄ spūum tentamen/
ta crassantur: vt exterius
ex percussione doleat: ꝛ i/
tus aliquatenus ex tēta/
tione frigescat. Sed nequaq̄ grā deserit: q2
quo nos diuinus ex dispensatione percutit:
eo amplius ꝛ ex pietate custodit: nā cū te/
nebrescere: per tētationē cepit: sese iterum
lux interna succendit. Unde ꝛ subditur.
⸿ Et quasi meridianus fulgor consurget ti
bi ad vesperum. ⸾ Fulgor q̄ppe meridian⁹
in vespere ē: virtutis renouatio in tentatio
ne vt repentino claritatis feruore mens vi/
geat: que iam iāq̄ lumen sibi gratie occu/
buisse formidabat: Cui adhuc sophar sub/
tilius apit: cum subiungit. ⸿ Et cum te con/
sumptū putaueris orieris vt lucifer. ⸾ Se
pe nāq̄ tot tentamēta nos obsident: vt ipsa
nos eoꝝ numerositas pene ad lapsum
desperationis inclinet. Unde plerūq̄ mēs B
in tedium vertitur: vt ipsa virtutis sue dā
na consideret: ꝛ tota dolens quasi iam et a
sensu doloris aliena frangitur: ꝛ enumera
re non valet: quāto cogitationum tumultu
vastatur: ruituram se per momenta conspi
cit eiq̄ ne arma repugnationis arripiat:

gravius merori ipse contradicit: circumductos quolibet oculos obscuritas obsidet: et cum visum tenebre semper impediant: mesta mens nihil aliud quam tenebras videt. Sed apud misericordem iudicem sepe hec ipsa que ad visum quoque orationis aggravat pro nobis subtilius tristicia orat. Nam tunc merroris nostri caliginem conditor conspicit: et subtracti luminis radios refundit: ita ut erecta protinus per dona mens vigeat quam pauloante decertantia vitia superbie calce deprimebant.
C Mox corporis pondus discutit: atque ad contemplationis lumen post turbationis sue tenebras erumpit: mox in gaudio profecta attollitur: que inter temptamenta pe[i]us cadere ex desperatione cogebatur: sine cogitationis certamine presentia despicit: sine dubitationis obstaculo de ventura retributione confidit. Iustus ergo cum se consumptum putaverit ut lucifer oritur: quia mox ut tenebrescere tentationum caligine ceperit: ad lucem gratie reformatur: et in seipso monstrat diem iustitie quo casurus paulo ante timuit noctem culpe. Capitulum. 21.



A Ecce autem lucifero iusti vita comparatur. Solem quippe precurrens lucifer nunciat: et quid nobis sanctorum innocentia nisi sequentis iudicia claritatem clamat? In eorum namque ammiratione conspicimus, quid de maiestate veri luminis estimemus. Nec dum redemptoris nostri presentiam videmus: Sed tamen virtutem illius in electorum suorum moribus ammiramur. Quia igitur bonorum vita in consideratione sua oculis nostris vim veritatis obiicit: clarus ad nos lucifer ante solem venit. Sciendum vero quod hec que ex tentationum spiritualium adversitate discussimus iuxta exteriora quoque mala nil obstat intelligi. Sancti etenim viri quia summa medullitus diligunt: in infimis dura patiuntur: sed in fine gaudii lumen inveniunt: quod habere in hoc spacio percurrentis vite contemnunt. Unde nunc per sophar dicitur Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperum. Peccatoris enim lumen in die eorum securitas in vespere: quia in presentis vite felicitate attollitur: sed adversitatis tenebris in fine
B devoratur. Iusto autem meridianus fulgor ad vesperum surgit: quia contra sibi claritas manet cum iam occumbere ceperit agnoscit: hinc C.3.1.
namque scriptum est: timenti deum bene erit in extremis. Hinc per psalmistam dicitur: Cum Ps.126.
dederit dilectis suis somnum hec est hereditas domini. Qui in huius quoque vite adhuc certamine positus cum se consumptum putaverit ut lucifer oritur: quia foris cadens intus innovatur: et quo magis exterius adversis toleratur: eo verius virtutum lumine interius coruscat: Paulo attestante qui ait. Sed licet 2.Cor 4
is qui foris est noster homo corrumpitur: tamen is qui intus est renovatur de die in diem: id enim quod in presenti est momentaneum et leve tribu-
lationis nostre: supra modum in sublimitate C
eternum glorie pondus operatur in nobis. Et notandum quod nequaquam cum consumptus fueris: sed cum te consumptum putaveris dicit: quia et quod videmus in dubietate est: et quod speramus in certitudine. Unde et eisdem Paulus non se consumptum noverat: sed putabat:
qui et inter adversa tribulationum corruens 1.Cor.6.
ut lucifer resplendebat dicens. Quasi morientes et ecce vivimus: quasi tristes semper autem locupletantes.

Capitulum. 22.



Sciendum quoque est quod bo-
norum mens quo duriora A a
pro veritate toleraverit eo eternitatis premia certius sperat. Unde et apte subditur (Et habebis fiduciam proposita tibi spe.) Tanto namque spes in deum solidior surgit: quanto pro illo quisque graviora pertulerit: quia nequaquam retributionis gaudium de eternitate colligitur: quod non hic prius pia tribulatione seminatur. Hinc etenim per psalmistam dicitur.
Euntes ibant et flebant mittentes semina sua Ps.125.
venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos. Hinc Paulus ait: Si
commorimur et convivemus: si sustinemus et 2.Thi.2.
conregnabimus. Hic discipulos ammonet dicens: Per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum dei. Hinc sanctorum gloriam Act.14.
Ioanni angelus indicans ait: Hii sunt qui venerunt de tribulatione magna et laverunt stolas su-
as et dealbaverunt eas in sanguine agni. Quia Apoc.7.
igitur nunc per tribulationem serit ut post gaudii fructus metatur: tanto maior fiducia mentem roborat quanto hanc fortior pro veritate afflictio angustat. Ubi apte protinus subiungitur (Et defossus securus dormies.) Sicut enim malis pressus

securitas labor est ita bonis psīs labor per-
petuam securitatē parit. Unde ꝛ defossum
2.Thi.4. se securum dormire iam nouerat q dicebat.
B Ego enī iam delibor ꝛ tempus mee resolu
tionis instat: bonū certamen certaui: cursuz
consummaui: fidem seruaui: de reliquo repo
sita mihi est corona iusticie: quam reddet
mihi dominus in illa die iustus iudex. Qui
ꝛ contra multa transeuntia sine defectu cer
tauerat: de mansuris nimirum gaudia sine
dubietate presumebat: q̄uis defossos ꝛ ali-
ter intelligi potest. Sepe rebus nanq transi
torijs occupati pensare negligimus per quan
ta peccamus: sed si reducto considerationis
oculo a sinu cordis terrene cogitatiōis ager
excutitur quicquid in mente latebat inueni
tur. Unde sancti viri animorum suorum la
tebras perscrutari non desinunt sese subtili
ter indagantes terrenarum rerū curas abi
ciunt ꝛ effossis plene cogitationibus cū nul
lo se reatu criminis mordeti deprehendūt:
C velut in strato cordis apud se securi requie
scunt. Latere quoq ab huius mūdi actib⁹
appetunt: semper sua considerantes ꝛ cum
loco regiminis minime constringuntur iu
dicare que aliena sunt recusant. Effossi er
go securi dormiunt: qui dum sua intima vi-
gilanter penetrant: laboriosis se huius mun
di oneribus sub quietis ocio occultant. Un
de ꝛ adhuc subditur. ((Requiesces: ꝛ non
erit qui te exterreat.)) Quisquis enim⁹ pre-
sentem gloriam querit: profecto despectum
metuit: qui semper ad lucra inhiat: semper
videlicet damna formidat. Cuius enim per
ceptiōe reficitur: eius rei procul dubio ꝛ amis
sione sauciatur: ꝛ quo obligatus mirabilib⁹
ac peritturis inheret: eo longe in infimis ab
arce securitatis iacet. At contra quisquis in
solo eternitatis desiderio figitur: nec prospe
ritate attollitur: nec aduersitate quassatur:
dum nihil habet in mundo qd̄ appetat: ni-
hil est qd̄ de mundo pertimescat. Hinc etenim
B Salomon ait: Non contristabit iustum quic
Prou.16. quid ei acciderit. Hinc iterū dicit: Justus
Prou.18. quasi leo confitens absq terrore erit. Bene
itaq nunc dicit: Requiesces ꝛ non erit qui
te exterreat. Quia tanto quisq a se pleni⁹
pauorem qui ex mundo est abijcit: quanto
in semetipso ver⁹ cōcupiscentiam mūdi vi
cit. An non absq terrore qui ex mundo est
Paulus i corde requieuerat q dicebat: Cer

tus sum enim qz neq mors: neq vita: neq āgeli
neq pincipat⁹: neq instātia: neq futura: neq
fortitudo: neq altitudo: neq profūdū: neq
creatura alia poterit nos separare a chari-
tate dei: que est in xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Cuius
videlicet fortitudo charitatis vera sancte ec
clesie voce laudatē cum per canticum canti-
corum dicitur: Ualida est vt mors dilectio.
Uirtuti etenim mortis dilectio comparatur Cā.8.
quia nimirum mentem quā semel ceperit a
delectatione mundi funditus occidit: ꝛ tāto
hanc valentius in auctoritate erigit quanto
ꝛ insensibilem contra terrores reddit.

Capitulum. 25.



Ed inter hec sciendū est q A
praui cū recta p̄dicant val
de difficile ē: vt ad hec qd̄
taciti ambiunt non erūpāt.
Unde ꝛ sophar protin⁹ ad-
iungit. ((Et deprecabuntur
faciem tuam plurimi.)) Neq enim iusti viri
idcirco se per innocentie itinera arcta custo
diunt vt ab alijs exorentur: sed sine heretici
ci seu peruersi quilibet per hoc q inter ho-
mines quasi innocenter viuūt: videri inter
cessores pro hoibus volūt: ꝛ cū secta loquen
tes insinuant qd̄ ipsi appetunt hoc alijs pro
magno pollicentur: dūq celestia predicant:
in suis repente spōsionib⁹ ostēdūt qd̄ amāt
Sz ne diu terrena pollicenda patescant: qd̄
sunt ad verba rectitudinis citius recurrūt.
Unde mox subdit. ((Oculi aūt impiorū de
ficient: ꝛ effugiū peribit ab eis)) Qd̄ oculorū
nomine vis intentionis exprimit: per euan
gelium veritas attestatur dicens: Si ocul⁹
tuus fuerit simplex totuz corpus tuū lucidū
erit: qz videlicet si opatiōem nostrā intentio
munda p̄uenerit: quālibet aliter hoibus vi
deat: interni tn̄ iudicis oculis mundū subse
quētis actionis corp⁹ ostenditur. Oculi ergo B
impiorū intentiōes sunt: in eis carnalituz de
sideriorū q idcirco deficiunt: qz eterna negli-
gunt ꝛ sola semper trāsitoria prestolantur.
Adipisci quippe terrenā gratiam cogitant:
multiplicari reb⁹ tpalibus exoptāt: ad mor
tem quotidie cursu rerum labentium tēdūt
sz cogitare mortalia mortaliter nesciūt Car
nis vita p momēta deficit: ꝛ tn̄ carnale desi-
derium crescit: res habita instanti fine cor-
rumpitur: ꝛ habendi anxietas nō finit. Sed

cũ mora impios subtrahit: eorꝫ profecto desideria cũ vita terminanẽ quorꝫ scilicet ocu li tunc superna vltione deficiũt: q2 hic suo iudicio terrena desicere dlectatiõe noluerunt. Hos illorum oculos a iocunditate pristina
Psa.145. claudi ps. cõspexerat cũ dicebat: In illa die peribũt oẽs cogitationes eorũ q2 ⁊ eterna mala nũq̃ cogitata reperiũt ⁊ subito amittunt bõa tp̃alia q̃ diu tractata tenuerant. A quibus ⁊ eẽ effugiũ perit: q2 eorum malicia ab animaduersiõe districti iudicis quo se velat occultare nõ inuenit: sed cũ impios subtrahit: eorꝫ profecto dñ̃deria cũ vita ter minãtur.
C Nam nunc iniqui cũ tristicia aliq̃ vel aduersa patiuntur: effugiũ latebras inueniant: q2 ad voluptatẽ ꝓtin⁹ desideriorum carnaliũ reccurrũt: ne enim paupertas cruciet: diuitijs animũ demulcent: ne despect⁹ ꝓximorꝫ deprimi sese dignitatibus exaltant si fastidio corpus atterit: appositis epularuꝫ diuersitatibus nutriẽ: si quo anim⁹ mesticie impulsu deijcit mox p̃ interposita iocorum blandimẽta releuat. Tot ergo hic hñt effugia: quot sibi preparant delectamenta: sed quandoq̃ ab eis effugiũ perit: q2 eorꝫ mẽs amissis omnibus se solũmodo ⁊ iudicẽ conspicit. Tũc voluptas subtrahitur: voluptatꝫ causa culpa seruat: ⁊ repente miseri pereundo discunt q2 peritura tenuerũt. Qui tamẽ quousq̃ corporaliter viuunt querere nocitura non desistũt Unde adhuc subditur. ((Et spes illorꝫ abhominatio anime)) Quid h̃ peccator totis cogitationibus sperat: nisi vt potestate ceteros transeat: cunctosq̃ rerũ multiplicitate trãscendat aduersantes dñando subijciat: obsequẽtibus mirãdus innotescat ire ad votũ satisfaciat: benignũ se cũ laudatur ostẽdat: qcquid gula appetit offerat: ad hoc q3 voluptas operis impat expletione cõcurrat. Hñ ergo spes illorũ abhominatio aie diciẽ: q2 ea que carnales ambiunt: spũales quiq̃ iudicio rectitudinis aduersantur: nã qd̃ pctõres voluptatẽ estimant: hoc iusti proculdubio penampatant.

Capitulum. 24.

Job. Ca.12. a Abhominatio est igiẽ aie spes prauorũ: q2 nimirũ spũs deficit vbi caro regescit Ut enim caro mollibus: sic anima duris nutriẽ: illam blanda resouent: hanc aspera exercẽt illa delectationibus pascitur: hec amaritudinib⁹ vegetatur: ⁊ sicut carnẽ dura sauciãt: sic mollia spiritũ necant: sicuti illam laboriosa interimũt: ita hãc delectabilia extiguũt. Spes itaq̃ carnaliũ abhominatio aie dicitur: q2 inde imperpetuũ spiritus interit. Unde ⁊ ad tempus caro suauiter viuit. Sed hec sophar recte diceret: nisi beat⁹ Job cũcta largius etiam viuendo predicasset. At postq̃ sanctiorẽ mõere de vita nitiẽ: doctioremq̃ se erudire sapientie magisterio conatur: ipse qui dictorũ suorꝫ põd⁹ leuigat: q̃ i discretione interposĩ a omne qd loqtur destruit q2 liquorẽ scie pleno vasculo supfundit.
B Sic nãq̃ ab indiscretis opes scie: sicut a stultis sepe opes corpalis sbustantie possidenẽ. Nõnulli enim q̃ rerũ terrenarũ multiplicitate subniti sunt aliqñ multa ⁊ dñtib⁹ tribuũt: vt ipsi hoc cunctis largius habere videantur Ita puerñ cũ vera sapiũt: recta qdam ẽt rectoribus loquunẽ: non vt alios audiẽtes doceant: sed vt ipsi q̃tra doctrina polleant innotescant: preire se quippe sapiẽtia cũctos estimãt: ⁊ idcirco nihil se cuilibet dicere: vltra mẽsuras sue magnitudinis putant. Sic praui glibet sic omnes heretici superba voce meliores docere non metuũt: quia omnes se inferiores arbitrantur.

Capitulum. 25.

A Sed sancta ecclĩa elatos q̃sq̃ ab estimationis sue culmine reuocat: ⁊ discretionis manu ad eqitatis cõpagem reformat. Unde beatus Job qui eiusdẽ sancte ecclesie mẽbrorum est. videns q̃ amicorum mens per verba prolate eruditiõis intumuit: ilico respõdit dicens: ((Ergo vos estis soli homines ⁊ vob: scũ orieẽ sapientia.)) Quiquis se preire omnes rõne existimat: quid iste aliud q̃ solum se esse hominem exultat. Et sepe contingit vt cum per tumorem mens in altum ducitur: in despectu omnium sui admiratione subleuetur. In cogitatione etenim proprĩ fauores oriuntur: sibiq̃ de singularitate sapientie blãdiuntur: ipsa fatuitas pensat ea que audierit ac verba que profert ⁊ miratur sua: ⁊ ridet aliena. Qui ergo soluꝫ se sapere estimat: quid aliud q̃ hanc eandem se
B cum oriri sapientiaꝫ putat. Nã quia adesse
C. XII.

aliqa abstulit: soli sibi hanc tribuens: profecto
intra tempora sue breuitatis claudit. Pen-
sandum vero est vir sanctus quāta discre-
tione vtitur: vt amicorum superbientiū ar-
rogantia comprimatur: cum protinus adiū-
git. Et mihi est cor sicut et vobis nec infe-
rior vestri sum. Quis enim nesciat: quātū
beati Job vita atqȝ scientia amicorum eius
sciam excedat? Sed vt eorū superbiam cor-
rigat: esse se inferiorem negat: et ne sue hu-
militatis limitē transeat: esse superiorem tacet:
nec preferendo se sed conferendo: indicat quod
de se hij qui sibi longe sunt impares distant: vt
dum sponte inflectitur sapiētia que eminet:
nequaqȝ cōtra se virea erigat sciētia que ia-
cet. Quos bene mox ad equalitatis sensum
reuocat: quia tumere valde quasi de singulari-
tate magnitudinis pensat: cū subsequenter
adiungit. Quis enim hec que noscis igno-
rat? Ac si aperte dicat: cū cunctis sint no-
ta que dicitis: de dictorū scientia singulari-
ter cur tumetis? Quia igitur elationem arro-
gantium ad equalitatis communionem re-
uocans correptione perfecta redarguit: ad
doctrine nunc sententias erumpit: vt amici
eius humilitati prius discerent veritatis pō-
dera: que reuerenter audirent. Sequitur.

Capitulum. 26.



A Qui deridetur ab amico suo
sicut ego inuocabit deum et
exaudiet eum. Sepe enim
infirma mens cum de bōis
actibus aurā humanī fauo-
ris excipitur: ad gaudia ex-
teriora deriuatur: vt postponat quod intus
appetit: et in hoc libenter resoluta iaceat quod
foris audit: ita vt beatum non tam fieri quam
dici se gaudeat: cumqȝ laudis sue vocibus in-
hiat: quod esse ceperat reliquit. Inde ergo
deo disiungitur. Unde in deo laudanda vi-
debatur. Nonnunqȝ vero recto operi animus
constanter innititur: et tamen humanis irri-
sionibus vrgetur: miranda agit et opprobria
recipit: et qui exire foras per laudes potuit:
repulsus contumelijs ad semetipsum redit
a eo seipsum intus robustius in deo solidat
B quo foris non inuenit: quo requiescat. Tota
enim spes in auctore: et inter irrisionum con-
tumelias solus interior testis imploratur: atqȝ
afflicti animus fit deo tanto proximus: quanto
et a gratia humani fauoris alienus: in prece
protinus funditur. et pressus exterius ad pe-
netranda que intus sunt mundius liquatur.
Bene itaqȝ nunc dicitur. Qui deridetur ab
amico suo sicut ego: inuocabit deum et exau-
diet eum: quia bonorum menti dum praui
exprobrant: ostendunt quem suorum actuum
testē querant. Que dum compuncta sese in
precibus accigit: inde intra se superne exau-
ditioni iungitur: vnde extra se ab humana
laude separatur.

Capitulum 27.



Notandū vero qȝ prouide
interponitur sicut ego: quia A
sunt nōnulli quos et huma-
ne irrisiones deprimūt: et ta-
men diuinis auribus exau-
dibiles non sunt. Nam cum
desiderio contra culpam nascitur: profecto
nullum virtutis meritum in derisione gene-
ratur. Baal etenim sacerdotes clamosis hūc
vocibus implorantes: derisi ab helia fuerāt
cum dicebat: Clamate voce maiori. deus n.
est: et forsitan loquitur: aut ē in diuersorio: Sed 3. Re. 18.
hec eius irrisio ad virtutis vsum nō fuit: quia
per culpe meritum venit. Proinde ergo nūc
dicitur: Qui deridetur ab amico suo sicut
ego inuocabit deum: et exaudiet eum. Quia
illum facit humana derisio deo proximum:
quē ab humanis prauitatibus vite innocen-
tia seruat alienum. Sequitur. Deridetur
enim iusti simplicitas. Huius mūdi sapiē-
tia est: cor machinationibus tegere: sensum
verbis velare: que falsa sunt vera ostendere
que vera sunt: falsa demonstrare. Hec nimi-
rum prudentia vsu a iuuenibus scitur: hec B
a pueris precio discitur: hanc qui sciunt: cete-
ros despiciendo superbiunt: hanc qui nesciūt
subiecti et timidi in alijs mirantur: quia ab eis
hec eadem duplicitas iniquitatis nōmine
palliata diligitur dum mentis peruersitas vr-
banitas vocatur: hec sibi obsequentibus pre-
cipit honorū culmina querere: adepta tem-
poralis glorie vanitate gaudere: irrogata ab
alijs mala multiplicius reddere: cum vires
suppetunt: nullis resistentibus cedere: cum
virtutis possibilitas deest: quicquid explere per
maliciam non valet: hoc in pacifica bonita-
te simulare. At contra sapientia iustorum ē
nil per ostēsionē fingere: sensum verbis ape-
rire: vera vt sunt diligere: falsa deuitare: bo-
na gratis exhibere: mala libentius tolerare

q̃ facere: nullis tam iniurie vltionem q̃rere: pro veritate contumeliam lucrū putare. Sz hec iustorū simplicitas deridet: q2 ab hui⁹ mundi sapientibus: puritatis virtus fatuitas credit. Omne enim quod innocēter agitur: ab eis proculdubio stultum putatur: et q̃cq̃d in opere veritas approbat: carnali sapiē fatuū sonat. Quid nanq3 stultius videtur mūdo: q̃ mentē v̄bis ostendere: nil callida machinatione simulare: nullas iniurijs cōtumelias reddere: pro maledicētibus orare: paupertatē querere: possessa relinquere:
C rapienti non resistere: percutienti alterā maxillam prebere. Unde bene huius mūdi dilectoribus ille egregius dei sapiens dicit:
Exo.8. Abhominationes egyptiorū immolabim⁹ deo nr̃o. Oues quippe egiptij edere dedignātur: sed qd̃ abominantur egyptij: hoc israelite deo offerunt: q2 simplicitatem conscientie quam iniusti quiq3 velut infimā abiectāq3 despiciunt: hanc iusti in virtutis sacrificium vertunt: et excollentes recti puritatē ac mansuetudinem deo imolāt: quam abominātes reprobi fatuitatem putant. Que nimirū iusti simplicitas breuiter: sed sufficienter exprimitur: cum protinus subinfertur. Lampas cōtempta apud cogitationes diuitum.

Capitulum 28.



Uid hoc loco significat nomine diuitū: nisi elatio superborū: q̃ venturi iudicis respectū nō h̃nt: dū superbis apud se cogitationibus tument? Nam sunt nonnulli quos census per tumorem non eleuat: sed per misericordie opera exaltat: et sunt nonnulli qui dum terrenis se opibus abundare cōspiciunt: veras dei diuitias non requirunt: atq3 eternam patriā non amant: q2 hoc sibi sufficere q̃ rebus t̄palib⁹ fulciunt putāt. Non est ergo census in crimine: sed affectus. Cūcta enī que deus cōdidit bona sunt: sed qui bonis male vtit: profecto agit: vt quasi per edacitatis ingluuiem: eo quo viuere debuit pane moriat. Paup ad requiē Lazar⁹ venerat. superbū vero diuitē tormenta cruciabant: sed tū diuites Abraam fuerat: qui in sinu Lazarum tenebat: qui tū auctori suo colloquēs dicit: Loquar ad dn̄m deū meū: cū sim puluis et cinis. Quid itaq3 iste diuitias suas estimare nouerat: q̃ semetip̄m puluerē cineremq3 p̄sabat. Aut q̃ hūc res possesse

B extollerent qui de suo quoq3 carū videlicet possessore tam abiecta sentiret. Atq3 iterū sunt nonnulli quibus et res terrene nō suppetunt. et tamen apud se per fastū tumoris eriguntur: hos et census ad ostensionē potētie minime subuehit. et tamen morum proteruia inter reprobos diuites adijcit. Quoscunq3 ergo sequentis vite amor non humiliat: hoc in loco sacer sermo diuites appellat: q2 in iudicij quoq3 vltione non discrepant: vtrū rebus an solis moribus intumescant. Qui cum vitam simpliciū in hoc mūdo humilē abiectāq3 conspiciunt: elati protinus despectibus irrident: nequaq̃ qd̃ ipsi totis conatibus anhelant. Quasi stultas ergo despiciunt: qui scilicet ea non habent: q̃ ipsi vtiq3 vel habēdo vel solummodo amando moriuntur. et quasi mortuos deputant: quos nequaq̃ secū viuere carnaliter p̄sant: qui enī ab hui⁹ mūdi appetitu morit a terrenis mētibus p̄fecto omnimodo extinctus estimat. Quod bene nostri miraculū redēptoris signat cū ab immundo spiritu hominem libe
C Luc.16. rat; de quo nimirū scriptum est: Clamans et multum discerpens eum abijt ab eo: et fact⁹ est sicut mortuus ita vt multi dicerēt: quia mortuus est: iesus autem tenēs manum ei⁹ eleuauit eū: et surrexit. Uelut mortuus quippe ostendit: q̃ a maligni sp̄us potestate liberatur: q2 q̃squis iā terrēa desideria subijcit: vitam in se carnalis conuersationis extinguit: et mundo mortuus apparet: q2 possessore prauo q̃ p immunda desideria se agitabat caret. Quē multi mortuū dicūt. q2 qui spiritualiter viuere nesciunt: eū qui carnalia bona non sequitur extinctum funditus arbitrantur

Capitulum. 29.



Ed q2 ipsi quoq3 derisores simpliciū xp̄ianitatis nomine censentur: reuerentia religionis pressi exhibere malum publice irrisionis erubescūt: vn̄ fit: vt apud se intra
A mīdi tacētesq3 derideāt quos abiectos valde: atq3 infimos per simplicitatē putāt. Bn̄ ergo dr̄: Lampas cōtēpta apud cogitationes diuitū: q2 supbi quiq3 dū pensare bona sequētia: vt supius diximus nesciunt: pene nihil estimant quē non vidēt habere quod amant. Sepe nanq3 contingit: vt elect⁹ q̃sq3

qui ad eternã felicitatẽ ducitur: cõtinua hic
aduersitate deprimat: non hunc rerum abun
dantia fulciat. non dignitatũ gloria honora
bilẽ ostẽdat: nulla ei obsequentium freqntia
suppetat: nulla hunc humanis oculis vestiũ
pompa cõponat: a cũctis vero despectabilis
cernit: ⁊ huius mũdi gr̃a indign⁹ estimat:
sed tamẽ an̄ occulti iudicis oculos virtuti-
bus emicat: vite meritis choruscat; honora
ri metuit: despici nõ refugit: corpus cõtinen
tia afficit; sola i animo dilectiõe pinguescit:
mẽtẽ semper ad patientiam preparat ⁊ ere
ctus pro iusticia d perceptis contumelijs ex
ultat: afflictis ex corde compatit: de bonoꝝ
ꝓsperitatibus: q̄si de ꝓprijs letat: sacri ver-
bi pabula i mente solicit⁹ ruminat: ⁊ inquisi
B tus qolibet eloqui dupliciter ignorat. Bene
itaq; iusti simplicitas: ⁊ lãpas eẽ dicit ⁊ cõ-
tẽpta: lampas q2 interi⁹ lucet; ⁊ cõtẽpta: q2
exterius nõ lucet. intus ardet flamma cha-
ritatis: foris nulla gloria respondet decoris.
Lucet ergo ⁊ despicit: qui flagrans virtuti-
bus abiectus estimat. Mentes quippe car
1. Re.16. nalium pensare bona non valent: nisi q̄ car
naliter vidẽt. Hinc ẽ q Dauit sem̄ pater ip
se desperat: quẽ ꝓphete samuel oculis p̄si
tari recusabat q ad vnctionis gratiã dum
septẽ filios eduxisset: a ꝓpheta requisitus an
numerum sobolis explesset: cum magna
desperatione respondit. Est puer paruulus
q pascit oues: Quo deducto ⁊ electo proti-
nus audiuit. Homo videt in facie deus au
tem intuetur cor. Lampas ergo Dauid per
innocentiam fuerat; sed tñ valde contẽpta
q2 exteriora cernẽtibus nõ lucebat. Sciẽdũ
vero est q iustus quisq; aut tpalem gloriã
non habet aut hanc sub semetipso frangit
si habet: vt honori suo liber emineat: ne ⁊ vl
eius delectatione succũbat. Hinc enim ẽ q
ille predicator egregius ante humanos ocu
los appellatus sui gloriam humiliauerat q
Thes.2. dicebat. Non vñ sumus hac potestate cum
C possimus oneri esse vt xp̄i apostoli; sed facti
sumus paruuli i medio vr̃m. Eius vero au-
ditoribus nimirũ tamor diuitum adhuc in
corde remanserat: que mandauerat nesciũt
2. Cor. 10 qd facerẽt cũ dicebant. Epistole graues sũt
⁊ fortes: p̄ntia aũt corpis infirma: ⁊ smo cõ
temptibilis Quẽ enim talia dicere posse co
gnouerãt: secũ cõmuniter viuere non posse
iudicabant. Cunq; eum ⁊ humilem viuẽdo

cernerẽt; ⁊ altũ sermone pensarent: sua eo ꝥ
elatio cõpulit: vt quẽ per scripta timuerãt;
per p̄ntie ṽba despicerent. Quid igit Paul⁹
nisi cõtẽpta lampas apud cogitationes di-
uitũ fuit: q2 vnde magisterium humilitatis
exhibuit: inde a rudibus discipulis superbie
cõtumelias recepit. Horrendo etenĩ modo A
languor supbientium vnde detumescere de
buit excreuit: dũ mens elata carnaliũ hoc
quasi dedignabile expulit: qd magister imi
tabile ostendit. An contempta lampas nõ
erat: qui tot virtutibus emicans tanta a ꝑ-
secutoribus aduersa tolerabat. Ligatione i
catena fungit: eiusq; vincula i omni ꝑtorio
manifestant: virgis ceditur multisq; ex gene
re: ex gentibus periculis vrget. lapidibus li
stris tundit: pedibus extra vrbẽ trahit: q2
extinctus estimat. Sed vsquequo lãpas ista
contẽnit: vsquequo despicabilis habetur:
Nunqd non fulgorẽ suũ nullatenus exerit
⁊ n̄ aliquã quãta claritate candeat ostẽdat:
Ostendit plane: Nã cũ lampas contempta
apud cogitationes diuitum diceret: protin⁹
additur. ((Parata ad tẽpus statutũ.)) Sta
tutũ quippe contẽpte lampadis tempus ẽ:
extremi iudicij predestinatus dies: quo iust⁹
quisq; q nũc despicitur: quãta pietate fulge
at demonstratur. Capitulum. 30.

Tunc enim cuz deo iudices A
veniant: qui nũc pro deo iu
ste iudicant: tunc eorum lux
tanto latius emicat: quanto
eos nunc manus persequẽ-
tiũ durius angustat: tunc re-
proborũ oculis patescet: q celesti potestate
subnixi sunt: q terrena oia sponte reliqrunt
Unde electis ṽitas dicit. Uos q secuti estis
me i regeneratione cũ sederit filius hoīs i se
de maiestatis sue sedebitis ⁊ vos super duo
decam sedes: iudicantes duodecim trib⁹ isra
el. Neq; enim plusq; duodecim iudices illa
interni consessus curia non habebit. Sed ni
mirum duodenario numero quantitas vni-
uersitatis exprimit. quia qsquis stimulo di-
uini amoris excitatus hic possessa reliquue-
rit illic ꝓculdubio culmẽ iudiciarie potesta
tis obtinebit: vt simul tunc iudex cum iudice
veniat: q nunc cõsideratiõe iudicij sese spõ
tanea paupertate castigat. Hinc ẽ enim qd
de sancte ecclesie sponso per salomonem dr̃.
Nobilis in portis vir eius: quando sederit Prouer.31

cum senatoribus terre. Hinc Esaias ait: Do
Esa. 3. minus ad iudicium veniet: cū senatorib⁹ po
puli sui. Hinc eosdem seniores veritas non
B tam famulos: sed amicos denuntiat dicēs:
Jo. 15. Non iā3 dicā vos seruos: sed amicos meos:
Quos nimirū psalmista intuens ait: Mihi
Ps. 138. autem nimis honorati sunt amici tui deus.
Quorū dū3 celsitudinē cordis aspiceret mū
di gloriam qua calce calcarēt: protin⁹ addi
dit. Nimis confortatus ē pncipatus eorū.
Ac ne paucos esse crederemus quos profi
cere vsq3 ad summā tāte pfectionis agnosci
mus illico adiunxit. Dinumerabo eos: & su
per arenam multiplicant. Quot itaq3 nunc
pro amore veritatis sese libenter humiliāt:
tot tūc in iudicio lampades choruscant. Di
C citur igitur recte. Lampas contempta apō
cogitationes diuitum para ad tempus sta
tutū. Quia vniuscuiusq3 iusti anima velut
abiecta contemnitur cum degens inferius
gloriam non habet: sed ammirabilis cerni
tur: dum desuper fulget. Libet inter hec ad
redemptoris vias mentis oculos tollere: sen
sumq3 a membris ad caput perducere. Ipse
enim nobis lampas veraciter extitit, qui p
Jo. 1. redemptione nostra in cruce moriens tene
brosis nostris mentibus lucē per lignum fu
dit. Hac nos lampade Joannes illuminari
conspexerat cū dicebat. Erat lux vera: que
illuminat om͂em hōiē3 &c. Quā tamē apud co
Ibi. 5. gitationes diuitū contemptā vidit: cū pau
lopost subdit: In ppria venit. & sui eū3 nō
receperunt. Hui⁹ lampadis flammas hero
Luc. 23 des explorare voluit: cum eius miracula vi
dere concupiuit: sicut scriptum est: Erat eni3
ex multo tpe cupiens videre eum: eo q3 au
B disset multa de illo: & sperabat signum ali
quod videre ab eo fieri. Sed lampas hec
ante eius oculos nullo radio lucis emicuit
quia qui se nō pie: sed curiose quesierat: ni
hil de se mirabile ostendit. Inquisitus quip
pe redemptor tacuit: expectatus miracula
exhibere contempsit: s3 seq3 apud se in occul
tis retinens: eos quos exteriora querere cō
perit: ingratos foris reliquit. Magis eligēs
aperte a superbientibus despici: q3 a nō cre
dentibus vacua voce laudari. Unde & pro
tinus lampas ista contempta ē: sicut illic sub
ditur: Spreuit autem illum Herodes cum
exercitu suo: & illusit indutum veste alba.

Capitulum. xi.



Sed contempta lampas A
que in terra irrisiones
tolerat: de celo lucidius
per iudicium choruscat.
Unde hic apte subiungi
tur: Parata ad temp⁹
statutum. De quo vide
licet tempore p psalmi
stam dicitur: Cum accepero tempus: ego iu Ps. 74
sticias iudicabo. Hinc in euangelio per se
metipsam veritas denunciat dicens: Tem
pus meum nondum aduenit. Hinc Petrus
ait: Quē oportet celū qdē suscipere: vsq3 ad
tempora restitutionis. Lampas ergo q̄ nūc Jo. 7.
contemnitur: ad statutum tempus ventura
preparatur. Quia ipse peccata i die vltimo
iudicat: qui nūc peccantium derisiones por
tat. Et tanto durius districtionē exerit: quā
to nunc vocandis peccatoribus: suam leni⁹
patientiam sternit. Qui enim diu conuertē
dos expectat: non conuersos sine retractiōe
cruciat. Quod per prophetam scilicet breui B
ter insinuat dicens: Tacui: semper silui: pa
tiens fui: sicut parturiens loquar. Ut enim Esa. 42.
iam prediximus: parturiens cu3 dolore eicit
hoc quod in intimis tempore longo gesta
uit. Qui ergo semper siluit: sicut parturiens
loquitur: quia venturus iudex: qui sine vl
tione diu facta hominum pertulit: quandoq3
cum feruore examinis: quasi cu3 dolore mē
tis quāte animaduersionis sententiam int⁹
seruauerit ostendit. Nemo igitur hanc lam
padem cum latet despiciat: ne cōtemptores
suos cum de celo fulserit: exurat. Qui enim C
nunc non ardet ad veniam: tunc proculdu
bio ardebit ad penam. Quia ergo per su
pernam gratiam vocationis tempus accipi
mus: dum adhuc licentia superest: eius iram
qui vbiq3 est mores in melius commutan
do fugiamus. Solum quippe animaduersio
illa non inuenit: quem correctio abscondit.
Hec nos largiente domino in duobus iam
corporibus transcurrisse sufficiat. Qui eni3
Mat. 5. Uideant vestra bona opera: et glorificent patrem vestrum qui est in celis. Qui igitur intentionem suam per opera insinuat: animam suam in manibus portat. Sed cum iustus quisque: nec se diiudicando: nec bona opera ostendendo vtilitati proximorum proficit: per hoc quod egerit ad verba doloris redit. Unde nunc recte dicitur. Quare lacero carnes meas dentibus meis: et animam meam porto in manibus meis. idest cur me vel districte coram hominibus diiudico: vel quid appetã in opere ostendo: si vtilitati proximorũ: nec mala diiudicando: nec bona ostendendo proficio. Sed tamen iusti etiam cum hec dicũt: nunquam a prebendo proximis bono exemplo deficiunt.

B. Unde adhuc coram amicis suis beatus Job virtutem patientie exhibens et ostendens ait. Etiam si occiderit me: in ipso sperabo. Nunquã est patientie virtus in prosperis. Ille autem vere est patiens: qui et aduersis atteritur: et tamen ab spei sue rectitudine non incuruatur.

Ps. 48. De reprobo namque sensu scriptum est. Confitebitur tibi dum benefeceris ei. In hoc itaque mens iusta ab iniusta discernitur: quod omnipotentis dei laudem et inter aduersa confitetur quod non cum rebus frangitur: non cum casu glorie exterioris cadit. Sed in hoc magis qualis cum rebus fuerit demõstrat: que et sine rebus robustius stat. Uerumtamen vias meas in conspectu eius arguã: et ipse erit saluator meus. Cum paulus apostolus dicat.

1. Cor. xi. Si nosmetipsos diiudicaremus non vtique diiudicaremur: eo tunc dominus saluator inuenitur: quo nunc pro timore dei peccatũ nostrum a nobismetipsis redarguitur.

Unde electi quiq3 culpis suis nunq3 sciunt
parcere. vt possint culparum iudicem pla-
catũ inuenire. Et vere eum postmodũ inue
nire saluatorẽ credunt: quẽ districte modo
iudicem metuunt. Nã qui sibi nunc in cul-
pa parcit: ei postmodũ i pena nõ parcitur.
Dicat ergo. Uerũtamen vias in conspectu
eius arguam: que ꝟo vtilitas de hac argui
tione sequaꝛ adiungat. Et ipse erit salua-
toꝛ meus. Seqtur. ❡ Non enĩ veniet i con-
spectu eius oĩs hypocrita. ❡ Cum constet ꝙ
iudex veniẽs: agnos ad dexterã: hedos ꝟo
ad sinistrã ponat qua nunc rõne dicitur: in
cõspectu eius hypocritam nõ esse venturũ:
Qui scilz si inter hedos erit: ad sinistrã iudi
cis apparebit. Ca. 20.

A Sed sciendũ est: ꝙ duob⁹
modis in cõspectu dñi ve
nimus: vno qdez quo hic
peccata nostra subtiliter
ppendentes: in eius nos
cõspectu ponimus: ꝛ flen-
do diiudicamus. Nã quo
tiens cõditoris nostri potentiã ad sensum
reducimus: totiens in conspectu illius sta-
3.Re.17. mus. Unde recte per virũ dei Heliam dici-
tur. Uiuit dñs deus israel; in cuius conspe
ctu sto. Alio quoq3 modo in cõspectu domi-
ni venimus: cũ in extremo iudicio ante tri-
bunal eius assistimus. Hypocrita igitur ꝑ
examen vltimũ ante ꝯspectũ iudicis venit.
Sed qꝛ modo culpas suas considerare ac
deflere dissimulat: in cõspectu venire domi
ni recusat. Sicut enim iusti viri cum distri-
ctionẽ venturi iudicis contemplanꝛ: pecca-
ta sua ad memoriam reducũt: deflent que
cõmiserunt: districte se iudicant: ne iudicen
tur: ita hypocrite quo exterius hominibus
placent: eo se interius aspicere negligũt: to
tos q3 se in ꝟbis ꝓximoꝝ fundũt ꝛ sanctos
B se esse estimant: qꝛ sic se haberi ab hoibus
pensant. Cũq3 mentem per ꝟba sue laudis
sparserint: nunq3 hanc ad cognitionẽ redu
cunt culpe nunq3 cõsiderant: vbi internum
iudicem offendant: nihil de eius districtiõe
metuunt: qꝛ sic se placuisse ei sicut homini-
bus credunt. Qui si terrorẽ eius ad mentẽ
reducerent: hoc ipm qđ in mala intentione
posita placent hominib⁹ plus timerent. Re-
cte itaq3 dicitur: nõ enim veniet in cõspectu
eius oĩs hypocrita: qꝛ districtionez dei ante

oculos nõ ponit: du3 placere humanis ocu-
lis cõcupiscit. Qui si mentẽ suam discutiẽs
semetipm in cõspectu dei poneret profecto
iam hypocrita non esset. Seqtur. ❡ Audite
sermonẽ meũ: ꝛ enigmata ꝑcipite a patrib⁹
vestris. ❡ Per hoc qđ enigmata nominat:
figuratas se habere locutiones demõstrat.
Unde apte quoq3 voce fidelis populi sub-
ditur. ❡ Si fuero iudicatus: scio qꝛ iustus i-
ueniar. ❡ Qđ ab eisdẽ etiã beati Job per
sona nõ discrepat: qñ hoc ipse foras de se-
ipso loqtur: qđ de illo veritas hosti eius in-
terius dixerat. Uidisti seruu3 meũ Job: ꝙ Job.1.
nõ sit similis ei sup terrã: Et qdem isdem
vir valde est inferius qđ de se memorat: ꝙ
qđ de illo dñs dixit. Aliud ẽ enim iustũ esse
aliud est ei similẽ non esse. Humiliter igitur
de semetipso sensit: qui du3 iustus sine com-
paratione extitit nõ se pre ceteris: sed iustũ
tñmodo inueniri posse memorauit.
Capitulum. 21.

H Oc tñ in ei⁹ verbis videꝛ A
habere q̃stionis: qđ qꝛ su-
perius dixit. Uias meas i
cõspectu eius arguã: ꝛ in-
ferius dicit. Cõsumere me
vis peccatis adolescentie
mee: ꝛ peccata sua subtili
ter agnoscens adhuc longe inferius adiun
git. Signasti quasi in sacculo delicta mea:
nunc ait. Si fuero iudicatus scio qꝛ iustus
inueniar. Neq3 eni3 simul cõuenire queunt
peccata ꝛ iusticia. Sed sanctus vir sibi ini-
quitatẽ tribuens: ꝛ oĩpotenti dño purgatio
nẽ suã: ꝛ peccatorem se cognoscit ex se: ꝛ iu
stum se factũ nõ ignorat ex munere. Qui in
recto quoq3 ope positus ex abundãti gratia
meruit flagella sustinere: iamq3 se in iudicio
iustũ inuenire gaudet: qꝛ ante iudiciũ ꝑcussũ
videt. Unñ ꝛ cu3 longe post dicat. Signasti
quasi i sacculo delicta mea: statim subdit.
Sed curasti iniqtatem meã. Qui ergo iustũ
inuenire se i iudicio memorat: nequaq3 se in-
iuste flagellatũ negat: quãuis in flagello eius
dñs nõ peccata studuit tergere: sed merita
augere. Seqtur. ❡ Quis est q iudicetur me-
cum veniat. ❡ Sancti viri ita se in opibus B
suis deo auctore custodiunt vt oĩno vñ ac-
cusentur exterius non inueniãtur: interi⁹ ꝟo
i cogitationib⁹ suis tãta se cautela circũspi
ciunt: vt si fieri valeat semp irreprehensibi-

les interni iudicis oculis assistant. Sz quã-
tum agere possunt: ne exterius labantur i
opere: tãtum interius agere nequaq̃ pos-
sunt: vt neq̃ q̃ labantur in cogitatione.
Humana eni conscientia corpso quo ab in
timis cecidit: semper in lubrico est. Vñ fit
vt etiam sancti viri frequenter labantur in
corde. Beatus ergo Job tam voce sua: q̃
ex voce electorum loquens dicat: Quis est
q iudicetur mecum veniat. Quia enim in
exterioribus actibus vnde reprehendatur
non habet: libere accusatorem querit. Qz
vero etiam iustoz corda semetipsa nõnun
q̃ de stulta cogitatione reprehendunt: pro
pter hoc fortasse subditur. ((Quare tacens
ɔsumor.)) Tacens enim ɔsumit: q de stul-
ta se cogitatione reprehendẽs apud semet-
ipsũ dente conscientie mordetur: Ac si ap
te dicat: Si viri vt accusatorem exteri⁹ nul-
lum timerem: vtinã sic vixissem: vt intra me
ipsum accusatricem ɔscientiam non habe-
rem. Tacens eni consumitur: q intus in se
inuenit vnde vratur. Seqtur. ((Duo tan-
tũ ne facias mihi: ⁊ tunc a facie tua nõ abs
condar.)) Hoc loco qd dei faciem: nisi aiad
uersionem debemus accipere: In qua dnz
peccata respicit punit. A qua videlicet nul
lus etiam iustus absconditur: si duo q̃ po-
stulat: nõ amouantur: de qbus subdit.

Capitulum. 22.



Anum tuã longe fac a me
⁊ formido tua nõ me ter-
reat.)) In qbus videlicet
A duobus qd aliud per pro-
phetie vocem: q̃ tempus
grẽ ⁊ redemptiõis insinuat.
Lex nãq; sub percussione
vltionis populum tenuit: vt qsqs sub illa
peccaret: ptin⁹ morte puniretur: nec plebs
israelitica ex amore dño: sz ex timore buie-
bat. Nunc q̃ do implen iustitia per timorẽ
i.Jo.4 põt: qz iuxta Joannis vocem: perfecta cha
ritas foras mittit timorem. Paulus ado-
Ro.8. ptionis filios ɔsolatur dicens: Nõ accepi-
stis spũm seruitutis iterum in timore: sz ac
cepistis spũm adoptionis filioz: in quo cla
mam⁹ abba pater. Ex voce igit̃ generis hu
mani legalis percussionis duriciam trãsire
ɔcupiscẽs: atq; a formidie peruenire ad di-
lectionem appetẽs que duo a se oipotens
deus longe faciat exorat dicẽs. Manũ tu-
am longe fac a me: ⁊ fortitudo tua nõ me
terreat. i. percussionis duriciam remoue: for
midinis pondus tolle: sed ⁊ irradiãte gra-
tia dilectõis spũm securitatis infunde: q si
longe a percussione ⁊ formidine nõ fuero:
scio qz a districtõe tui examinis nõ abscon-
dar: qm in conspectu tuo iustus eẽ non va
leo: q tibi nõ per dilectionẽ: sed per formidi
nem seruio. Unde ⁊ ipsam cõditoris sui pre B
sentiam: quasi familiariter ac corporaliter
querit: vt per hanc ⁊ audiat quod ignorat:
⁊ i hac audiatur que nouit. Nã ptin⁹ adiũ
git. ((Voca me: ⁊ respondebo tibi: aut certe
loquar: ⁊ tu respõde mihi.)) Qui dũ huma
nis oculis per assumptã carnem apparuit:
sua hoibus peccata apuit: que ⁊ perpetra-
bant ⁊ nesciebant. Unde subditur. ((Quã-
tas habeo iniqtates ⁊ peccata: scelera mea
⁊ delicta ostẽde mihi.)) Quãuis vocare ac
rñdere: ⁊ intelligi aliter possit. Vocare eniz
dei ẽ nos amando ⁊ eligẽdo respicere. Re C
spondere aũt nostrũ est: amori illius bõis
opibus parere. Ubi apte addit. Aut certe
loquar: ⁊ tu responde mihi. Loqmur nãq;
cũ eius faciẽ p desideriũ postulam⁹. Respõ-
det do deus loquẽtibus cũ nobis se aman
tibus apparet. Sed qz qsqs eternitatis
desiderio anhelat: semetipsum subtiliter re-
prehendens facta sua discutit: ⁊ ne qd i il
lo sit: i quo auctoris sui faciẽ offendat quẽ-
rit: recte subiũgit: Quãtas habeo iniquita-
tes ⁊ peccata: scelera mea ⁊ delicta osten-
de mihi. Iste i hac vita iustoz labor est: vt
semetipsos inueniant: ⁊ inuenientes flẽdo atq;
corrigendo ad meliora pducant. Et q̃uis
inter iniqtatem atq; peccatuz nihil distare i.Jo.3.
phibeat Joãnes apostolus q ait: Iniqtas
peccatũ ẽ: ipso tamẽ vsu loquendi: plus ini
qtas q̃ peccatũ sonat: ⁊ ois se homo libere
peccatorẽ fatetur: iniquũ do dicere nõnun
q̃ erubescit. Ca. 23. A



Inter scelera vero ⁊ delicta
hoc distat q̃ scelus ẽt põdus
peccati transit: delictum do
pondus peccati nõ trãsit: qa
⁊ cũ offerri sacrificium p le-
gem iubetur numirũ precipi-
tur sicut pro peccato: ita ẽt pro delicto. Et
nõnunq̃ scelus in opere est: delictum vero
plerũq; in sola cogitatione. Unde ⁊ per ps
os: Delicta qs intelligit: Quia videlz pctã

speris tanto citius cognoscuntur: quãto extiriores videntur: peccata vero cogitationis eo ad intelligendum difficilia sunt: quo inuisibiliter perpetrantur. Quisquis igitur eternitatis desiderio anxius: apparere venturo iudici desiderat mundus: tanto se subtili⁹ nunc examinat: quanto nimirum cogitat: vt tunc terrori illi⁹ liber assistat: et ostendi sibi exorat vbi displicet: vt hoc in se per penitentiam puniat: seque hic vindicans iniudicabilis fiat. Sed inter hec intueri necesse est: quanta peregrinationis nostre pena nos percussit: quia in eam cecitatem venimus vt nosipsos ignoremus: perpetramus mala: nec tamẽ hec celerius deprehendimus vel perpetrata. Exclusa quippe
d anima a luce veritatis: nil in se nisi tenebras inuenit: et plerũque in peccati foueam pedem porrigit et nescit. Quod nimirũ de sola exilij sui cecitate patitur quia ab illuminatione diui repulsa: et semetipsam videre perdidit: que auctoris sui faciem nõ amauit. Unde et subditur. Cur faciem tuam abscondis: et arbitraris me inimicũ tuum? Humanũ genus contẽplationem lucis intime habuit in paradiso: sed sibimetipsi placens: quo a se recessit: lumẽ conditoris perdidit eiusque faciem ad ligna paradisi fugit: quia post culpam videre metuebat: quem amare consueuerat. Sed ecce post culpam venit in penã: ex pena autẽ ad amorem redit: quia quos fuerit culpe fructus inuenit: atque illam faciẽ quam timuit in culpa: excitatus requirit ex pena: vt iam caliginem cecitatis sue fugiat: atque hoc ipsum quod auctorem suũ non videt grauiter perhorrescat. Quo videlicet desideria complexus sanctus vir clamat. Cur faciem tuam abscondis et arbitraris me inimicũ tuum? Quasi vt amicum aspiceres tue me visionis lumine non priuares. Qui mobilitatem quoque cordis humani subsequens adiungit. Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulam siccam persequeris. Quid est enim homo: nisi folium? qui videlicet in paradiso ab arbore cecidit. Quid est nisi folium: qui tentationis vento rapitur: et desideriorum flatibus leuatur?

Capitulum. 24

a Mens quippe humana quot tentationes patitur: quasi tot flatibus mouetur. Hanc enim plerumque ira perturbat cum recedit ira: succedit inepta leticia. Luxurie stimulis vrgetur: estu auaritie longe lateque ad ambienda que terrena sunt tenditur. Aliquando hanc superbia eleuat: aliquando vero inordinatus timor in infimis deponit. Qui ergo tot tẽtationum flatib⁹ leuatur et ducitur: recte foliis homo comparatur. Unde bene quoque per Isaiam dicit: Cecidimus quasi folium vniuersi: et iniquitates nostre quasi ventus abstulerunt nos. Esa. 64.
Quasi ventus quippe nos iniquitas abstulit: quia nullo fixos virtutis pondere in vanã elationem leuauit. Bene autem post folium: etiã stipula appellatur homo. Qui enim arbor fuit in conditiõe folium a semetipso factus est in tentatione: sed post stipula apparuit in deiectione. Quis enim de alto cecidit folium: quia vero per carnem terre proxim⁹ fuit etiam cum stare videbatur: stipula esse memoratur. Sed quia viriditatem intimi amoris perdidit: iam stipula sicca est. Consideret b itaque vir sanctus: et homo quãte vilitatis: et deus quante districtionis: et dicat: Contra folium quod a vento rapitur ostendis potentiam tuam: et stipulã siccam persequeris. Ac si aperte deploret dicens: Cur tanta rectitudine impetis eum quem sic infirmum esse in tentatiõe cognoscis? Sequitur. Scribis contra me amaritudines. Uiua omne quod loquimur transit: quod vero scribimus manet: deus non loquitur sed scribere amaritudines dicitur: cum diu super nos eius flagella perdurant. Semel quippe peccãti homini dictum est: Terra es: et in terram ibis. Et sepe apparentes angeli hominibus precepta dederunt. Moyses legislator per distri- c ctionem peccata cohercuit. Ipse vnigenitus summi patris ad nos redimendos venit: moriendo mortem absorbuit: vitam perpetuam denunciauit nobis: quam ostendit in se sed tamen illis que in paradiso data ẽ de morte carnis nostre sententia: ab ipso initio generis humani: vsque ad finem seculi nõ mutatur. Quis est enim homo qui viuit: et nõ videbit mortem? Quod bene rursum psalmista intuens ait: Tu terribilis es: et quis resistet tibi ex tunc ab ira tua. Quia videlicet peccã- Ps. 88.
ti in paradiso homini iratus semel de mortalitate carnis nostre sententiam fixit: que et nunc et vsque ad vltimum mutari nullo modo valebit. Dicat ergo: Scribis contra me

similitudines: Ubi adhuc subditur. ¶ Et cõsumere me vis peccatis adolescentie mee.

Capitulum. 25.



a Ecce vir iustus qz in iuuentute sua se peccasse non inuenit: adolescentie facta pertimescit. Sed sciendum est: qz sicut in corpore: ita sunt etiam incrementa etatis in mẽte. Prima quippe hominis etas infantia est: cum etsi innocenter viuit: nescit tamen fari inocentiam quam habet. Ac deinde puericia sequitur: in qua iam valet dicere quod vult: cui succedit adolescentia: que videlicet prima est etas in operatione: quam iuuentus sequitur solidã apta fortitudini: ac postmodum senectus etiam per tempus iã cõgrua maturitati. Quia igitur primã etatem aptant bonis actibus adolescentiam viri iusti: et iusti viri cum in magna mentis maturitate proficiunt: nõnunquã ad memoriam actionum suarum initium reducunt: seqz tñ de suis primordiis reprehendunt: quãtum ex grauitate mentis altius profecerunt: quanto indiscretos se fuisse inueniunt: quo discretionis artem postmodum plenius cõsequuntur recte nũc per sancti viri vocem: adolescentie peccata formidantur. Quod si ad ipsam lrãm est tenendum: hic considerandum est: quãtum sint grauia peccata iuuenum et senum: et si illud sic iusti metuunt: qd in infirma etate deliquerũt. Sequitur. ¶ Posuisti in neruo pedem meum: et obseruasti omnes semitas meas: et vestigia pedũ meorum consideraasti. In neruo deus pedẽ hominis posuit: qz prauitatem illius forti districtionis sue sententia ligauit. Cuius oẽs semitas obseruat: quia subtiliter singula eius queqz diiudicat. Semita etenim angustior solet esse quã via. Quia autem vias actiões non immerito semitas ipsas actionum cogitationes accipimus. Deus itaqz omnes semitas obseruat: qz in singulis quibusqz actibus nostris: etiam cogitatões pensat. Et vestigia pedum considerat: qz itentiones nostrorum operum quã recte ponantur examinat: ne et hoc quod bonum agitur: non recto desiderio agatur. Possunt quoqz per pedum vestigia quedam male acta signari. Nam pes i corpore est: vestigium i via. Et plerũqz dum quedam praue agimus: intuentibus hoc fratribus exemplum malum prebemus: et quasi sinistro extra viam pede sequẽtibus vestigia distorta relinquimus: dum per nostra opera ad scandalum aliena corda prouocamus. Ualde aũt laboriosum est custodire: ne mala homo facere audeat: ne in bõis actibus per itentionem titubet: et iter recta opera sinistra cum cogitatio illudat: que tamen cũcta oĩpotẽns deus subtiliter examinat: atqz in iudicio singula repẽsat. Sz quãdo homo qui carnis sue infirmitate ↄstringitur: contra cuncta valeat subtiliter assurgere: atqz inecõcussa cogitatõe rectitudinẽ tenere. Unde apte subditur. ¶ Qui quasi putredo ↄsumendus sum: et quasi vestimẽtum qd comeditur a tinea. Sicut. n. vestimẽtum de se exorta a tinea comeditur: ita homo in semetipso habet putredinem de qua cõsumatur: atqz hoc ẽ quod est. Uñ ↄsumitur vt nõ sit. Qd itelligi et aliter põt: si ex voce tẽptati hois dicatur: Qui quasi putredo ↄsumendus sum: et quasi vestimentũ qd comeditur a tinea. Homo eni quasi putredo ↄsumitur: dũ carnis sue corruptione conteritur c
Cui qz immunda tẽtatio nõ aliunde sed a semetipso nascitur: more tinee carnẽ tẽtatio quasi vestẽ de qua exiit ↄsumit. In semetipso quippe habz homo vnde tẽptetur. Quasi ergo tinea vestẽ ↄsumit: que ex veste eadẽ pcessit. Sciẽdum quoqz qz tinea sine sonitu pforat vestimentũ: et plerũqz cogitatio ita transfigit mentẽ: vt mens ipsa nõ sentiat: nisi postquã fuerit eius aculeo transfixa. Bene ergo dr: qz homo tanquã vestimentũ a tinea cõsumitur: qz nõnunquã tẽtationum nostrarum vulnera nõ cognoscimus: nisi postquã ab eis cõfossi i mente fuerimus. Quã videlz ifirmitatem nostram dũ adhuc sanctus vir considerans adiungit.

Capitulum. 26.

Homo natus de muliere, breuis viuens tempore: repletur multis miseriis. In sacro eloquo mulier aut pro sexu ponitur: aut pro infirmitate. Pro sexu quippe sicut scriptum est: Misit deus filium suum factum ex muliere: factum sub lege. Pro infirmitate vero sicut per quẽdam sapientem

Job Ca. 14 b

Gal. 4.

Eccl. 42. Z 4

dicitur. Melior est iniquitas viri: q̄ benefa-
ciens mulier. Uir etenim fortis quilibet et
discretus vocatur: mulier vero mens infirma
vel indiscreta accipitur. Et sepe cōtingit: vt
etiā discretus qsq̄ subito labat̄ in culpam:
atq̄ idiscretus alius ⁊ ifirmus exhibeat bo-
nam operationem. Sed is qui idiscretus at-
q̄ infirmus est nōnunq̄ de eo qd bene ege-
rit amplius eleuatur: atq̄ grauius in cul-
pam cadit: discretus vero qsq̄ etiam ex eo
qd male se egisse, intelligit ad discretiōis re-
gulā arctius reducit: ⁊ inde altius ad iusti-
B ciam pficit: vnde ad tēpus a iusticia ceci-
disse videbatur. Qua in re recte dicit̄: me-
lior est iniquitas viri: q̄ benefaciēs mulier: q̄a
nōnunq̄ etiam culpa fortiū: occasio virtu-
tis fit: ⁊ virtus ifirmorum occasio peccati.
Hoc igitur loco mulieris nomine: quid nisi
infirmitas designatur: cū dicitur. Homo na-
tus de muliere. Ac si aptius dicatur. Quid
in se habebit fortitudinis: q natus est ex in-
firmitate. Breui viuens tēpore: replet̄ mul-
tis miseriis. Ecce viri sancti vocibus pena
hominis breuiter est expssa: qz ⁊ angustatur
ad vitam: ⁊ dilatatur ad miseriam. Si eni
subtiliter cōsideretur oē qd hic agitur, pe-
na miserie est. Ipsi etenim corruptioni car-
nis seruire ad necessaria atq̄ cōcessa mise-
ria est: vt cōtra frigus vestimēta: contra fa-
mē alimenta: cōtra estum frigora requirant̄.
Qd multa cautela custodit̄ salus corporis
qd etiā custodita amittitur: amissa cū gra-
ui labore reparatur. ⁊ tñ reparata i dubio
semp est. Quid hoc aliud q̄ mortalis vite
C miseria est: Qd amamus amicos suspecti
ne offendi valeant: formidamus inimicos:
atq̄ securi de eis nō sumus vniq̄ quos for-
midamus: qz plerūq̄ inimicis sic cōfidēter
quasi amicis loquimur: ⁊ nōnūq̄ pura verba
proximorū ⁊ multum nos fortasse diligentiū
quasi vba suscipimus inimicor: ⁊ qui falli
nunq̄ vel fallere volum⁹: ex cautela nostra
grauius erram⁹: qd itaq̄ hoc nisi humane
vite miseria est. Qd amissa celesti patria re-
pulsus homo delectatur exilio: grauat̄ cu-
ris: ⁊ tamē cogitare dissimulat q̄ graue sit:
quia multa cogitantur: qz priuatus ē inter-
no lumine: ⁊ tñ in hac vita diu vult ppetuare
etatem suā: quid hoc aliud q̄ de pena nr̄a
nata miseria est. Sed quāuis diu hic stare
desideret: ipso tamē cursu mortalis vite im-

pellitur vt egrediatur: vir sanctus recte sub-
iungit. ¶ Qui quasi flos egreditur ⁊ cōter-
tur: ⁊ fugit velut vmbra: ⁊ nunq̄ in eodem
statu permanet. Ca. 17.

Quasi flos etenim egreditur
qz nitet in carne: sed cōter-
tur qz redigitur in putredi-
nem. Quid enim sunt nati
homines in mūdo: nisi quī- A
dam flores i campo: Ten-
damus oculos cordis i hac latitudine mū-
di psentis: ⁊ ecce quasi tot florib⁹: quot ho-
minibus plenus ē. Uita itaq̄ in carne: flos
in feno est. Unde bene p ps dicit̄. Homo si-
cut fenum dies eius. ⁊ sicut flos agri ita flo-
ret. Isaias quoq̄ ait. Omnis caro fenum:
⁊ ois gloria eius sicut flos agri. Homo ete- Ps. 102.
nim more floris pcedit ex occulto ⁊ subito Esa. 4.
apparet in publico: qui statim ex publico p
mortem retrahitur ad occultū. Carnis nos
viriditas ostēdit: sed ariditas, pulueris ab
aspectib⁹ retrahit. Quasi flos apparuim⁹
qui non eramus: quasi flos arescimus qui
temporaliter apparebamus. Et qz per mo-
menta homo quotidie cōpellitur ad mortē
recte adiungit. ¶ Et fugit velut vmbra: et
nunq̄ in eodem statu permanet. Sed cū
sol quoq̄ indesinēter cursum suum pagat: B
nunq̄ se in stabilitate figat: cur cursus vi-
te hominis vmbre potius q̄ soli comparat̄
nisi qz amisso amore conditoris: calorē cor-
dis perdidit ⁊ in solo iniquitatis sue frigore
remansit. Quia iuxta veritatis vocē. Abū- Mat. 24
dabit iniquitas ⁊ refrigescet charitas mul-
torum. Qui igitur in amore dei cordis ca-
lorem nō habet: nec tamen vitā quā diligit
tenet: sed velut vmbra fugit. Unde recte
quoq̄ de illo scriptū est: qz secutus est vm-
bram. Bene autem dicitur. Et nunq̄ in eo-
dem statu pmanet. Quia dum infantia ad
pueritiam: pueritia ad adolescentiā: adole-
scentia ad iuuentutē: iuuentus ad senectu-
tem: senectus transit ad mortem: in cursu vi-
te psentis ipsis suis augmentis ad detrimē-
ta impellitur: ⁊ inde semper deficit: vnde se
pficere in spacium vite credit. Fixū etenim
statum hic habere non possumus. Ubi trā-
situri venimus: atq̄ hoc ipm nostrū viuere
quotidie a vita transire est. Quem videlz
lapsum primus homo ante culpam habere
non potuit: qz tempora eo stante trāsiebāt.

B Sed postq̃ deliquit:in quodam quasi se lu
brico temporaliter posuit:⁊ q: cibum come
dit fetidum:status sui p̱iunus inuenit defe
ctum. Quã tamẽ mutabilitatẽ nõ solũ ex
terius: sed interius quoq̃ homo patitur.dũ
ad meliora opera exurgere conatur : mens
etenim mutabilitatis sue pondere ad aliud
semper impellitur q̃ est:⁊ nisi i statu suo ar
cta custodire disciplina teneatur: semper in
deteriora dilabitur. Que enim semp̱ stantẽ
deseruit: statum quem habere potuit ami
sit. Unde nunc cum ad meliora nititur:qua
si contra ictam fluminis conatur. Cum ab
intentione ascendẽdi resoluitur:sine labore
ad ima reducitur. Ca. 28.

D Quia enim i ascensu labor
est: in descensu ocium:in
traturos per angustã por
tam dñs ammonet dicẽs.
Luc.13. Contendite intrare p̱ an
gustam portam. Dicturꝰ
quippe anguste porte itroi
tum:p̱misit contendite:q: nisi mentis cõten
tio ferueat: vnda mundi non vincitur: per
quam anima semp̱ ad ima reuocat̃. Quia
igitur homo velut flos nascitur ⁊ conterit̃:
quia sicut vmbra fugit: atq̃ in statu suo nũ
quã permanet : quid in hac consideratione
subiungat audiamus. Sequitur. ((Et di
gnum ducis super huiuscemodi apire ocu
los tuos:⁊ adducere euz tecũ in iudiciũ.))
Considerauit quippe supius et oĩpotentis
dei potentiã: ⁊ infirmitatem suam deduxit
ante oculos; se ⁊ deum pensauit quis cum
quo ad iudicium veniat. Uidit hinc homi
nem:inde conditorem.idest puluerẽ ⁊ deuz:
⁊ recte ait. Et dignum ducis super huiusce
modi aperire oculos tuos. Oĩpotenti deo
oculos aperire est:iudicia exercere:quem fe
D riat videre. Nam quasi clausis oculis nõ
vult aspicere qđ nõ vult ferire. Unde mox de
ipso quoq̃ iudicio adiungit ⁊ adducere eũ
tecum in iudicium. Sed q: contemplatus ẽ
ad iudicium venientem deũ: rursum consi
derat infirmitatem suaz. Uidit q: mundus
per semetip̃m esse nõ possit: qui vt eẽ possit
de immundicia p̱cessit atq̃ subiũgit. ((Quis
potest facere mundum de immundo cõceptũ
semine? Nõne tu qui solus es?))Is qui per
se solus est mundus: mundare p̱reualet im
munda: homo enim incorruptibili carne vi
uens:habet temptationum immũdicias im
pressas in semetipso:q: nimiũ eas traxit ab
origine. Ipsa quippe p̱pter delectationem
carnis eius cõceptio immũdicia est. Unde et Ps.50.
ps. ait. Ecce enim in iniq̃tatibus p̱ceptus
sum: ⁊ in delictis pep̱it me mater mea:hinc
est ergo q plerũq̃ temptat̃ ⁊ nolens hinc ẽ
q immunda quedã in mente patit̃: q̃ iuis
ex iudicio reluctetur: q: cõceptus de immũ
dicia dũ ad mundiciã tendit hoc conatur
vincere qđ est. Quisqs autẽ occulte tẽpta
tionis motus atq̃ immundiciã cogitationis C
euicerit nequaq̃ sibi suam mundiciã tribu
at: q: de immũdo cõceptum semine nullus
facere mundũ põt:nisi is q mundus per se
metip̃m solus est. Qui ergo iam ad locum
mundicie mente p̱uenit: cõceptiõis sue viã
respiciat p̱ quã venit: atq̃ inde colligat:q:
ex sua v̾tute nõ habet mũdiciaz vincẽdi cui
de immũdicia factũ ẽ initiũ subsistẽdi. Po
test ꝗ̃o hoc in loco intelligi: q: beatus Job
incarnationẽ redemptoris intuitus: solum
vidit in mundo hominẽ de immundo semine
non esse conceptũ:qui sic in mundũ venit ex
v̾gine: vt nihil haberet de immũda conce
ptione. Neq̃ enim ex viro ⁊ femina:sed ex
sancto spiritu:⁊ Maria v̾gine p̱cessit. So
lus ergo in carne sua vere mundus extitit:
qui delectatione carnis tangi nõ potuit:q:
nec p̱ carnalem huc delectationem venit.

Sancti Gregorij. Liber.12. Ca. 1.

S iustorũ

est tanto sollicitius pre A
sentem vitam quam sic
fugitiua cogitare:quan
to studiosius. nouerint
celestis patrie bona eter
na perpendere. Ex his
enim,que manẽtia intus aspiciunt: foris fu
gam rez labentiũ subtilius attendũt. Unde
beatus Job duz de lapsu humani tẽporis
sniam p̱tulisset dicens:homo natus de mu
liere: breui viuens tẽpore:⁊ rursum: ⁊ fugit
velut vmbra: ⁊ nunq̃ in eodẽ statu perma
net:adhuc de breuitate eius vite adiungit.
((Breues dies hois sunt:numerus mensiuz
eius apud te ẽ.)) Hoc etenim apud nos ve
lut non esse considerat:qđ tanta velocitate

transcurrit. Quia vo apud omnipotentem
deum etiā labentis stāt: apud eū esse nume
rū nostroꝝ mensiū phibet: vel certe in die
bus breuitas tēporis: in mensibus vo qua
si multiplicata dierū spacia designant. No
bis ergo breuea dies sunt. Sed qꝫ vita no
stra post tenditur: apud deum numerus no
stroꝝ mensiū esse memoratur. Unde p Sa
Prou. 3 lomonē dicitur. Longitudo dierū in dexte
ra eius. Sequitur. (Constituisti terminos eius
B qui preteriri non poterunt.) Nulla que in
hoc mundo hominibus fiunt: absqꝫ oipotē
tis dei occulto consilio veniunt. Nā cūcta
deus secutura presciens: ante secula decre
uit qualiter per secula disponantur. Statu
tum qppe iam homini est: vel quantū hūc
mundi ꝓsperitas sequatur: vel quantū ad
uersitas feriat; ne electos eius aut imodera
ta ꝓsperitas eleuet: aut nimia aduersitas
grauet. Statutum quoqꝫ est: quantū in ipsa
4. Re. 20 vita mortali temporaliter viuat. Nam & si
annos quindecim Ezechie regi ad vitā addi
dit oipotens deus: eum eum mori permisit:
tunc eum presciuit esse moriturū. Qua i re
questio oritur: quō ei per pphetam dicat.
Dispone domui tue quia morieris tu & nō
uiues: cui cum mortis sententia dicta ē: pro
tinus ad eius lachrymas est vita addita.
C Sed per pphetam dn̄s dixit quo tempore
mori ipse merebatur: p largitatem vo mise
ricordie illo eū tempore ad mortē distulit
qd ante secula ipse presciuit. Nec ppheta
igitur fallax: quia tempus mortis innotuit:
quo vir ille mori merebatur: nec dn̄ica sta
tuta conuulsa sunt: quia vt ex largitate dei
anni vite crescerent: hoc quoqꝫ ante secu
la prefixum fuit: atqꝫ spaciū vite qd inopi
nate foris est additum sine augmento pre
scientie fuit intus statutum. Bene ergo di
citur.

Capitulum. 2.

A Constituisti terminos eius:
qui preteriri non poterunt.)
Qd tamen intelligi etiam
iuxta spiritum valet. Quia
nōnunqꝫ in virtutibus pfi
cere conamur: & quedā do
na percipimus: a quibusdā vero repulsi i imis
iacemus. Nemo enim est: qui tantū virtu
tis apprehendat: quantū desiderat: qꝫ oi
potens deus interiora discernens: ipsis spiri

tualibus ꝓfectibus modū ponit: vt ex hoc
homo qd apprehendere conatur & non va
let: in illis se non eleuet que valet. Unū ille
quoqꝫ egregius pdicator qui raptus ad ter
tium celum fuerat paradisi archana pene
trauerat: esse post reuelationē tranquillus
atqꝫ intemptatus non valebat. Sed qꝫ om
nipotens deus terminos cōstituit homini:
qui preteriri non poterunt: & eleuauit hunc
ad cognoscenda sublimia: & reduxit iterum
ad infirma toleranda: vt modi sui mēsuras
aspiciens dum securitatem comprehendere
conaretur & non posset: ne per elationem ex
tra se iret: per humilitatem cogeretur intra
suos semper terminos redire. Sequit. (Re
cede paululū ab eo vt quiescat donec opta D
ta veniat sicut mercēnarij dies eius. Hoc lo
co recede dicitur: vim flagelli āmoue. Quis
enim valet deo recedēte requiescere: cū so
lus ipse sit requies? Et a quo qsquis quan
to longior fuerit: fit tāto & inquietus. Ita
qꝫ sic recede ab eo dicitur vt intelligas feriē
do. Apte aūt subiungitur: donec optata ve
niat sicut mercēnarij dies eius. Mercēna
rius quāto longe ē a fine opis: tanto & a re
tributione mercedis. Ita vir quisqꝫ sanctus i
hac vita positus: dū longe se ab exitu vite
psentis conspicit: lōge se esse ab eternis gau
dijs gemit. Quid ē ergo dicere: recede pau
lulū ab eo vt quiescat: nisi iam flagella vi
te psentis subtrahe: & bona eterne quietis
ostende. Unde etiā de ipsa quiete additur:
donec optata veniat sicut mercēnarij dies
eius. Tūc nāqꝫ homini optata sicut merce E
narij dies venit: qn̄ eternā requiē pro recō
pensatione sui laboris acceperit. Quantū
vo ad psentis vite speciem spectat: adhuc
beatus Job humanū genus multis mise
rijs repletū: qꝫ sic despectum insinuat: quā
tūqꝫ ipsa insensibilia hinc preire videantur
narrat: cum dicit. Lignū habet spem: si pre
cisum fuerit: rursum virescit: & rami eius pul
lulant. Si senuerit radix eius in terra: & in
puluere mortuus fuerit: truncus illius ad
odorem aque germinabit: & faciet comā q̄si
cū primū plantatū est: homo vo cū mortu
us fuerit & nudatus atqꝫ consumptus: vbi
queso est? Sed qꝫ hoc iuxta lrām patet: de
bemus sensum ad interiora reducere: & q̄li
ter hec iuxta spiritum intelligi debeāt per
scrutari. In scriptura etenim sacra, ligni no

mine aliquā do crux: aliquando vir iustus:
aut etiam iniustus: aliquādo vero incarna-
ta dei sapientia figuratur. Crux etenim li-
gno signatur cum dicitur. Mittam⁹ lignū
in panem eius. Lignū quippe in panē mit
Iere. xi. tere est: dnico corpori crucē adhibere. Rur
sum ligni nomine vir iustus: aut etiam iniu
stus exprimitur: sicut per pphetam dicitur.
Ego dñs humiliaui lignū sublime: et exalta
Ezech. 17 ui lignum humile: quia iuxta eiusdem veri
tatis vocem. Ois qui se exaltat humiliabit
Mat. 23 et qui se humiliat exaltabitur. Salomō quo
qz ait. Si ceciderit lignū ad austrū: aut ad
Eccl. xi. aquilonē: in quocūqz loco ceciderit ibi erit.
In die etenim mortis sue: iustus ad austrū
cadit: peccator ad aquilonē: quia et iustus
per feruorem spiritus ad gaudia ducitur: et
peccator cū apostata angelo qui dixit. Se
Esa. 14. debo in monte testamenti in lateribus aq-
lonis: in frigido suo corde reprobatur. Rur
sum per lignum incarnatā dei sapientia fi-
guratur sicut de ea scriptum est. Lignum vi
te est his qui apprehenderint eā et sicut ipsa
ait. Si in viridi ligno hoc faciunt in ari-
do quid fiet? Hoc itaqz loco cum lignū pre
fertur homini: quid homo nisi carnalis qs-
qz accipitur. Et quid ligni nomine: nisi iusti
uniuscuiusqz vita signatur? Lignum etenī
Prou. 3. habet spem si precisum fuerit: rursum vi-
Luc. 23 rescit: qz cum in morte passionis pro veri-
tate iustus afficitur in eterne vite viridita-
te recuperatur. Et qui hic virebat per fidē:
illic virescit per spē. Et rami eius pullulāt:
quia plerūqz ex passione iusti fideles quiqz
ad amorem celestis patrie multiplicantur:
et viriditatem vite spiritualis accipiunt: dū
hic pro deo fortiter egisse gratulantur. Se-
quitur. ((Si senuerit in terris radix eius: et
puluere mortuus fuerit truncus illius: ad
odorem germinabit: et faciet comam quasi
E cum primū plantatū est.)) Quid radix iu-
sti nisi sancta predicatio: quia ab ipsa ori-
tur et in ipsa subsistit. Et quid terre vel pul
ueris nomine nisi peccator accipitur? Cui
voce conditoris dicitur. Terra es et in ter-
Gen. 3. ram ibis. Uel certe sicut habet nostra trāſ-
latio: puluis es: et in puluerem reuerteris.
Iusti igitur radix in terra senescit: et in pul
uere truncus emoritur: qz apud corda pra
uorum eius predicatio despecta: cunctisqz
viribus effetata creditur. Et in puluere trū

cus emoritur: quia inter manus persequen
tium corpus illius exanimatur. Iuxta sa- Sap. 3.
pientie etenim vocem visi sunt oculis insi-
pientium mori: et estimata est afflictio exi-
tus illorum. Sed iste cuius radix in terra
senuit: et in puluere truncus mortuus est:
ad odorem aque germinat: quia per affla-
tum sancti spiritus in electorum cordibus
exemplo sui operis germen virtutis facit.
Aque etenim appellatione nōnunquā san F
cti spirit⁹ irrigatio designari solet: sicut scri-
ptum est. Si quis sitit veniat ad me et bi-
bat. Qui autem biberit ex aqua quam ego Io. 7.
dabo ei: non sitiet in eternum. ((Et faciet
comam quasi cum primum plantatū est.))
Succiso trunco comam facere est: extincto
corporaliter iusto ipso sue passionis exem-
plo multorum corda suscitare: et ex fide re-
cta viriditatem veriditatis ostendere. Be-
ne autem dicitur: quasi cum primum plan-
tatum est. Omne quod hic a iustis agitur
secunda plantatio est: quia prima videlicet
plantatio non in opere iustorum: sed in pre
scientia conditoris est. Et quia cuncta que
agunt electi: sicut prius interius cōspiciun
tur atqz disponuntur: ita postmodum exte-
rius perficiuntur: bene dicitur: faciet co-
mam quasi cum primum plantatū ē. idest
viriditatem suam ostendit in effectu ope-
ris: quam prius habuit in prescientia con-
ditoris.

Capitulum. 4.

POtest etiam radix iusti ipsa
natura humanitatis intel-
ligi: ex qua subsistit. Que
videlicet radix senescit in
terra: cum natura carnis A
deficit in pulverem reda-
cta. Cuius in puluere truncus emoritur:
quia extinctum corpus a sua specie dissipa
tur. Sed ad odorem aque germinat: quia
per aduentum sancti spiritus resurget. Et
faciet comā quasi cum primū plantatū est:
quia ad illam speciē redit ad quā percipien
dam creatus fuerat si in paradiso positus
peccare noluisset. Quod fortasse etiam de
dño ipso scilicet bonorū omniū capite va-
let intelligi. Iuxta hoc naqz quod prediximus:
quia de semetipso ait: si in viridi ligno
hec faciunt: in arido quid fiet? Si enim se
lignum viride et nos lignum aridum dixit:

Qui a ipse in se vim diuinitatis habuit: nos vero qui puri homines sumus: lignum aridum appellamur. Habet ergo lignum spem si precisum fuerit: quia rursum virescit: quia et si occidi per passionem potuit: per resurrectionis gloriam rursus ad vite viriditatem venit: huius rami pullulant: quia resurrectione illius multiplicati longe lateque fideles creuerunt. Huius radix

A

in terra quasi senuit quia eius predicatio iudeorum perfidie quasi despecta fuit. Et in puluere truncus emortuus est: quia in corde persequentium quod perfidie sue vento leuabatur contemptibilis et despectus est habitus quia carne potuit occidi. Sed odorem aque germinabit: quia per virtutem dei extincta caro illius ad vitam rediit iuxta quod scriptum est:

Act. 2.

Quem deus suscitauit a mortuis. Quia enim deus trinitas est: extinctam carnem vnigeniti filii sancta trinitas: idem pater et idem filius et spiritussanctus resuscitauit. Et fecit comam quasi cum primum plantatum est: quia apostolorum debilitas que in morte illius et expauit et negauit: et negando aruit: per resurrectionis eius gloriam rursus ad fidem viruit. In cuius ligni comparatione: quid omnis homo nisi puluis est? Unde et subditur.

Capitulum. 5.

Homo vero cum mortuus fuerit et nudatus atque consumptus vbi queso est? Nullus homo sine peccato est nisi ille qui in hunc mundum non venit ex peccato. Et quia omnes in culpa ligamur ipsa amissione iusticie morimur. Concessa prius in paradiso veste innocentie nudamur: interritu et carnis subsequente consumimur. Homo itaque peccator moritur in culpa: nudatur a iusticia: consumitur in pena: hanc nuditatem petentis filii tegere dignatus est pater: qui eo redeunte dixit: Cito proferte stolam primam. Prima quippe stola est vestis innocentie: quam homo bene conditus accepit: male a serpente persuasus perdidit. Contra hanc rursum nuditatem dicitur: Beatus qui vigilat: et custodit vestimenta sua ne nudus ambulet. Vestimenta quippe custodimus: cum precepta innocentie seruamus in mente. vt cum nos iudicii culpa nudat: ad amissam redeuntes innocentiam penitentia operiat. Bene autem dicitur: Ubi queso est: quia peccator homo illic stare noluit: vbi conditus fuit: hic vero

B

Nullus homo sine peccato est nisi ille qui hunc mundum non venit ex peccato

Luc. 15

Apoc. 16

B

vbi cecidit diu esse prohibetur. Patriam volens perdidit: a peregrinatione vero sua quam diligit inuitus expellitur. Ubi ergo est qui in eius amore non est. Ubi verum esse est. Sequitur. Quomodo si recedant aque de mari et fluuius vacue factus arescat: sic homo cum dormierit non resurget. Mare mens hominis: et quasi fluctus maris sunt cogitationes mentis que aliquando per iram tumescunt: per gratiam tranquille fiunt: per odium cum amaritudine defluunt. Sed cum homo moritur aque maris recedunt: quia iuxta psalmiste vocem: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Et rursum de morien- Ps. 45.

te scriptum est: Amor quoque et odium simul peribunt. Arescit ergo fluuius vacue factus Eccl. 9.

quia subducta anima vacuum remanet corpus. Quasi enim alueus fluuius vacuus: ita est corpus exanime. Qua in re vigilan- C

ter intuendum est: quia vita presens videlicet quousque anima moratur in corpore: mari comparatur et fluuio. Aqua enim maris amara est: fluuius dulcis. Et quia hic viuentes modo quibusdam amaritudinibus afficimur: modo autem tranquilli dulcedine ac mites inuenimur. presentis vite decursus comparatione exprimitur maris et fluminis.

Capitulum. 6.

Sed his durum valde videtur esse quod subditur: Sic homo cum dormierit non A

resurget. Cur itaque laboramus: si in resurrectionis retributionem non tendimus? Quomodo autem dicitur non resurget. cum scriptum sit: Omnes quidem I. Cor. 15.

resurgemus: sed non omnes immutabimur. Et rursum: Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus: et per semetipsam veritas dicit: Omnes qui in monumentis sunt Jo. 5.

audient vocem eius: et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. Sed subiuncta sententia indicat: que discretio in premissa lateat. Nam subditur. Donec atteratur celum non euigilabit: nec consurget de somno suo. Liquet enim quia non resurget sed donec atteratur celum: quia nisi mundi huius finis aduenerit: humanum genus somno mortis ad vitam non euigilabit. Non ergo quia omnino non resurgat: sed quia ante contritio-

B nem celi humanum genus minime resurgat
insinuat. Notandum quoque est: cur postque
superius hominem mortuum dixit: inferius non
mortuum sed dormientem nominat: cumque de
somno minime resurgere: donec celum atte
ratur narrat: nisi quod patenter datur in-
telligi: quia in comparatione ligni reuirentis
hominem mortuum peccatorem memorat a
vita scilicet iusticie extinctum. Ubi autem de
morte carnis loquitur: non hanc mortem sed
somnum maluit vocare: spem procul dubio re
surrectionis insinuans: quia sicut citius homo a
somno evigilat. ita per se ad conditoris nu-
tum a morte corporis resurgat. Uehementer
enim ab infirmis mentibus nomen mortis
pertimescitur: somni autem vocabulum non ti-
Thes. 4. metur. Unde et Paulus discipulos amo-
net dicens: Nolumus autem ignorare vos fra
tres de dormientibus: ut non contristemi-
ni sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim
credimus quod Jesus mortuus est et resurrexit:
ita et deus eos qui dormierunt per Jesum ad
C ducet cum eo. Quid est quod predicator egregi
us mortem domini mortem vocat: mortem seruorum
domini non mortem sed somnum nominat: nisi quia in-
firma corda audientium respiciens medica
mentum predicationis sue mira arte componit:
et illum quem iam resurrexisse nouerat: eius
mortem insinuare non dubitat: eos vero qui nec-
dum resurrexerant ut spem resurrectionis in-
sinuet non mortuos sed dormientes vocat.
Non enim verebatur dicere mortuum quem su
ditores iam resurrexisse cognouerant: querebat
dicere mortuos quos resurgere vix cre
debant. Beatus igitur Job quia carne mortu-
os ad vitam rursus evigilare non dubitat:
eos dormientes potius quam mortuos appel
lat. Sequitur. Ca. 7.

A Quis mihi tribuat ut in in-
ferno protegas me? Quia ante
aduentum mediatoris dei
et hominis: omnis homo quamuis
munde probateque vite fue-
rit ad inferni claustra descen
dit: dubium non est: Quoniam homo qui per se cecidit
per se ad paradisi regnum redire non potuit: ni
si veniret ille qui sue incarnationis mysterio
eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Unde et
Gen. 3. post culpam primi hominis ad paradisi aditum rom
phea flammea posita esse memoratur: que et versa
tilis dicitur: pro eo quod quandoque veniret tempus ut

etiam remoueri potuisset. Nec tamen ita iusto-
rum animas ad infernum dicimus descen- B
disse: ut in locis penalibus tenerentur. sed esse
superiora inferni loca: esse alia inferiora cre-
denda sunt: ut et in superioribus iusti requie-
scerent: et in inferioribus iniusti cruciarentur.
Unde et per psalmistam propter preuenientem se dei
gratiam dicitur: Eripuisti animam meam ex infer- Psal. 85.
no inferiori. Beatus igitur Job ante media
toris aduentum ad infernum se descendere
sciens: conditoris sui illic protectionem postu-
lat: ut a locis penalibus alienus existat: ubi
dum ad requiem ducitur: suppliciis abscondi-
tur. Unde subiungit. (Et abscondas me do
nec pertranseat furor tuus.) Furor etenim
omnipotentis dei in hoc quotidie vim sue
districtionis peragit: quod viuentes indigne di
gnis suppliciis demergit. Qui furor nunc ergo
dem transit: sed in fine pertransit: et quia modo
agitur: sed in mundi termino consumitur. Qui
tamen iste furor quantum ad electorum animas per
redemptoris nostri aduentum pertransit: quia
eas ab inferi claustris ad paradisi gaudia
mediator dei et hominum dum ipse illuc pie
descenderet reduxit. Inter hec vero sciendum
est quod furoris nomen diuinitati non congruit:
quia naturam dei simplicem perturbatio nul
la confundit. Unde ei dicitur: Tu autem dominator
virtutis cum tranquillitate iudicas: et cum ma
gna reuerentia disponis nos. Sed quia iusto
rum anime per mediatoris aduentum erant quandoque
ab inferi locis quamuis non penalibus liberande
hoc quoque iustus vir prouidet et petendo sub-
iungit. Ca. 8.


Et constitues mihi tempus in
quo recorderis mei.) Ut
ubi venit plenitudo temporis
misit deus filium suum factum
ex muliere: factum sub lege A
ut eos qui sub lege erant re-
dimeret: hanc itaque redem
ptionem vir domini prosciens in qua erant multi etiam
ex gentilitate liberandi sicut ipse sit: Licet
hec celes in corde tuo: tamen scio quia vniuer-
sorum memineris. Apud omnipotentem deum tem-
pus sibi constitui sue recordationis petit. Hinc
est enim quod in euangelio dominus dicit: Et ego si
exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me Jo. 12.
ipsum: omnia videlicet electa. Non enim ab in
ferno rediens dominus electos simul et re-
probos traxit: sed illa exinde omnia iustu-

lit que sibi inhesit se presciuit. Unde etiam p
Osee.13 Osee ppheram dicit: Ero mors tua o mors
ero morsus tuus inferne. Quod enim occi
B dimus agimus ut penitus nõ sit. Ex eo. n.
quod mordemus partem abstrahim⁹: par
tẽ vero relinquimus. Quia ergo in electis suis
funditus domin⁹ occidit mortem: mors mor
tua extitit. Quia vero ex inferno partẽ ab
stulit: partem reliqt: non occidit funditus:
sed momordit infernũ. Dicit ergo ero mors
tua o mors. i. in electis meis te fundit⁹ peri
mo. Ero morsus tuus inferne quia subla
tis eis te ex parte transfigo. Sciens igitur
Beatus Job hunc aduentum ad inferos re
demptoris nostri petat quod futurum pre
uidit et dicat: et constituas mihi tẽpus i quo
recorderis mei. Sequitur. ((Putasne mortu
us homo rursum viuat?)) Solent iusti viri
in eo quod ipsi certum ac solidum sentiũt
quasi ex dubietate aliqd pferre. Ut ifirmo
rum in se verba transferant sed rursum per
C fortem sententiam infirmanti dubitandi oi
modo contradicant: quatenus per hoc qd
dubie pferre cernũtur ifirmis aliquatenus
condescendant: et per hoc q certam sententi
am proferãt: infirmorũ mentes dubias ad
soliditatem trahant. Quod nimirum dum
faciunt. exẽplum nostri capitis sequuntur.
Passioni quippe dñs ppinquans: infirman
Mat. 26. tium in se vocẽ sumpsit dicens: Pater mi
si possibile ẽ transeat a me calix iste: eorũq
timorem ut abstraheret suscepit: et rursus p
obedientiam videlicet fortitudinis ostendens
D ait: Uerũtamen nõ sicut ego volo: sed sicut
tu: ut cũ hoc iminet quod fieri nolum⁹: sic
per infirmitatẽ petamus ut non fiat: qua
tenus per fortitudinẽ pati simus ut volun
tas conditoris nostri etia contra voluntatem
nostram fiat. Hoc igitur exẽplo nõnunqz a
fortibus infirmitatis verba suscipienda sunt
ut per eorũ post predicamenta fortia infir
morum corda grauius roborentur. Unde
beatus Job cũ quasi dubitantis verba ptu
lit dicens: Putasne mortuus hõ rursum vi
uet? Illico sniam sue certitudinis adiũxit qua
ait. Ca. 9.
A Cunctis diebus qb⁹ nũc mi
lito: expecto donec veniat
imutatio mea.)) Qui itaqz
mutatiõem suá tãto deside
rio expectat: quá sit de re

surrectiõe certus isinuat: et cursum vite pñ
tis quãtum despiciat inotescit: q hũc militiá
appellat. Per militiam quippe semp ad finem
tenditur et quotidie conclusiõis termin⁹ expe
ctat. Cursum itaqz vite huius despicit et sta
tum soliditatis reqrit: q per hoc qd muta
biliter militat ad imutatiõem suá peruenire
festinat. Iusto quippe in hac vita ipsa sarci
na sue corruptiõis onerosa est: q vigilie de
fatigant somnus queritur ut vigiliarum la
bor atqz anxietas temperetur. Sed nõnunqz
ẽt somn⁹ occidit: fames corpus atterit: atqz
ut ei⁹ necessitas repellat cibi requirũt: sed se
pe et cibi grauãt: q ad repellendũ debilita
tis grauamẽ quesiti fuerãt: Grauis itaqz
ẽ sarcina corruptiõis: que nisi ita grauis eẽt
Paulus nequaqz diceret: Uanitati creatu Ro. 8.
ra subiecta ẽ non volens: sed ppter eum qui
subiecit eã in spe: qr et ipsa creatura libera
bitur a seruitute corruptiõis in libertatem B
glorie filiorũ dei. Scimus. n. q oĩs creatura
ingemiscit et pturit usqz adhuc. Sanct⁹ er
go vir in corruptiõis statum desiderãs dicat:
Cũctis diebus qbus nũc milito expecto do
nec veniat imutatio mea. In qua imuta
tione qd agatur adiũgit. ((Uocabis me: et
ego rñdebo tibi.)) Respondere cuilibet di
cimur: cũ eius factis congrua admicẽ ope
ra reddimus. In illa igitur cõmutatiõe vo
cat dñs et rñdet homo: qr ante icorrupti cla
ritatẽ incorruptus hõ ostenditur post cor
ruptionẽ. Nunc eteni quousqz subditi cor
ruptiõi sumus auctori nostro mime respon
demus: qr dum corruptio ab icorruptiõe lõ
ge ẽ: similitudo apta nostre rñsionis non ẽ.
De illa vero imutatiõe scriptum est: Cum ap 1. Jo. 3.
paruerit similes ei erimus: qm̃ videbim⁹ eũ
sicuti ẽ. Tunc ergo vocati deo veraciter re
spondemus: qñ ad summe icorruptiõis cel
sum icorruptibiles surgimus.

Capitulum. x.

ET qr hoc pcipere creatura
ex semetipsa nõ valet: sed so
lius oĩpotẽtis dei dono agi
tur ut ad tantá icorruptio A
nis gloriá pmutemur: recte
subiungit ((Operi manuum
tuarũ porriges dexterá tuá.)) Ac si apte di
cat: Idcirco creatura corruptibilis psistere

ad incorruptionē pōt: q2 tua pītīa manu erigitur: ⁊ tui respectus grā vt psistat tenet. Humana nāq3 creatura eo ipso q creatura est: i semetipsa habet sub se defluere: sed a cditore suo homo accepit: vt ⁊ sup se ɔtēplatione rapiat: ⁊ i semetipso in icorruptione teneatur. Creatura ergo ne sub se defluat sed i corruptione persistat ad icōmuta-
B bilitatis statum auctoris sui dextera leuat. Potest quoq3 dextere nomine fili⁹ designari: q2 oia per ipsu3 facta sunt. O peri igitur manuū suaru3 porrexit oipotens de⁹ dexteram suā: q2 vt abiectū atq3 in ifimis iacēs ad summa erigeret genus humanū: incarnatū ad hoc vnigenitū misit. Ex cui⁹ nobis icarnatōe datū est: vt q ex voluntate ppria in corruptōe cecidimus: vocati nos do quādoq3 ad icorruptionis gloriam rēdere valeamus. Qua in re largitatem diuine misericordie pensare qs valeat: quod ad tantam perducit gloriam hoīem post culpam. Pēsat deus mala que facimus: ⁊ tamē p benignitatis sue grām ea misericorditer relaxat Unde ⁊ subditur: ((Tu qdē gressus meos dinumerasti: s3 parce peccat meis.)) Gressus deus dinumerat: cu3 singula queq3 nra
C opa ppter retributōem signat. Quid enim in gressib⁹. nisi vnaqueq3 nra actio dsignatur? O ipotens itaq3 de⁹ ⁊ gressus dinumerat: ⁊ pctis parcit: q2 ⁊ subtiliter acta nra ɔsiderat: ⁊ tñ hec penitentib⁹ misericorditer relaxat. Qui ⁊ duritiaz i peccantib⁹ ɔspicit: s3 tñ hanc ɔueniēte grā ad pnia3 emollit. Culpas ergo dinumerat: cū nosipsos ad singula que fecim⁹ defiendo ɔuertit. Quas misericorditer relaxat: q2 eas dū nos punim⁹ ipse nequaq3 i extremo examine iudicat: Paulo attestāte q ait: Si nosmetipsos diiudicaremus: nō vtiq3 iudicaremur. Unde adhuc subditur.

Capitulum. xi.

S Ignasti quasi i sacculo delicta meā sed curasti inigratē meā.)) Signa-
A tur quasi i sacculo delicta nra: q2 hoc qd nos exterius agim⁹ nisi penitentia interueniente diluamus: i secreto iudicioꝝ dei sub quadam occultatōe seruatr: vt quādoq3 ēt de sigillo secreti exeat ad publicum iudiciū Unde ēt per Moysen dr: Nōne hec congregata sunt apud me: ⁊ si- Deut. 32.
gnata i thesauris meis: In die vltōis reddam illis. Cum ḡo pro malis que fecim⁹ disciplinae flagello atterimur: ⁊ hec per pnia3 defiem⁹. Inigtatem nostrā sigt ⁊ curat ga nec multa h deserit: nec in iudicio puniēda reseruat. Signat igitur delicta: q2 ea h subtiliter attēdit vt feriat: curat ḡo q2 hec p flagellū funditus relaxat. Unde inigtatē quoq3 illius persecutoris sui quem in terra
pstrauerat signando curauit: cū de illo ad Act 9
ananiam dixit: Uas electōis mihi ē iste: vt portet nomē meū corā gentibus ⁊ regib⁹ ⁊ filijs israel. Ego. n. ostendā illi: q̄nta eū oporteat pati p nomine meo. Cui eniz adhuc p trāsactis excessib⁹ venturas passiones mi-
natur: pfecto hoc quod deliquerat in cor- B
de signatū tenebat. Sed pculdubio delicta ei⁹ signando curauerat: quem vas electōis vocabat. Uel certe peccata nostra signanē in sacculo. cū mala que fecim⁹ solicito semper corde pensamus. Quid nāq3 ē cor hominis nisi sacculus dei? Ubi dum studiose conspicimus per quanta deliqmus: peccata nostra quasi in dei sacculo signata por-
tamus. An non peccatum suum Dauid si- Ps. 50.
gnatum tenebat in sacculo q dicebat: Inigtatem meam ego agnosco: ⁊ delictū meū corā me est semper. Et q2 culpas quas nos intuendo ⁊ penitendo cognoscimus: pi⁹ nobis cōditor relaxat. recte post signata i sacculo delicta subiungitur: Sed curasti inigtatem meam. Ac si aperte dicat: Que modo signas vt penitendo videam: agis procuLdubio ne in retributione videantur. Sequitur. ((Mons cadens defluit: ⁊ saxum transfertur de loco suo. Lapides excauant aque ⁊ alluuione terra consumitur: ⁊ homines ergo similiter perdes.)) Hoc crebro agitur vt cadentibus rupibus saxum ad loca alia transferatur: vt aque lapides excauent: ⁊ paulatim terra alluuionibus consumatur. Sed magna nobis intentiōe discutiendum est quod infertur. Et hoīes ergo pdes similiter. Quid enim hoc q cadēti mōti: ⁊ saxo translato: q ex cauato lapidi: ⁊ p alluuionem terre ɔsumpte pditio humana compatur: nisi hoc quod patenter datur i-
telligi. q2 duo sunt genera tētationū. Unū C
q in mente etiam iusti hois per repētinum

euentum agitur: quatenus si subito tempte tur: vt hunc inopinato percussu concutiat ꝛ psternat: casum ꝗ suũ non nisi postq̃ ceci derit videat: aliud ꝓ quod paulatim ve nit in mente ꝛ resistentez animũ lenib⁹ sug gestiõibus inficit: ꝛ oẽs in eo vires iusticie nõ nimietate sua: sed assiduitate consumit. Quia ergo alia est tẽtatio que iustos plerũ q̃ subita inuasione prosternit: dicat̃ mons cadens defluit: ꝛ saxũ transfertur de loco suo. i. mens sancta cuius locus iusticia fue rat in pulsu subito transfertur ad culpam. Rursum q₂ alia est tẽtatio: que se cordi ho minis leniter infundit: oẽmq̃ duriciã forti tudinis corrũpit atq̃ consumit: dicatur: la pides excauant aque: q₂ videlꝫ duritiã mẽ tis absorbent assidua ꝛ mollia blandimen ta libidinis: ꝛ lentum atq̃ subtile vitiũ cor rupit durũ ꝛ forte propositũ mentis. Unde subditur. Ca: 12.

ET alluuione paulatim ter ra ɔsumitur. Sicut enĩ in
B fluente aqua paulatim cõ sumit̃ terra: sic leniter surri piente vicio mens etiã for tis absorbetur. Unde bene subiũgitur. ❡ Et homines ergo similiter ꝑ des. i. q₂ cum tẽtationem iusto iudicio eius menti q̃ stare in alto cernitur repẽte domi nari permittis cadere: ac defluere montem facis: ꝛ cũ voluntas ad vicium cõmutatur quasi ad locũ alium transfertur saxũ. Cum ꝓ tẽtationem lentã atq̃ subtilem sꝫ tñ as siduam: eorũ q̃ fortes eẽ credũtur preualere mẽtibus finis: quasi lapides excauãt aque: ꝛ alluuione paulatim terra ɔsumitur: q₂ ni mirum suggestione leni subacta mentis du ricia mollitur. Uideamus Dauid ille quã tum mons altus fuerit: q̃ tãta dei mysteria
2.Re.xi ꝓphetico spũ valuit contemplari: sed aspi ciamus q̃ subito casu defluxit. Qui duꝫ in solario perambulans: alienam coniugẽ cõ cupiuit: abstulit: eiusq̃ virum cuꝫ dãno sui exercitus interemit: repentino casu non ce cidit: cũ mens illa mysterijs celestib⁹ ɔsue ta inopinatu tentatione deuicta est: tã que
B imanissime turpitudini subacta: Saxũ ita q̃ de loco suo translatum ẽ: cum prophete animus a ꝓphetie mysterijs excisus ad co gitandas turpitudines venit. Uideam⁹ eti am qualiter lapides excauant aque: ꝛ allu uione paulatim terra cõsumitur. Salomon Re.xi.
quippe imoderato vsu atq̃ assiduitate mulie rum ad hoc vsq̃ perductus ẽ: vt tẽplũ ido lis fabricaret: ꝛ q̃ prius deo tẽplum ɔstru xerat: assiduitate libidinis etiã perfidie sub stratus idolis construere tẽplum nõ timuit. Sicq̃ factũ est: vt ab assidua carnis petu lantia vsq̃ ad mentis perfidiam ꝑueniret. Quid itaq̃ aliud q̃ aque excauarũt lapi dem ꝛ alluuione paulatim terra ɔsumpta est. Quia surripiente paulisꝑ infusione pec cati: terra cordis illius ad ɔsumptiõem de fluxit. Cõsideret ergo beatus Job vtrasq̃ C
tẽtationes: vel subitam ꝛ imensam: vel len tam atq̃ longiorem: cõsideret casus homi num: ꝛ ex his que exterius accidunt rapiat interius contẽplationem dicens. ❡ Mõs cadens defluit: ꝛ saxum transfertur de lo co suo. ❡ Lapides excauãt aque: ꝛ alluuio ne paulatim terra consumitur: ꝛ hoĩes er go similiter ꝑdes. i. sicut hec insensibilia mo do subito corruunt: modo paulisper infusa aquarum mollicie consumũtur: ita etiã eũ quem rõnabilem condidisti: vel subita ten tatione deijcis: vel longa ac lenta consumi permittis. Atq̃ mox eandeꝫ rõnabilẽ crea turam verbis sequentibus explicat dicẽs: ❡ Roborasti eum paululum: vt iperpetuũ transiret. ❡ Paululũ roboratus ẽ homo: q₂ hic viuendi vires ad modicum accepit vt i perpetuũ transeat: vbi eius vitam ter minus nõ ɔcludat. Sꝫ i hac breuitate vbi roboratus ẽ colligit vnde i perpetuitate in ueniat. vel vt semꝑ gaudeat: vel vt suscepta supplicia nõ euadat. Qui pro eo q̃ paulu lum roboratus ẽ vt i perpetuum transeat: apte mox subditur: ❡ Immutabis faciem eius ꝛ emittes eum. ❡ Facies hoĩs immutat̃ cũ eius spẽs morte atteritur. Emittitur ve ro q₂ ab his que volens renuit: transire ad eterna cogitur nolẽs: dũq̃ ad illa ꝑducit̃: hec q̃ diu cogitata tenuit qualiter sese ha bitura sint relicta nescit. Unde ꝛ additur.

Capitulum. 13.

SIue nobiles fuerint filij ei⁹ A
siue ignobiles nõ itelliget. Si cut enim hi q̃ adhuc viuẽtes sunt mortuorũ anime quo lo co habeantur ignorant: ita mortui vitam in carne viuentium post eos qualiter disponatur nesciũt q₂ ꝛ vita spũs

lõge est a vita carnis: et sicut corporea atq; incorporea diuersa sunt genere: ita etiã distincta cognitione. Quod tamen de animabus sanctis sentiendum nõ est: quia que intus oĩpotẽtis dei claritatẽ vidẽt: nullo modo credendũ est: quia foris sit aliquid qđ ignorent. Sed carnales quiq; qui amorem precipuũ filijs impendunt: hoc eos beatus Job nescire postmodũ asserit: qđ hic vehementer amauerãt: vt siue nobiles siue sint ignobiles filij nesciant: quoꝝ eos semp cura fatigabat. Qđ tamen si intelligi spiritualiter debet: non incongrue filioꝝ noĩe opera
B designantur: sicut de muliere paulus dicit.
1.Thi.2. Quia salua erit per filioꝝ generationem. Neq; enim mulier que continentie studens nequaq; filios generat salua non erit: sed p generationẽ filioꝝ saluari dicitur: quia p effectũ bonorũ opeꝝ ꝑpetue saluti sociat. Nobiles ergo sunt filij: recta opera: ignobiles aũt facta ꝑuersa. Et sepe homo agere quelibet bona intentione nititur: sed tamẽ pro multis que surripiunt eius acta apud oĩpotentem deũ qualiter habeant incertuz est. Siue itaq; nobiles fuerint filij eius siue ignobiles non intelliget: quia subtili examine discussa vtrũ approbentur eius opa an reprobent ignorat. Et hic ergo homo i dolore laboris est positus: et illuc ducit i timore suspitionis. Unde adhuc de ipso presentis vite labore subiungitur. ((At tamen caro eius dum viuit dolebit: et anima eius su-
C
1.Cor.7. per semetipso lugebit.)) De cõiugib⁹ paulus dicit: tribulationem tamẽ carnis habebunt huiusmodi: sed tribulationem carnis hic pati possunt: etiam iam qui spiritualiter viuunt. Cur ergo inesse coniugibus carnis tribulatio quasi spiritualiter dicitur ꝗ etiã a vita spiritualiũ longe non ẽ: nisi qꝛ hi frequenter maiores tribulationes ex carne suscipiunt: qui carnis voluptatibus delectantur. Bene autẽ dicitur: et anima eius sup semetipso lugebit: quia quisquis in se gaudere appetit eo ipso iam in luctu est: quo a vera leticia recessit. Uera quippe leticia mentis creator est. Dignũ itaq; est vt in se semper homo merores inueniat: qui derelicto creatore in se gaudium querebat. Sequitur.

Capitulum. 14.

Espõdens Job ca.15.
autem Eliphas themanites dixit. ((Nũqd sapiens respõdebit quasi in ventum loquens: et implebit ardore stomachum suũ.)) Crebro iaz A
diximus beatum Job typum sancte vniuersalis ecclesie: amicos vero illius hereticoꝝ speciez tenere. Qui quasi ex defensione dñi occasionem stulte locutionis inueniũt: et cõtumeliosa cõtra bonos verba iaculantur. Quibus cuncta que a fidelibus sentiunt quasi in uentum prolata displicent. Unde nunc dicit. Nunqd sapiens respõdebit ꝗsi in uentũ loquens. Nec bonorũ verba dicta rõnis: sed stimulos furoris existimant. Unde et subditur: et implebit ardore stomachũ suum. Quia ea etiam que se sciunt cõtumeliose dicere: student semper vt dictum ẽ ex dñi defensione palliare. Unde Eliphas subdit. ((Arguis verbis eum qui nõ est equalis tibi: et loqueris qđ tibi non expedit.)) Nullũ vero existimant timorẽ dñi habere: nisi eum quem potuerint ad sue cõfessionis stulticiã trahere. Unde adiungit. ((Quantũ in te ẽ euacuasti timorem: et tulisti preces corã do-
B mino.)) Tulisti dicitur abstulisti: ac si aperte dicat. De tua iusticia ꝓsumẽs: creatoris tui gratiam despicis deprecari. Cum enim verã mala heretici contra bonos non inueniunt: fingunt que redarguant vt iusti esse videantur: et fit plerũq; vt ad aperta contumeliarum verba ꝑueniãt. Unde adhuc subditur. ((Docuit enim iniqtas tua os tuum: et imitaris linguam blasphemantiũ.)) Iniquitas os docet: quãdo ex mala v ta cõcipitur quod peius dicatur. Quia aũt beatus Job tanto in ore liber fuerat: quanto iustus in ope: ab amicis suis hereticorũ typũ tenentibus et de iniqua vita: et de audacia ore reprehenditur vt dicatur. Docuit enim iniqtas tua os tuũ. Ac si apte ei diceretur. Qđ ꝑuerse loqueris: ex ꝑuersiore didicisti vita. Sepe vero heretici dum quasi venerantur deum eius mysterijs contradicunt: et humilitatem putant si veritatem denegãt. Sunt
C nãq; nõnulli qui deo se iniuriã irrogare existimant: si eum verã carnem assumpsisse fa-

f

teantur: aut si hūc veraciter pro nobis car-
ne mori potuisse crediderunt. Cū p deo qua
si plus honoris conātur tribuere: coguntur
laudes veras bonitatis illi⁹ negare. Quid
enim ei est in charitatis sue laude potētius
q̄ vt illa sibi p nobis digna ad susceptionē
faceret: que ei videntur indigna. Sācta au
tem ecclesia veram carnē veram mortem il
lius confitet: sed hec dicens ab hereticis ir
rogare deo cōtumeliā creditur. Unde nūc
dicit: ꝛ imitaris linguā blasphemantium.
Cui si qd in hoc mūdo aduersitatis euene
rit: hoc ei contingere ex hac iniuria sue con
fessionis dicunt. Unde adhuc subdit. ⸿ Cō
dēnabit te os tuū ꝛ nō ego: ꝛ labia tua re-
spōdebunt tibi. ⸿ Quia enim ex errore con
fessionis existimant mala aduersitatis erū-
pere labia sua ei asserunt rñdere: vt culpa
eloquij sit cā flagelli. Ca. 15.



A Liquādo vo eis cōprimere
quasi reticeāntes volunt.
Unde Eliphas beatū Job
rephendere quasi errāde
conatur dicens. ⸿ Nunqd
primus homo tu natus es:
ꝛ ante colles formatus? Nunquid consiliuz
dei audisti: ꝛ inferior te erit eius sapiētia? ⸿
Ac si vbis apertioribus dicat: qui de eterno
loqueris: pensa quis tēporalis es. Quia de
eius sapientia disputas: pensa quia ei⁹ cō-
siliū ignoras. Sed qꝛ ad hoc heretici verba
dñice defensionis assumunt: vt docti eē vi
deantur: ꝛ dū diuinā gloriaz defendere vi-
dentur suam sciam hominib⁹ innotescant.
ipsa hec Eliphas subiuncta verba testant
qui loq quidē de sapientia dei cepit sed sta-
tim ad suaz elationē cecidit dicēs. ⸿ Quid
nosti qđ ignoremus: quid intelligis qđ ne-
sciam⁹? ⸿ Que videlz dicta patenter osten-
dunt: ex qua mentis elatione pdeat: qcqd
quasi ad dñicam defensionē sonat. Seqtur.
B ⸿ Et senes ꝛ antiq sunt in nobis multo ve-
tustiores q̄ patres tui. ⸿ Quia oēs hereti-
ci a sancta vniuersali ecclesia sunt egressi: te
statur Joānes q ait. Ex nobis pdierunt: sz
1. Jo. 2. non erant ex nobis. Sed vt ea que asserūt
cōmendare stultis mentibus hominū quasi
de antiqtate possint: antiquos patres se ha
bere testantur atqz ipsos doctores ecclesie
sue pfessionis magistros dicūt. Cūqz p̄sen-
tes pdicatores despiciunt de antiquoꝝ pa-
trum magisterio falsa p̄sumptione gloriāt-
tur. vt ea que ipsi dicūt etiā antiquos pfes-
tenuisse fateant: quatenus hoc qđ rectitu-
dine astruere non valent: quasi ex illoꝝ au-
ctoritate cōfirment. Quia vo scriptum est.
Quē diligit dñs castigat: flagellat autem Heb. 12.
oēm filiū quem recipit: sepe sancta ecclesia
multis in hac vita aduersitatibus laborat:
ꝛ reproboꝝ vita tanto sine flagello dimitti
tur: quāto ad nulla p̄mia seruatur. Sed af- C
flictiones sancte ecclesie vidētes heretici eā
despiciunt: ꝛ tot illam flagellis atteri ex pra
ue pfessionis merito suspicantur. Unā ad-
huc subditur. ⸿ Nunqd grāde est: vt cōso-
letur te deus. ⸿ Sed verba tua praua hoc
phibent. Ac si ei patenter dicat. Si profes-
sionem fidei corrigeres: iam dudū consola-
tionē a flagellis habere potuisses. Seqtur.
⸿ Quid te eleuat cor tuū: quasi magna co
gitans attonitos habes oculos? ⸿ Sepe iu
storū mens ita ad altiora contēplanda su-
spēditur: vt exterius coꝝ facies obstupuisse
videantur. Sed qꝛ hanc contēplationis vim
in occulto agere heretici ignorant: hoc a iu-
stis ꝛ recta sapientibus fieri magis per hy-
pocrisim q̄ per veritatē putāt quia hoc qđ
ipsi habere nequeunt inesse veraciter alijs
non suspicantur. Sequitur.

Capitulum. 16.



Q Uid tumet cōtra deū spiri-
tus tuus: vt pferas de ore A
tuo huiuscemodi smōes? ⸿
Plerūqz iusti aliqbus ne-
cessitatibus afflicti sua ope
ra cogunt fateri: qđ beat⁹
Job fecerat quē post iusticiā flagella depri
mebant. Sed cū eorum dicta iniusti audi-
unt: h per elationē potius q̄ veritatē existi
mant plata. Ex suis enim cordibus vba iu
storū pensant ꝛ dici humiliter posse vba bo-
na non estimāt. Sicut enim grauis culpa ē
sibi hoc hominem arrogare qđ non est: sic
plerūqz culpa nulla est: si humiliter bonum
dicat qđ est. Unā sepe contingit vt iusti ꝛ in
iusti habeant verba similia: sed tamē semp
coꝝ longe est dissimile ꝛ ex qbus dictis dñs
ab iniustis offenditur: in eisdem quoqz a iu
stis placatur. Nam phariseus ingressus tē-
plum dicebat. Jeiuno bis in sabbato: deci- Luc. 18.
mas do oium que possideo: sed iustificatus B
magis publican⁹ q̄ ille exijt. Ezechias qqz

rex cũ molestia corporis afflictus, ad extre-
mitatẽ puenisset vite: in oratiõe cõpunctus
Esa. 38 dixit. Obsecro dñe memento quęso q̃ mo-
do ambulauerim corã te in veritate ꝛ i cor-
de pfecto. Nec tamẽ dñs hanc cõfessionem
pfectionis eius despexit aut renuit: quem
mox in suis precibus exaudiuit. Ecce pha-
riseus se iustificauit in ope. Ezechias iustũ
se esse asserit etiã in cogitatione: atq̃ vñ il
le offendit: inde iste dñm placauit. Cur ita-
q̃ hoc: nisi q2 omnipotens deus singulorũ
verba a cogitationib9 pensat: ꝛ in eius au-
ribus superba non sunt que humili corde
pferuntur. Unde beatus Job cũ sua opa
C ptulit contra deũ nullo modo tumuit quia
ea que veraciter fecerat humiliter dixit. Sꝫ
solent heretici errorũ suoꝝ dictis vera aliq̃
pmiscere. Et amici btĩ Job quãuis i repre
hensione eius oĩmodo fallant: possunt ta-
men ꝛ quedã vera dicere: que et illius affi
i. Cor. 3. dnitate didicerant. Quoꝝ dicta si oĩa refu-
tanda essent: Eliphas sniam Paulus apo
stolus minime ptulisset dicens. Apprehen-
dit sapientes in astutia eorũ. Quia igitur ꝛ
ea que recta dicunt contra beatum Job re
cte non dicũt: nos in eorũ dictis ꝛ caleem9
vitiũ indiscretionis: ꝛ discutiamus vires re
ctitudinis. Seqtur. ¶ Quid est homo: vt im
maculatus sit? ¶ Eo enim ipso quo dicitur
homo. terrenus exprimitur ꝛ infirmus: ho-
mo enĩ ab humo appellatus est. Et quõ eẽ
valet sine macula: qui sponte sua ad ifirmi
tatẽ cõcedit factus de terra. Ubi ꝛ addit.
Et vt iustus appareat natus de muliere.
Prima qppe viro iniusticiam mulier ppi-
nauit in paradiso. Quõ ergo iustus appare
bit qui de illa natus est: que iniusticie propi
natrix extitit? Seqtur. Ca. 17.
Ecce, inter sanctos eius ne
A mo immutabilis; et celi non
sunt mũdi in cõspectu eius
Hoc celoꝝ nomine repetit
qs sanctoꝝ prius appella-
tione signauit. Nã de eisdẽ
Ps. 18. sanctis scriptum ẽ. Celi enarrant gloriam
dei. Qui p naturã oẽs in semetipsis ppriã
mutabilitatem habent: sed dñi immutabili
veritati studiose semp inherere desiderãt:
inherẽdo agunt vt immutabiles fiant. Cũ-
q̃ ad hanc toto affectu se tenent qñq̃ acci-
piũt vt super semetipsos ducti vincãt hoc:
quod in semetipsis mutabiles extiterant.
Quid enim mutabilitas: nisi mors quedã
est? Que dum rem quãlibet in aliud immu
tat: quasi occidit, quod fuerat: vt incipiat
esse quod nõ erat. Et de auctore omnium
scriptum est. Qui solus habet immortalita i. Thi. 6
tem: quia videlꝫ in semetipso solus immuta
bilis est. De quo per Jacobum dicitur.
Apud quem non est transmutatio: nec vi- Jac. i.
cissitudinis obũbratio. Ipsa enim mutabi
litas vmbra est: que quasi obscuraret lucẽ
si hanc per aliquas vicissitudines permuta
ret. Sed quia in deo mutabilitas nõ venit: B
nulla eius lumen vmbra vicissitudinis inter-
cidit. Bene autem, dicitur. Celi non sunt
mundi in conspectu eius: quia per semet-
ipsos ante districtum dei iudicium nec ipsi
esse mundi sed perfectum possunt qui mun
dicie predicatores, fuerunt: Joanne attestan-
te qui ait. Si dixerimus quia peccatum nõ
habemus: ipsi, nos seducimus. Si igitur in i. Jo. i.
ter sanctos illius nemo immutabilis est: et
celi in conspectu illius non sunt mundi: qs
apud se de iusticie opere presumat? Unde
ꝛ subditur. ¶ Quanto magis abominabi-
lis ꝛ inutilis homo: qui bibit quasi aquas
iniquitatem. ¶ Qui immaculatũ prius ho
minem ꝛ iustum per se esse negauerat: hunc
abominabilem ꝛ inutilem appellat: abomi-
nabilem scilicet propter immundiciam ma-
cule: inutilem vero propter iniusticiam im-
perfecte vite. Qui tamen abominabilis et C
inutilis intelligi ꝛ aliter potest. Aliquãdo
enim peruersus quedam recte agere vide-
tur: sed per ea que iniqua sunt etiaꝫ ea que
eius recta sunt destruuntur. Et quia multũ
deo displicent mala: neq̃ illa placent que
videntur bona. Qui ergo i malis suis deo
abominabilis est: q2 dum se per praua ope-
ra deo execrabilem exhibet: nec illud de eo
quod rectum videtur placet. Bene autẽ di
citur. qui bibit quasi aquas iniquitatẽ. hoc
nsq̃ quod comeditur cum mora glutitur:
quia manditur vt glutiatur. Quod autem
bibitur tantam ad gluttiendum moram nõ
habet quanto nullã ꝛ ad mandendũ neces
sitatem habet. Culpa ergo q2 a stulto homi
ne sine vlla retractione perpetratur: quasi aq̃
iniquitas bibitur. Qui enim illicita sine ti-
more facit: quasi potũ iniusticie sine obstacu
lo glutit. Seqtur. Ca. 18.



Stendã tibi audi me: q̃d
A vidi narrabo tibi.)) Habẽt
hoc omnes arrogãtes ꝓ
prium: vt cum rectum quid
vel parum senserint ĩ vsũ
hoc elationis inflectãt: at-
q̃ vnde per intellectũ sibimetipsis altiores
fiant: inde per tumorem in foueã elationis
cadant: seq̃ doctis doctiores existiment: re
uerentiã sibi a melioribus exigant: et doce-
re sanctiores quasi ex auctoritate conten-
dant. Unde nunc dicitur. ((Ostendam tibi
audi me.)) Et qz cũ minore auctoritate do-
cet is q̃ audita q̃ is qui ea que viderit loq̃
tur: vt fortiorem sibimet auctoritatem Eli-
phas arroget dicit. Quod vidi narrabo tibi.
Quia vero nõnunq̃ heretici de dãnatis suis
patribus cõfunduntur: et tamẽ eorũ sententias
quasi cũ auctoritate ad mediũ proferunt ex
quorũ stulticia iure reprobantur: recte ipsa
hereticorũ audacia subinfertur cum dicitur.
((Sapientes cõfitentur: et non abscondunt
patres suos.)) In quorũ et laudem ꝓsiliũt:
et eos velut solos ecclesie ꝓfuisse gloriãtur.
Unde adhuc subdit. ((Quibus solis data
est terra: et non transibit alienus per eos.))
Solis suis patribus datam terrã existimãt
qz solos errorũ suorũ magistros rexisse vera
B citer ecclesiam putant. Quis vero alienus ni
si apostata angelus vocatur? Unde et per
psalmistã de cunctis simul malignis spiriti-
Psa. 53. bus dicitur. Quoniam alieni insurrexerunt super
me: et fortes quesierunt aiam meam. Here-
tici igitur qz doctorum suorũ corda apostate
angelo existimant non fuisse subiecta: tran-
sisse per eos alienum denegant. Cui videli
cet alieno per vnũquodq̃ trãsire est: iniquas
in corde eius cogitationes immittere. Unde
Esa. 51. et per ꝓphete vocem de malignis spiritibus
cõtra stantem aiam dicitur. Qui dixerunt
anime tue: incuruare vt transeamus. Sed
Eliphas themanites qz quedã narraturus
audiri vult: quãuis multa que dicẽda sunt
sciat: sed qz beato Job dicenda non erãt ne
sciat: audiamus sententias quas cõtra bea-
tum Job protulit: nec debemus cum se solum
pensare quid dixit. Sequitur. ((Cunctis die-
bus suis impius superbit.)) Solent etiam
electi in quibusdam suis cogitationibus atq̃
actibus superbire. Sed qui electi sunt cun-
ctis diebus suis superbire non possunt: quia
prius q̃ vitam finiant ad humilitatis me-
tum ab elatione corda cõmutant. Impius C
vero diebus suis oibus superbit: qz sic vitam
terminat vt ab elatione minime recedat.
Circũspicit qd temporaliter floret: et pensa-
re negligit: quo in eternum ducitur. In vita
carnis fiduciam ponit: eaq̃ diu permane-
re existimat que ad presens tenet. Solidatur
in elatione animus: in despectum adducit
ois ꝓpinquos: q̃ repentina mors surrepat
nunq̃ cõsiderat: quã sit eius incerta felici-
tas nunq̃ pensat. Qui si incertitudinẽ fu-
gacis vite cõspiceret: incerta pro certo nequa-
q̃ teneret. Unde et bene subditur. ((Et nu-
merus annorũ incertus est tyrãnidis eius.))
Superbire enim minime debuisset etiã si an-
norum suorũ numerum certum habere po-
tuisset: vt sciens quantũ viueret ꝓsideret quã
se ab elatione remoueret. At postq̃ presens
vita semper incerta est: tanto semper mors sur-
repens timeri debet: quãto nunq̃ preuide-
ri valet. Bene autem superbiã impij tyranni-
dem vocat. Proprie enim tyrãnus dicitur: qui
in cõmuni republica non iure principatur.

Capitulum. 19.



Ed sciendum est: quia ois A
superbus iuxta modũ pro
prium tyrãnidem exercet.
Nam qd nõnunq̃ alius ĩ
republica hoc per acceptam
dignitatis potentiã: alius ĩ
prouincia: alius in ciuitate: alius in domo ꝓ-
pria: alius per latentem nequiciã hoc exer-
ceat apud se in cogitatione sua. Nec intuetur
dñs quantũ quisq̃ male valeat facere: sed
quantũ velit. Et cum deest potestas foris:
apud se tyrãnus est, cui iniquitas domina-
tur intus: qz etsi exterius non affligit proxi
mos: intrinsecus tamen habere potestatẽ appe-
tit vt affligat. Et qz oipotens deus corda
pensat: iam ĩ eius oculis impius egit quod
cogitauit. Ad hoc autem conditor noster late
re nos voluit finem nostrũ: vt dum ĩcerti su
mus qñ moriamur semper ad mortem para-
ti inueniamur. Unde recte postq̃ dictũ est.
Cunctis diebus suis impius superbit: adiun-
git: et numerus annorũ incertus est tyrãni-
dis eius. Ac si aperte diceret. Cur quasi de
certo extollitur: cuius vita sub pena incerti B
tudinis tenetur. Sed oipotens deus praue
agentibus nõ solũ ventura supplicia reseruat

sed eorum corda hoc etiam vbi delinquūt
penis implicat: vt corpso quo peccāt semet
ipsos feriāt: vt semper trepidi semperqꝫ su
specti mala ab alijs pati metuāt: que se ali
is fecisse meminerunt. Unde adhuc d̄ hoc
impio subditur. ((Sonitus terroris semꝑ i
auribus illius: ⁊ cū pax sit ille īsidias suspi
catur.)) Ad aūt simplici corde felicius: qa
quo inocentiam erga alios exhibet: nihil ē
quod pati ab alijs formidet. Habet enim
quasi arcē quādam fortitudinis simplicita
tem suam: ne suspectus ē pati quod se fecis
Prou. 14 se nō meminit. Unde bn̄ per Salomonem
Ubi. ā. d̄r: In timore dn̄i fiducia fortitudinis. Qui
⁊ rursum ait: Secura mēs: quasi iuge cōui
C uiū. Quasi enī continuatio refectōis ē ipa
tranqllitas securitatis. At contra mēs pra
ua semper est in laboribus qꝛ aut molitur
mala que iferat: aut metuit ne hec sibi ab ali
is inferantur. Et qcqd contra proximos ex
cogitat: hec ꝯtra se excogitare a proximis for
midat. Fit vndiqꝫ suspecta: vndiqꝫ trepida
Dis q ad memoriam venit: ergere cōtra
ria creditur. Cui ergo tranqllitas securita
tis deest: huic peculdubio terroris sonit⁹ sꝑ
in auribus est. Et sepe contingit vt tali cui
libet proximus suus simpliciter loquatur: nil
aduersum cogitet. Sꝫ cum pax sit, ille insidi
as suspicatur: qꝛ q semper dolose agit: sim
Prouer. 5. pliciter erga se agi non estimat. Et qꝛ scri
ptum est: Impius cuꝫ in ꝓfundum venerit
peccatorꝫ contēnit: inuolutus iniqtatis sue
tenebris iam de luce desperat. Unde ⁊ seq
tur. ((Non credit q̄ reuerti possit de tene
bris ad lucē: circūspectās vndiqꝫ gladiū.))
Qꝛ dū feriri se vndiqꝫ insidijs credit: salu
te desperata semper ad neqtiam excrescit.

Capitulum. 20.

A Liquando hō iste peruer
sus etiam superna iudi
cia attendit: ⁊ sup se hec
euenire metuit. Sed cuꝫ
stipendiuꝫ vite pñtis que
rit: hec eadeꝫ iudicia que
metuer ceperat auaricia
deuictus insania cōtēnit. Et qdem mori se
posse in peccato estimat: sed tamē a pec
cato nō cessat. Unde ⁊ subdit. ((Cum se mo
uerit ad querēdū panem: nouit quod pa
ratus sit in manu eius tenebrarum dies.))
Panis etenī stipendium vite pñtis: tene
brarum vero dies tempus vltionis accipi
tur. In actu itaqꝫ suo aliquādo iste peruer
sus iram superni iudicis perpendit pñtem:
sed a malo non auertitur vt etiaꝫ ipsa quo
qꝫ ab eius interitu valeat auerti. Accusan
te se aūt ꝯscientia feriri metuit: sed tñ semꝑ
auget quo feriatur. Contēnit enim reduꝫ
sati: desperat veniam: superbit in culpa: sꝫ
tamē testem sue neqtie intus habet timorē
B Et quāuis praua videatur foris audacter
agere: de his tamen apud semetipsum co
gitur trepidare. Unde scriptum est: Cū enī
Sap. 17 sit timida neqa dat testimoniū ꝯdemna
tioni: qꝛ cū illicita qsqs perpetrat pauet qd̄
facit: ⁊ apertus dānationis testis est ipse ti
mor iniqtatis qꝛ ⁊ timetur quod agitur: et
tamen malū non vincitur quod timetur. De
quo ⁊ adhuc subditur. ((Terrebit eum tri
bulatio: ⁊ angustia vallabit eū: sicut regem
q preparatur ad prelium.)) In omne qd̄ ini
quus agit tribulatiōe ⁊ angustia vallatur
qꝛ cor eius anxietate ⁊ suspitione cōfundi
tur. Aliena occulte appetit vi aliena diripe
re: q laborat in cogitationibus ne dephen
di valeat. Alius relicta veritate mentiri de
liberat: vt audientium animum fallat: sed
quantus labor est sollicite custodire ne ipa
eius fallacia deprehendi queat. Penit qp
pe ante oculos quod sibi a veritatē dicen
tibus respondere possit: ⁊ cuꝫ magno cogi
tatu pertractat quomodo per argumenta
C falsitatis documenta veritatis excuperet.
Hinc inde se circūtegit: ⁊ cōtra hoc vbi de
prehendi poterit: veritati similem respon
sionem querit. Qui si velit veruꝫ dicere: vti
qꝫ sine labore potuisset. Plana quippe veri
tatis via: ⁊ graue est iter mendacij. Unde
Iere. 6. ⁊ per ꝓphetam d̄r: Docuerunt enim linguā
suam loq mendacium: vt inique agerent la
borauerunt. Bene ergo d̄r: Terrebit eū tri
bulatio: ⁊ angustia vallabit eū: qꝛ apud se
metipsum in labore timoris deficit: qui se
curitatis sociam viam veritatis relinquit.
Qui bene regi preparato ad prelium com
paratur: qꝛ in eo ipso malo quod agit ⁊ ter
retur ⁊ festinat: ⁊ ex conscientia trepidat et
ex desiderio anhelat. Metuit ⁊ superbit: pa
uescit suspitionibus: ⁊ mentem per audaci
am erigit.

Capitulum. 21.


Ciendum quoque est: quia
A rex qui preparat ad pre-
lium sic de hoste suspect⁹
e: ut eundem quoque quem
ducit exercitum metuat ne
labefaciet: ne destitutio-
ne militum iaculis pareat
inimicorum. Iniquus ergo angustia vallatur: si
cut rex qui preparatur ad prelium: quia videlz
falsa agens falsa loquens formidat ne su-
os amittat milites. i. argumenta falsitatis:
et veritatis iaculis pareat si ei fortasse de-
fuerit quod ex fallaciis opponat. Sed quãuis
animus trepidet: quãuis cõscientia accuset
cupiditate sua inimicus non vincitur: sed
suppresso pauore audaciam ex ingratibus
sumit. Et sepe etiam visione menti proposi
ta se contra deum erigitur: quelibet ab eo
aduersa ppeti delibérat: dum modo hic dũ
valet omne quod placet agat. Unde et sub-
ditur. ((Tetendit enim aduersus deum ma-
nam suam: et contra omnipotentẽ roboratus
est. Cucurrit aduersus eum erecto collo: et
B pingui ceruice armatus est.)) Hec de ipso
iniquorum capite scilicet antichristo apertius
sentiuntur qui contra deum manũ erigens
roborari dicitur: quia prauo in tẽpore per
mittitur exaltari: ut cum ad modicum glo
riari finitur: eo in perpetuum atrocius pu
C niatur. Sz quia eius membra sunt oẽs ini-
qui: hoc quod in fine mundi ille tunc singu
lariter acturus est unus: videamus modo
qualiter a malis agatur singulis. Sunt nã-
que nonnulli qui etiã qua aliquando agere
contra omnipotentis dei iudicium nitũtur:
ipsa impossibilitate implende sue volunta-
tis fracti: ad semetipsos respiciunt atque ad
eum quem contẽnere voluerant conuertun
tur: et qui discedere longe poterant si quod
vellent implere valuissent: per hoc aliquan
do saluantur: quia quod nequiter volue-
runt implere nequiuerunt. Unde ad se re
duci cuius sint conditionis aspiciunt: et
plangunt se contraria veritati voluisse. Et
sunt nonnulli qui hoc quod peruerse cõtra
deum appetũt: iusto dei iudicio implere ne
quius permittuntur. Et cum eos malicia
accendit: potentia roborat: tãto iam semet
ipsos in errore cognoscere nequeunt: quan
to in rebus affluentibus extra se semper per
D potentiam trahuntur. De quorum nunc i-
tentione dicitur. Tetendit enim aduersus
deum manum suam: et contra omnipoten-
tem roboratus est. Contra deum quippe
manum tendere est: in operatiõe praua de
spectis dei iudicijs perseuerare. Et quia tunc
magis irascitur deus quando permittit im
pleri quod sal tem concipi in cogitatiõe nõ
debuit: contra omnipotentem iniquus iste
roboratur: quia prosperari in mala sua actio
ne permittitur: quatenus et peruersa faciat
et tamen feliciter viuat. De quo adhuc sub
ditur. ((Cucurrit aduersus eum erecto col-
lo.)) Erecto collo contra deum currere est:
ea que creatori displicent etiam audacia per
petrare. De quo recte dicitur cucurrit. i. in
malo opere obstaculum de aduersitate nõ
habuit. De quo adhuc additur.

Capitulum. 22.


T pingui ceruice armatus
est.)) Pinguis ceruix e opu- A
lenta superbia: affluẽtibus
videlicet rebus quasi mul-
tis carnibus fulta. Potẽs
igitur iniquus. pingui cer-
uice contra deũ armatur: quia rebus tẽpo-
ralibus tumens contra precepta veritatis
quasi de magnitudine carnis erigitur. Quid
enim paupertas nisi quedam macies: et quid
rerum abundãtia nisi pinguedo est vite pre
sentia? Pingui ergo ceruice se contra deũ
erigit: qui temporalem abundantiam i su-
perbiam assumit. Habent enim hoc poten
tes et iniqui pprium: ut fallacibus diuitijs
occupati veras dei opes negligant: et quan
to minus quod verũ est inquirunt tãto am
plius falsis diuitijs extolluntur. Cura etenim
multiplex terrenarum rerum quia occupat
excecat. Unde adhuc apte subiungitur.
((Operuit faciem eius crassitudo.)) Uisus
quippe in facie est: in qua et prima corpo- B
ris honorabilior pars est. Non ergo imme
rito mentis intentio per faciem designatur
nam quolibet vertimus illuc videmus. Fa
ciem ergo crassitudo operit: quia desidera-
ta terrenarum rerum abundantia oculos
mentis premit: et hoc quod in eis esse hono
rabile debuit ante dei oculos fedat: quia cu-
ris multiplicibus aggrauat: quibus tamen
nec solam sufficit ut ipsi superbiant: nisi et
hi qui eis coniuncti sunt de eorũ pinguedi-
ne etiam ipsi glorientur. Nam sunt nõnulli

qui patronis maioribus adiuti superbiunt: et
de eorum potentia contra inopes extollun
tur. Unde adhuc subditur. ((Et de lateri
bus eius aruina dependet.)) Quia aruina
pinguedo carnis est et latera dicere diuites
solemus hos quos eis coniunctos cernimus.
Aruina de eius lateribus dependet: quia
quisquis potenti et iniquo adheret: ipse quo
que de eius potentia velut ex pinguedine re
rum tumet: patroni peruersi iniquitatem se
quens deum non timeat: quos valet et quan
tum valet pauperes affligat: de gloria tem
porali cor eleuet. Cum ergo talis est qui ini
quo potenti adheret: de eius profecto latere
aruina dependet. De quibus adhuc subdit.

Capitulum. 23.



Habitabit in ciuitatibus de
solatis et in domibus deser
A tis: que in tumulos sunt re
dacte. Quia enim a conuer
satione conuenientium ciuitas
appellatur: ciuitates desola
te sunt: ipsi obsequentium cunei peruersorum:
quorum dum operibus peruersus iste laudatur:
ad praua opera per nequiciam rapitur. Unde
Ps. 9. scriptum est. Laudatur peccator in deside
rio anime sue: et qui iniqua agit benedicitur.
Domus vero deserte. sunt cogitationes pra
ue: quas iniquus iste inhabitat: quia per om
ne quod agit iniquorum hominum placere cogita
tionibus appetit. Que ciuitates desolate
et domus deserte recte nominantur: quia nisi
omnipotens deus talium conuersationes cogita
tionibusque precedentibus eorum culpis relinque
ret: ad grauiora perpetranda minime perue
nirent. Bene autem dicitur: que in tumu
los sunt redacte. Ruentia namque domorum
atque ciuitatum edificia tumulos faciunt: quoniam
dum praui qui confusis actionibus sibimet
ipsis ad peruersa opera iungunt: ostendunt
procul dubio quia de edificio virtutis ceciderunt.
Sequitur. ((Non habitabitur: nec perseuera
bit substantia eius: nec mittet in terra radi
B cem suam.)) Quod hic non habitabitur dictum
est: in quibusdam codicibus reperi non dita
bitur. Sed sensus non discrepat: quamuis se
sermo discordet. Ille enim virtutibus ditatur
cuius mentem inhabitat omnipotens deus. Sed
quia superbi cogitatio ab auctoris sui gratia
non inhabitatur: profecto per hoc virtutibus
non ditatur. Propter hoc ergo quod interius est
vacuus dicatur: non inhabitabitur. Propter
hoc vero quod transitione foras tumet recte sub
iungitur: nec perseuerabit substantia eius. Ac
si aperte dicat. Hoc quod habere videtur exterius
transit: et illud quod transire non poterat inte
rius non habet. Unde et apte adiungitur.
((Nec mittet in terram radicem suam.)) Quod
si de hac terra dictum accipimus: liquet pro
culdubio quia arbor que in terra radicem non
habet vel tenuissimus commota flatibus ca
det. Et superbus quisque dum contra omnipoten C
tem dominum roboratur: dum currit erecto col
lo et in pingui ceruice contra auctorem erigi
tur: stare quasi arbor videtur. Sed status eius
sine radice est: quia velut ad lenem flatum sic
ad mortem occulte sue vita eius eruitur. Sin
vero hoc loco terram eterne vite retributionem
accipimus: de qua propheta ait: Portio mea Ps. 141.
in terra viuentium: iniquus iste in terram ra
dicem suam non mittit: quia nunquam ad eterne vite
desiderium cordis sui cogitationem plantat.

Capitulum. 24.



Quod enim radix arbori: hoc A
vniuscuiusque hominum cogitatio
sua est: quia in hoc quod exterius
videtur: per illud tenetur quod inte
rius non videtur. Unde et per
prophetam dicitur. Mittet Esa. 37
radicem deorsum: et faciet fructum sursum.
Cum enim cogitationem nostram ad compatiendum
indigenti primo tendimus: quasi radicem deor
sum mittimus: ut retributionis fructum su
perna faciamus. Sequitur. ((Non recedit
de tenebris.)) Si superbus iste a culpa ad
iusticiam redire voluisset: de tenebris rece
deret. Sed quia lucem iusticie non querit de
tenebris non recedit. Cuius etiam exemplo
hi qui ei adherent in terrenis prouectibus anhe
lant: auaricie facibus accenduntur: deside
riorum carnalium ignibus vruntur. Unde et
subditur. ((Ramos eius arefaciat flamma.))
Si enim sibi quosdam eternam patriam querentes
ca adiungeret: ramos in se virides habe
ret. Sed quia ipsi quoque qui ei coniuncti sunt
terrenis desideriis estuant: et dum desiderio B
rum flamma clientum eius animos accendit sci
licet ramos arefacit: ut fructum boni operis
non ferant: quia ad appetenda infima per
nequitiam anhelant. Bene autem subdi
tur. ((Et auferetur spiritu oris sui.)) Su
perbus etenim quisque quo in hac vita plus

valet eo sibi lingue frena audacius relarat
vt loquatur peruersa quelibet: nullũ de ver
bis suis metuat. istos cõtumelijs feriat. il
los maledictionib⁹ iaculetur. Nõnunq̃ vo
in blasphemiã cõtra cõditorem rapitur: si
Ps. 72. cut de talibus per psalmistã dicitur. Posue
runt in celo os suum: ⁊ lingua eorum transi
Luc. 16. uit sup terrã. Unde ⁊ diues in igne positus
stillari sibi aquã ex digito lazari in lingua po
stulat. Qua ex re intelligitur: q2 vbi ampli⁹
peccauerat: ibi atrocius ardebat. Recte er
go nũc dicitur. Et auferetur spiritu oris sui:
q2 eo percussionis sniam accipit quo oris sui
spiritũ sub diuina formidine non restrinxit.
C Sequitur. ((Non credit frustra errore dece
ptus: q aliquo p̃cio redimendus sit.)) Quo
tiens post culpam elemosinas facim⁹: quasi
pro prauis actibus preciũ damus. Unde ⁊
per pphetã de eo q hec nõ agit dicitur. Nõ
Ps. 48. dabit deo ppitiationẽ suam: nec preciũ re
demptionis anime sue. Nõnunq̃ vo diui
tes elati inferiores opprimũt: aliena rapiũt
⁊ tamẽ quasi quedã alijs largiuntur: ⁊ cum
multos deprimant: aliquando quibusdam
opem defensionis ferunt: ⁊ pro iniquitatib⁹
quas nunq̃ deserunt dare preciũ videntur.
Sed tunc elemosine preciũ nos a culpis li
berat: cũ ppetrata plangimus ⁊ abdicam⁹.
Nam q ⁊ semp peccare vult: ⁊ quasi semp
elemosinã largiri: frustra preciũ tribuit: q2
non redimit aiam quã a vicijs non compe
scit. Unde ⁊ nũc dicitur. ((Non credit fru
stra errore deceptus q̃ aliquo precio redi
mendus sit: q2 elemosina superbi diuitis eum
redimere non valet: quã ppetrata simul ra
pina pauperis ante dei oculos ascendere nõ
permittit.)) Ca. 25.

Quod fortasse intelligi ali
ter potest. Quia sepe sup
D bi diuites ⁊ cũ elemosinã
tribuunt: nõ hanc p eter
ne vite desiderio: sed pro
extendẽda vita tempora
li largiuntur: mortẽ se pos
se differre donationibus credunt. Sed nõ cre
dat frustra errore deceptus q̃ aliquo pre
cio redimendus sit: q2 obtinere ex impenso
munere non valet: vt finem debitũ euadat
cuius etiam nequicia intercidit vitam. Unde
⁊ subditur. ((Anteqũ dies eius impleantur
peribit ⁊ manus eius arescet.)) Prefixi dies

singulis ab interna dei p̃scientia nec auge
ri possunt nec minui: nisi cõtingat vt ita pre
sciantur: vt aut cũ optimis operibus lõgio
res sint: aut cũ pessimis breuiores: sicut Eze
chias augmentũ dierũ meruit impensione
lachrymarũ: ⁊ sicut de peruersis scriptum est.
Indisciplinatis obuiat mors. Sed sepe mi
quus quãuis in occulta dei prescientia lõge Eccl. 26.
vite eius tempora nõ sint pdestinata: ipse B
tamẽ q2 carnaliter viuere appetit: lõgos ani
mo dies pponit. Et q2 ad illud tẽpus pue
nire nõ valet q̃ expectat: quasi anteqũ dies
illius impleãtur perit. Q̃d tñ intelligere et
aliter possumus. Plerũq̃ enim quosdã cer
nimus ⁊ peruerse agere: ⁊ vsq̃ ad senectutem
vltimã puenire. Quõ enim dicitur anteqũ
dies eius impleantur peribit: cũ in quibusdã
sepe videamus q2 etate longa iam mẽbra
deficiũt: ⁊ tamẽ prauitatẽ suã eorũ deside
ria exequi nõ desistunt? Sunt nãq̃ nõnulli
q post vitã perditã ad semetipsos redeũt: ⁊
accusante se cõscientia peruersa itinera re
linquunt: cõmutãt opa: antique sue praui
tati cõtradicũt: terrenas actiones fugiunt:
desideria supna sectant̃: sed priusq̃ i eisdem
sanctis desiderijs solidentur per torporem
mentis ad ea que dudicare ceperant rede
unt: atq̃ ad mala que fugere disposuerant
recurrunt. Quia enim sepe contingit vt pro C
vtilitate multorũ: etiam sancti viri exteriori
bus actibus seruiant: ⁊ populorũ guberna
tionibus occupentur: hoc infirmi aspicien
tes ⁊ per vetustã superbiã adhuc querẽtes
imitari: exterioribus actibus se inserũt: sed
quãto ad eas non eruditi spiritalibus ve
niunt: tanto eas carnaliter exequunt̃. Nisi
enim prius cor longo studio ⁊ diutina con
uersatione in desiderijs celestibus conualue
scat: cũ ad exteriora agenda refundit̃: ab
omni statu boni opis eradicatur. Unde recte
quoq̃ de hoc iniquo dicit̃. Anteqũ dies ei⁹
impleãtur peribit: q2 etsi qd boni fortasse age
re ceperit priusq̃ in eo per longitudinẽ tem
poris cõualescat ad exteriora relabitur: et
peruerse deserit que recte inchoasse videba
tur. Unde ⁊ apte subditur. ((Et man⁹ ei⁹
arescet.)) Quia dum exterioribus actibus D
intempestiue inuoluitur: ab omni nimirum
bona operatione siccatur. Unde adhuc bene
subdit̃. ((Ledetur quasi vinea in primo flore
botrus eius, quasi oliua proijciens florẽ su

um.)) Congregatio enim hypocrite steri.lis.
Notādum q̄ sic de hoc iniquo generaliter
loquitur: vt tamen diuinus sermo ad spe-
cialem eius nequiciam derivetur. Qui eni
dicens ledetur quasi vinea ī primo flore bo
trus eius: τ quasi oliua projiciens germen
suum protinus s. bdit: cōgregatio enim hy
pocrite sterilis: pate̅ter indicat q: in hoc ini
quo reprobationis sententiam contra eius
hypocrisim inferat.

Capitulum. 26.

B 
Ed nunc pensandū nobis
est: q̄liter hypocrita sicut vi
nea in primo flore vel sicut
oliua florem projiciēs leda
tur. Si florentem vineā per
inequalitatem aeris immo
deratum frigus attigerit: protinus ab om-
ni humore viriditatis arefacit. Et sunt nō-
nulli qui post puersa itinera sanctas vias
sectari appetunt: sed priusq̄ in eis vt inti
mus desideria bona roborentur. quedam il
los presentis seculi ꝓsperitas accipit: que
eos rebus exterioribus implicat: τ eoꝝ mē-
tem diuini a calore intimi amoris retrahit:
quasi ex frigore extinguit: τ quicquid de vir
tutum in eis flore apparere videbatur iter-
ficit. In terrenis quippe actibus valde fri-
gescit animus: si necdū fuerit per itima do
na solidatus. Unde necesse est vt loca ma-
iora vel exteriora opera que humanis sunt
necessitatibus pro futura illi exercenda su-
scipiāt qui hec diiudicare atq̄ sibimetipsis
C premere ex virtute intima nouerunt. Nam
cum infirmus quisq̄ vel ad locum regimi-
nis vel ad exteriora agēda retrahitur: quo
quasi extra se reducit ur eradicatur: quia τ
arbor que radices in altum prius non mit-
tit' citius ventorū impetu sternitur: si se ad
altam verticem extollit: eo q̄ citius ad ima
corruit: quo altius in aere sine radicib⁹ ex-
creuit. Nōnunq̄ vero florentem vineā nō
frigus sed estus arefacit. Cū q̄ immoderato
calore tangitur: discusso flore botrus tabe-
scit. Et plerūq̄ contingit: vt hi qui ad bona
opera recta intentione non veniunt: cū pla-
cere se hominibus vident: ad exercēda hec
eadem opera vehementius accendant̄ hu
manis placitura oculis agere antic stude-
ant: τ quasi sancto studio feruescant. Quid
itaq̄ istos nisi in flore estus contigit quos
humane laudis appetitio a fructu alienos
fecit: Unde τ bene subditur. ((Et quasi oli C
ua projiciens florem suum.)) Oliua qppe
cum in flore est si immoderata nebula tan-
gitur: a plenitudine fructuum vacuatur. Et
quotiens inchoātes qui bona opera lau-
dari ab aspicientibus ceperint atq̄ in suis
laudibus delectari: fit caligo intelligentie ī
cogitatione vt iam discernere nequeat qua
intentione quid faciat: τ fructū perdit: ope
ris velut ex nebula fauoris. Unde bene p Cant. 7
Salomonem dicitur. Mane surgamus ad
vineas: videamus si floruit vinea: si flores
fructus pariuriunt. Florent quippe vinee:
cum mentes fidelium bona opera ꝓponūt
sed fructus non pariunt si ab eo qđ propo-
suerint aliquibus victi erroribus infirman
tur. Ca. 27.


On ergo intuendum est si A
vinee floreant sed si flores
ad partum fructuum con-
ualescant quia mirum nō
est si quis bona inchoat: s;
valde mirabile est si inten-
tione recta in bono opere perdurat. Unde
fit plerūq̄ vt si in bono opere recta intētio
non tenetur: etiam ipsum hoc opus qđ bo-
num creditur amittatur. Nam quosdā se
pe vidimus terrena que possederant reli-
quisse: τ nil iam transitorium querere: nul-
lis pro hac vita iurgijs ammisceri. Cū ita-
q̄ hoc in se fidelis anima ostēdit: quasi oli-
ua florem protulit. Sed cum quidam ex ta
libus rursus ceperint mundi gloriam quā
contēpserant querere τ terrenis reb⁹ quas
spreuisse videbantur insaciabiliter inhiare:
vacare iurgijs: proximorum lesiones exqui
rere: nimirum projecit oliua florem quē pro
posuit quia rudimenta boni studij ad per-
fecta opera non perduxit. Sed sciendum ē
quia hec semper eis eueniunt: qui deum pu
ro ac simplici studio non sequuntur. Unde
recte subditur. ((Congregatio enim hypo-
crite steril.s.)) Certa enim bona non amit-
teret: si hypocrita non fuisset. Congregant
ƀo τ hypocrite bona opera: sed eorum ste-
rilis est ipsa congregatio: quia per hoc qđ
agunt fructum recipere in eterna retributio
ne non appetunt: fecundi ac viridea in suis
operibus humanis oculis videntur: sed in
conspectu occulti iudicis infecundi et ari-

ri apparent. Sepe vero estu auaricie accē si eo maiora de se opa humanis oculis ostēdunt: quo ampliora sibi ab hoibus offerri munera appetunt. Unde adhuc subditur: ¶ Et ignis deuorabit tabernacula eoꝝ qui munera libenter accipiunt.) Sicut enim corpus in tabernaculo: sic mens habitat in cogitatione. Sed ignis tabernacula deuorat
C cū estus auaricie cogitationes vastat. Et fit plerūq; vt hypocrita aurū vel quecq; bona corporalia ab hoibus accipere contemnat. Sed qz hec nō accipit maiores ab eis laudes recipere querit: ꝛ fortasse mun⁹ se accepisse nō estimat: qz bona corporalia recipere recusat. Unde sciendū est: qz aliquādo munus a manu: aliquando vero ab ore porrigitur. Nam q nūmum tribuit: munus ex manu dedit. Qui autē verbū laudis impēdit: munus ab ore ptulit. Hypocrita itaq; etsi exteriora bona que terrene ꝛ forsitā necessitati congruunt accipere recusat: pl⁹ est quod sibi retribui appetit: cum vltra meritū laudari desiderans mun⁹ ab ore querit. Et qz in ipso laudis appetitu nimio cor ardore incēditur dicatur recte. Et ignis deuorabit tabernacula eoꝝ: q munera libenter accipiunt.　　Capitulum.　　28.

A Sin vero eorum tabernacula corpora debemus accipere in qbus illoꝝ aie habitant: ignis eoꝝ tabernacula deuorat: quia q hic in mente ardent igne auaricie: illic etiam in carne cremant ignib⁹ gehenne. Et qz mens hypocrite nunq; vacat a malicie cogitatōe: nam sive terrene quecq; seu laudem appetat: hec aliis inuidet que sibi tribui anhelat: ꝛ tāto ceteros ostendere peruersos molitur: quāto videri sanctior oibus appetit: vt ex eo quod alii despicabiles fiunt: ipse reuerentior semper appareat. Unde fit: vt de opinione primi ante humana iudicia ligue sue laqueos ptendat vt eorum qbus placere appetit: solus estimationem capiat. Unde ꝛ seqtur. ¶ Concepit
B dolorem ꝛ peperit iniqtatem ꝛ vterus ei⁹ prepat dolos.) Dolores qppe concipit: cum peruersa cogitat. Iniqtatem parit: cū explere ec perit quod cogitauit. Inuidēdo dolorem concipit: derogando dolorem peperit. Grauis quippe est iniquitas: quando is q peruersus est: ostendere alios peruersos molitur, vt inde ipse quasi sanctus appareat quod alios sanctos nō eē docuerit. Sciendum vero q in sacro elogo vētris vel vteri nomine mens solet intelligi. Hinc　Prou.20
ē enī quod per Salomonē dr: Lucerna domini spiraculū hominis: que inuestigat oia secreta ventris. Lux enī gratie que desup venit: spiraculum hois prestat ad vitā: que videlz lux oia secreta vētris inuestigare dr: qz occulta mentis penetrat: vt ea que d se ipsa latebant animā ante eius flenda oculos reducant. Hinc Hieremias ait: Uētrē　Hiere.4.
meum ventrem meū doleo. Qui vt vētrez suum quod dixisset ostenderet: adiunxit.　C
Sensus cordis mei turbati sunt. Uteri itaqz nomine recte mens accipitur: qz sicut proles in vtero concipitur: sic cogitatio in mente generatur: ꝛ sicut in ventre cibaria continentur in mente cogitatiões. Uterus itaq; hypocrite prepat dolos: qz tanto semp maiorem maliciā contra proximos in mente concipit quāto solus pro omnib⁹ videri innocentior querit. Hec iccirco eliphas protulit quia beatum Job tanto percussū verbere propter hypocrisim putauit. Sed ei⁹ verba etsi multis ɔgruunt: ab ipso solo aliena sunt pro quo solo dicebantur: quia sanctus vir nihil in suis actib⁹ duplicitatis habuit: quem testis veritas de cordis simplicitate laudauit.

Sancti Gregorii.　　Liber.　　13.

Capitulum　　i.

e

Sse hoc p　A
uersoꝝ pprium solet: qd sua mala p ɔuiciū bonis ingerant priusq; d eis ipsi veraciter accusentur: ꝛ dū metuūt increpari de his que faciunt aduersantes suis prauitatibus iustos hec facere testantur. Sancti autem viri patienter audiunt etiam que se nunq; fecisse meminerunt: q̄uis ea mala que sibi ingerī conspiciunt ab ipsis suis criminatorib⁹ nouerint perpetrata: ꝛ cum eos predicando corrigere non possunt: paciēdo tolerāt: quas

uisus si fructum conuersionis eorum conse qui non valent: ex ipsis tamen premiũ longanimitatis acgrant. Unde ⁊ sancta ecclesia Dauid prophete vocibus dicit: Supra
Ps. 128. dorsum meum fabricauerunt peccatores quia videlz dum hereticos vel quoslibet reprobos quos corrigere non valet tolerat: facta peccantium supra dorsum portat. Beatus itaqȝ Job videns eliphaz amicum suum: multa contra se de hypocrisi conquerentẽ: q ex consolationis verbo ad amaritudinẽ increpationis eruperat ⁊ simulatus consolator apparebat: per patientiam suam typum seruat ecclesie: que nouit talia audiẽdo tolerare: ⁊ cum eius sermo ammittit ratiocinando destruere ⁊ dicit.

Job Ca. 16. B

Audiui frequẽ

a ter talia. Electi quippe frequẽter aliẽa mala quasi sua audiunt ⁊ ab his eis crimẽ impingitur. a quibus crimina impieta perpetrantur. Hac autem responsione beatus Job aliud ecclesie tempus significat: quo oppressa ab aduersarijs temporali eorum potentia quasi deiecta creditur. Unde sequitur. ((Consolatores onerosi oẽs vos.)) Siue enim heretici seu praui quilibet cum laborare bonos in aduersitate cõspiciunt in eo quod illos consolari appetũt mala eis persuadere conantur. Unde non immerito bonorum mentibus onerosa fit eorum consolatio: qꝛ inter verba dulcedinis virus propinare cupiunt erroris: ⁊ dum dolentibus dolores quasi leuigãt: peccati onꝰ
C imponere festinant. Sed electi viri etiã cũ temporali gloria priuantur: interni vigorez iudicij non amittunt. Nam sciunt ⁊ foris aduersa perpeti: ⁊ tamen internis infracti: recta sine pauore defendere. Unde subiungitur. ((Nunqd habebunt finez verba vẽtosa?)) Uentosa enĩ verba sunt: que inflatione temporali potius ꝙ̃ rectitudini seruiunt. Sepe autem mali etiam bona dicũt sed quia bene non dicunt ventosa verba pferunt. Nam dicta eorum etsi quando sana sunt per sententiam: inflata tamen sunt per elationem.

Capitulum. 21

torrens predicatio debet intelligi lapidem ca
liginis ⁊ umbram mortis dividit torrens a po
pulo peregrinante: quia sanctorum predicatio
obduratas mentes reproborum deserit: ⁊ ad
pia humilium se corda convertit. Unde ad-
huc subditur. Eos quos oblitus est pes egen
tis hominis ⁊ invios. Ca. 19.

Quis hoc loco alius accipitur
egenus homo: nisi ille de quo
2. Cor. 8. A per Paulum dicitur: Qui propter
vos egenus factus est cum di-
ves esset: Cuius videlicet egen
tis hominis pedes sancti predi-
catores fuerunt: per quorum profecto presentiam
gentilitatem circuiens: mundum perambula-
vit universum. De quibus per prophetam dicitur:
Et inambulabo in eis. An pes eius non erat
Ephe. 6. contentus in compedibus dicebat: Pro quo
legatione fungor in cathena: Sed eorum qui
umbra mortis ⁊ lapis caliginis extiterunt:
pes hominis egentis oblitus est: quia in ipso ini-
tio nascentis ecclesie dum sancti apostoli ce
lorum regnum iudee predicare voluissent:
videntes quod ei nihil omnino proficerent ad
predicandum gentibus descenderunt: sicut ipsi in
suis actibus dicunt: Uobis oportebat pri-
Act. 13. mum loqui verbum dei: sed quia repulistis illud
⁊ indignos vos iudicastis eterne vite: ecce
convertimur ad gentes. De quibus ⁊ per psalmistam
Ps. 45 dicitur: Transferentur montes in cor maris: quia
repulsi a iudea apostoli in hoc gentilitatis
populo sunt translati. Qui sunt ergo qui imen-
sa duricia per obscuritate cordis: quasi quidam
lapis caliginis ⁊ umbra mortis a peregri-
nante sanctorum populo dividuntur: nisi
hi quos pes egentis hominis est oblitus. Quos
predicatores domini videlicet per humilitatem pau
peris: pro superbie sue tumore requirunt:
B Eorumq̃ omnino obliti sunt dum predicatio
nis sue semina: ad solam fructificationem

gentium transtulerunt. Quos recte quoq̃
⁊ invios vocat: quia dum in infidelitate sua ob
durati sunt: verbis vite ad cor viam prebe-
re noluerunt. Sed iudea hec que sic obduruit
vel qualis dudum fuerit: vel quid post pertu
lerit audiamus. Sequitur. Terra de qua orie
batur panis: in loco suo igne subversa est.
Panem iudea dare consueverat: que legis ver
ba proferebat. Quam videlicet legem quia intelli
gere iam reprobi atq̃ explanare non pote-
rant: propheta Hieremias in lamentis deplo-
rat dicens: Parvuli petierunt panem: ⁊ qui
frangeret eis non erat. Sed hec terra in lo Tren. 4
co suo igne subversa est: quia fidelium signa con
spiciens iudee se face concremavit. Quia enim
semper invidia de superbia nasci solet: in lo-
co suo igne perijt: que iccirco arsit invidia:
quia superbiam non reliquit. Terra ergo que pri
us panem habuit: post igne subversa est: quia
synagoga que mandata dei per legem pro
tulit: nascentem ecclesiam persequens invi-
die se igne consumpsit. An non emulationis C
sue facibus ardebat: cum redemptoris no-
stri signa conspiciens per quosdam suos di
ceret: Quid facimus quia hic homo multa Jo. xi.
signa facit: vel certe videtis quia nihil profici-
mus: ecce totus mundus post eum vadit. Ui
debant unde converti debuerant: atq̃ exin-
de perversiores fiebant. Querebant extin
guere: quem cernebant mortuos vivificare
In ore tenebant legem: sed legis persequeba
bantur auctorem. Terra ergo de qua orie
batur panis in loco suo igne subversa est: quia
iudea in semetipsa ⁊ prius habuit legem que
reficeret: ⁊ post invidiam que concremaret
De cuius adhuc descriptione subiungitur
Locus saphyri lapides eius: ⁊ glebe illius
aurum. Auget reatum culpe sequentis: pre-
conium glorie precedentis. Nam uniuscu-
iusq̃ casus tanto maioris est criminis: quan
to priusq̃ caderet maioris potuit esse virtu-
tis. Dicatur ergo de iudea: dicatur quid fue
rit: ⁊ precedentium magnitudo virtutum cre-
scat ad cumulum sequentium delictorum.
Locus saphyri lapides eius ⁊ glebe illius
aurum: quid enim hoc loco per lapides ni-
si sanctorum ac fortium mentes accipimus:
Capitulum. 20.
In scriptura etenim sacra aliquan-
f do lapides in malo: aliquando ve A
ro in bono accipi solent. Nam cum

lapis pro insensibilitate ponitur: dura per
lapides corda signātur. Unde ⁊ per Ma-
Mat.3. theum dr: Potens est deus de lapidibus
istis suscitare filios abrae. Qui videlꝫ noīe
lapiduꝫ corda gentilium designat: dura tūc
atqꝫ insensibilia per infidelitatem. Et per ꝓ
Ezech.xi. phetam dn̄s pollicetur dicens: Auferā cor
lapideuꝫ de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor
carneum. Rursum per lapides mentes for-
tium designari solent. Unde ⁊ per Petruꝫ
1.Pe.2 sanctis dr̄: Et vos tanqꝫ lapides viui sup-
edificamini domus sp̄uales. Et per prophe
tam dominus venienti ecclesie pollicet di-
Esa.55. cens: Ecce ego sternam per ordineꝫ lapides
tuos: ⁊ fundabo te in saphyris: ⁊ ponaꝫ ia-
spidem ꝓpugnacula tua: ⁊ portas tuas i la-
pides sculptos ⁊ omnes terminos tuos i la
pides desiderabiles vniuersos filios tuos
doctos a domino. Strauit nāqꝫ in illa per
ordinem lapides: qꝛ in ea sanctas animas
meritorum diuersitate distinxit. Fundauit
eaꝫ in saphyris: qui. s. lapides coloris aerei
in se similitudinem tenent: qꝛ robur ecclesie
in animabus celestibus appetentibus cele-
bratur. Et qm̄ iaspis viridis est coloris: ia-
spidem propugnacula eius posuit qꝛ illi con
tra aduersarios pro sancte ecclesie dfensio
ne obiecti sunt: qui internis desiderijs virē
tes nulla tēporis reprobi ariditate marces-
cunt. Portas vero eius posuit in lapides
sculptos. Hi qppe porte sunt ecclesie: p quo
rum vitam atqꝫ doctrinam intrat in eā mul
titudo credentium. Qui pro eo etiaꝫ qꝛ ma
gnis operibus pollent: ⁊ id quod loquētes
afferunt viuentes ostendunt: non puri sed
sculpti lapides eē memorantur: in quorum
vita: qꝛ recta operatio cernitur: quasi in eis-
dem ipsis exprimitur quod egerunt. Ubi
omnem quoqꝫ sanctorum numerum gene-
rali collectione concludens subdidit. Oēs
terminos tuos in lapides desiderabiles: et
tanqꝫ si audientes ista peteremus vt hos
lapides quos diceret indicaret: adiunxit:
Uniuersos filios tuos doctos a domino: qꝛ
igitur de iudea nunqꝫ sancte anime que ce
lestem vitam ducerent defuerunt: dicitur:
Locus saphyri lapides eius. Et quia ma-
gna vite ac sapientie claritate per fidē ful-
sit adiungitur. Et glebe illius auruꝫ. Quid
per glebas: nisi collectiones singuloꝝ or-
dinum ac multitudines designantur: Gle-
be autem ex humore ⁊ puluere constringū-
tur. Oēs ergo qui rore gratie infusi: ex mor-
tis debito se puluerem esse veraci cognitio-
ne confessi sunt: dum vite virtute claresce-
rent quasi auree in illa glebe iacuerūt. Gle
bas hec terra habuit in prophetis: glebas
in doctoribus: glebas in p̄ribus antiqs: qui
magna se infusione gratie in professionis
⁊ operis vnanimitate tenuerunt. Dicat er
go. Et glebe illius aurum quia in ea multi-
tudo sp̄ualium tanto maiori virtute clara
it: quanto se in deum ac proximum maiore
vnanimitate constrinxit. Sed hoc aurum:
perfidie est: postmodum tenebris obscura-
tum. Cuius profecto nigredinem Hieremi-
as propheta intuēns deplorat dicēs: Quo Treñ.4.
modo obscuratum est aurum mutatus est
color optimus. Aurum nāqꝫ obscuratum ē
in eis antiquus ille fidei atqꝫ innocentie
splendor: irruente perfidia malicie se nocte
fuscauit. Quia igitur quod fuit audiuim⁹
locus. s. saphyri lapides eius. ⁊ glebe illius
aurum: nunc iam dilectus ille dei populus
cur tanta hec dona perdiderit audiam⁹.

Capitulum. 21.



Semitaꝫ ignorauit auis
nec intuitus est oculus
vulturis. Quis hoc lo
co auis nomine: nisi ille
signatur q corpus car- 21
neum quod assumpsit
ascendendo ad ethera
librauit: Qui apte quo
qꝫ etiaꝫ vulturis appel
latione exprimitur. Uultur quippe dum vo
lat: si iacens cadauer conspicit ad esum se
cadaueris deponit: ⁊ plerūqꝫ sic in morte
capitur: dum ad mortuum animal de sum
mis venit. Recte ergo mediator dei ⁊ ho-
minum: redemptor noster vulturis appella
tione signatur: qui manens in altitudie di-
uinitatis sue: quasi quodam volatu subli-
mi cadauer mortalitatis nostre conspexit
in infimis: ⁊ sese de celestibus ad ima sub-
misit. Fieri qppe propter nos homo digna
tus est: ⁊ dum mortuū animal petijt: mor-
tem apud nos: q apud se erat immortalis in
uenit. Sed hui⁹ vulturis oculus fuit ipsa i-
tentio nostre resurrectōis: qꝛ ipse ad tridu-
um mortu⁹ ab eterna nos morte liberauit.
Ille ergo pfidus iudee popul⁹ mortalē vi-

dit: sed q morte sua nostram mortē destrue
ret: minime attendit. Conspexit quidē vul
turem: sed oculos vulturis nō aspexit. Qui
B dum humilitatis eius vias quibus nos ad
alta sublevavit considerare noluit: semitam
avis ignoravit. Nec enim pensare studuit
q eius nos humilitas levaret ad celestia: et
mortis eius intentio reformaret ad vitam.
Semitam igitur ignoravit avis: nec intuit⁹
est oculos vulturis: q2 etsi vidit eum quē in
morte tenuit: videre noluit quanta vite no
stre gloria de eius morte sequeretur. Unde
⁊ ad crudelitatem quoq3 psecutionis exar
sit verba vite percipere rēnuit: p̄dicatores re
gni celorum ꝓhibendo: seviendo: feriendo
repulit. Qui. s. repulsi iudeam ad quā missi
fuerant deserentes: in gentilitatis collectio
nem dispersi sunt. Unde adhuc subditur.
¶ Non calcaverunt eam filij institorum: nec
pertransivit per eam leena.) In cunctis la
tinis codicibus institores positos reperim⁹:
in grecis vero negociatores invenimus. Ex
qua re colligi valet q hoc in loco pro nego
ciatoribus institores: scriptores quiq3 igno
rando posuerunt. Institores enim negocia
tores dicimus pro eo q exercendo operi in
C sistant. Sed utercq3 sermo licet in voce disso
net: in intellectu non discrepat: quia oēs q
fidelium mores instituunt: spiritale negociū
gerunt: ⁊ cū predicationē suam auditorib⁹
prebent: ab eis fidem ⁊ opera recta pcipiūt
sicut de sancta ecclesia scriptum est. Syndo
Pro. 31. nem fecit ⁊ vendidit: de qua ⁊ paulopost il
lic dicit. Vidit q bona est negociatio eius.
Qui hoc loco institores nisi ꝓphete sancti
vocati sunt qui synagoge mores ad fidem
instituere curaverunt ꝓphetando: Quorū
nimirū filij sancti apostoli nuncupant: qui
ut deum hominem crederent ad eandem fi
dem ex eorum sunt predicatione generati.
Ps. 44 De qbus ecclesie: per ps̄ dicit. Pro patrib⁹
tuis nati sunt tibi filij: constitues eos prin
cipes super oēm terraz. Sed q2 repulsi apo
stoli a synagoge finibus sunt egressi: recte
nunc dicitur. Nō calcaverunt eam filij insti
torum. Calcarent quippe eam institorum fi
lij: si predicatores sancti eiusdem synagoge
vicia calce virtutis premerent. Si autē in
stitores eosdem sancte ecclesie predicatores
accipimus institoꝝ filios pastores ⁊ docto
res qui apostolorū vitā secuti sunt: nil ob
stat intelligi. Qui synagogā minime calca
verunt. Quia dum eorū patres. i. apostoli
ab illis repulsi sunt. Ipsi quoq3 ab eius vo
catione cessaverūt. Ca. 22. i.

Per quā videlz synagogam
leena nō ptrāsijt: q2 sancta A
ecclesia collectioni gentiuz
dedita nequaq3 sese ad il
lum iudee populū diutius
occupavit. Recte aūt eccle
sia leena nuncupat: q2 male viventes in vi
tijs ore sancte p̄dicationis interficit. Unā et
ipsi primo pastori quasi huius leene ori dici
tur. Macta ⁊ mādnca. Qd mactat qppe a
vita occiditur: id vero qd comeditur in co
medentis corpore cōmutatur. Macta ergo
⁊ manduca dicitur. i. a peccato eos ī quo vi
vunt interfice: ⁊ a seipsis in tua illos mēbra
converte. Et q2 hec ecclesia est corpus dn̄i:
ipse etiam dn̄s Iacob voce leo vocat ex se
leena vocat ex corpore dum ei sub iude spe
cie dicitur. Ad predam mi fili ascendisti re
quiescens accubuisti ut leo: ⁊ quasi leena. Gen. 49
Quis suscitavit eum: Nec igitur leena ne
quaq3 dicitur: q2 per iudeam transijt: s3 non
pertransijt. Apostolis nāq3 predicantibus
prima ex illa tria milia postmodū quinq3 mi
lia crediderunt. Ecclesia itaq3 per synago
gam transijt sed non ptransijt: q2 ex illa ad
fidem paucos rapuit: sed tamen illum infi
delem populū a perfidia funditus nō extin
xit. Sed q2 sepe iam diximus refulsa ab infi B
delitate iudeoꝝ deserit ad vocationē gen
tium. Unā adhuc de eadem leena dī. ¶ Ad
silicem extendit manū suam subvertit a rā
dicibus montes.) Manū qppe ad silicem
extendit: q2 duriciam gentiū sue brachium
p̄dicationis misit: unde ⁊ idem beat⁹ Iob
passionis sue hystoriam presciens gentibus
innotescendam dicit. Scribantur hec stilo
ferreo in plūbi lamina vel celte sculpantur
in silice. Quid vero hoc in loco montes nisi
huius seculi potentes accipimus: q pro ter
rena substātia in altū tument. De quibus
psalmista ait. Tange montes ⁊ fumigabūt. Ps. 104.
Sed mōtes a radicibus sunt eversi: q2 p̄di
cante sancta ecclesia summe hui⁹ seculi po
testates in odoratum oīpotentis dei ab inti
ma cogitatione ceciderunt. Radices enim
montium sunt cogitationes intime supboꝝ
⁊ a radicibus montes cadunt: q2 ad colen C

dum deum potestates seculi ab imis cogitationibus prosternunt. Recte etenim per radicem cogitatio occulta signatur: quia per hoc quod intus non cernitur erumpit quod videatur foras. Unde et in bonam partem per prophetam dicitur. Emittet id quod saluatum fuerit de domo iuda: et
Isa. 37. quod reliquum est mittet radicem deorsum: et faciet fructum sursum. Ac si aperte diceretur. In imis cogitatio nascitur ut in summis retributio reddatur. Dicat ergo. Ad silicem extendit manum suam subuertit a radicibus montes: quia dum duriciam gentium sancta predicatio petri superborum altitudinem funditus strauit. Quia vero eos quos a cogitationibus terrenis euacuat: donis celestibus replet: et quos infimis curis exhaurit: supernis rigat fluctibus: mox subditur. In petris riuos excidit. i. in duris gentilium cordibus fluuios predicationis aperuit sicut per prophetam quoque de irrigan-
Ps. 106 da dicitur de ariditate gentilium. Posuit desertum in stagnum aque: et terram sine aqua in exitus aquarum. Atque in euangelio promittit dominus dicens. Qui credit in me sicut dicit
Jo. 7. scriptura: flumina aque viue de ventre eius
B fluent. Quod promissum tunc audiuimus etiam nunc completum videmus. Ecce enim predicatoribus sanctis: et non ex iudea progenitis: per cunctam ecclesiam toto orbe diffusam: fluenta celestium mandatorum uberum manant ore gentilium. Quia enim in petris riuos aperuit ex duris quoque cordibus fluuius sancte predicationis emanauit. Sequitur. Et omne preciosum vidit oculus eius. Sciendum magnopere est: quia tanto unaqueque anima fit preciosior ante oculos dei: quanto pre amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis: caput te constitui in tribus israel: ac si aperte diceret. Magnus mihi fuisti quia despectus tibi: sed nunc quia magnus tibi es: factus es despectus mihi.
Isa. 5. Unde et per prophetam dicitur. Ve qui sapientes estis in oculis vestris: et coram vobismet ipsis prudentes. Tanto ergo fit quisque vilior deo: quanto preciosior sibi: tanto preciosior deo: quanto propter eum vilior sibi: quia humilia respicit et alta a longe cognoscit.

Capitulum. 23.

A Omne itaque preciosum vidit oculus eius. In scriptura sacra videre dei aliquando pro eligere ponitur sicut in euangelio scriptum est. Cum esses sub ficu vidi te. id est positum te sub umbra legis elegi. Vidit ergo preciosum quia humilia elegit. Infirma enim mundi elegit deus: Jo. 1.
ut confunderet fortia. Vidit preciosum cum humanam animam de se abiectam sapientiam gratie sue illustratione respexit. De qua videlicet anima per prophetam dicitur. Si separaueris preciosum a vili quasi os meum eris. Vilis quippe deo est mundus presens: preciosa vero ei est anima humana. Qui ergo preciosum a vili separat: quasi os domini vocatur: quia per eum deus verba sua exerit: qui ab amore presentis seculi loquendo quem potest humanam animam euellit. Et quia testamenti noui doctores ad hoc usque perducti sunt: ut occultas quas allegoriarum caligines in veteri testamento rimarentur: recte subditur. Profunda quoque fluuiorum scrutatus est: et abscondita produxit in lucem. Quid namque hic aliud flumina nisi antiquorum patrum dicta nuncupantur? Quis enim pensare sufficiet: quam vehemens fluuius dum legem conderet ex pectore moysi erupit: quam vehemens fluuius ex dauid corde defluxit: quanta Salomonis ore atque omnium prophetarum fluminum fluenta manarunt. Sed horum fluminum iudea speciem tenuit: dum littere superficiem seruans B
eorum profunda nesciuit. Nos vero qui veniente domino in eis interna spiritualia querimus: eorum profunda rimamur. Quod ipse dominus facere dicitur: quia id nos agere ipso donante preualemus. Per nos ergo qui non litteram que occidit: sed spiritum qui viuificat sequimur: profunda fluuiorum dominus scrutatur et abscondita in lucem producit: quia dicta legis que caligosa nimia hystoria obscurat: nunc expositio spiritualis illuminat. Unde et loquens in parabolis: per euangelium veritas discipulis precipit dicens. Quod dico vobis in tenebris dicite in lumine: et quod in aure auditis Mat. 10.
predicate super tecta. Apertas namque dicta exponentium fecerunt nobis esse iam conspicuas sententias antiquorum patrum. Unde Isaias propheta plana sancte ecclesie expositionis verba conspiciens: et non allegoriarum tenebris obscura: exclamauit dicens. Locus fluuiorum riui latissimi et patentes. Testamenti Esa. 33.
enim veteris dicta quasi angusti et clausi riui fuerant qui immensas scientie sue sententias collectione obscurissima constrigebant.

At contra doctrina sancte ecclesie riui τ la
ti τ patentes sunt: qz eius dicta τ inuenien
tibus multa sunt: τ querentibus plana. Ait
ergo. Profunda fluuiorum scrutatus est τ
abscondita pduxit in lucem. Qz dum suis
expositoribus intelligentie spūm infundit:
antiquas pphetarū obscuritates aperuit.
Et hoc iam sancta ecclesia per spūm agno
scit: qđ synagoga prius per litterā intellige
Exo.34 re oino non valuit. Unde τ Moyses cum
populo loqueretur faciem velabat: vt vide
licet designaret: qđ ille iudeoꝝ populus le
gis vba cognosceret sed eiusdem claritatē
legis oimodo non videret. Unde recte per
Paulū dicit. Usq₃ in hodiernū enim diem
cum legit Moyses: velamen est positū sup
cor eorū. Sed qz dicta dei nullatenus sine
eius sapientia penetrantur: nisi enim q spiri
tum eius acceperit eius nullo modo verba
cognoscit: sanctus vir de inuestigāda eadē
dei sapientia verba subiungit dicens.

Capitulum. 24.

A Sapientia vo vbi inuenitur
τ quis est locus intelligen
tie? Nescit homo precium
eius nec inuenitur in terra
suauiter viuentium. Abys
sus dicit nō est in me: τ ma
re loqtur non est mecum. Non dabitur au
rum obrizum pro ea: nec appendetur argē
tum in cōmutatione eiꝰ. Notandū prius
est: quod duo sibi pposuit: τ duo subdit re
spondendo. Ad id nāq₃ qđ superius dixit:
sapientia vo vbi inuenitur τ quis est locus
intelligentie? isto versu respondit. Abyssus
dicit non est in me: τ mare loqtur non ē me
cum. Ad id vo quod dixerat: nescit hō pre
cium eius nec inuenitur in terra suauiter vi
uentium: inferiorē versum reddit dicens.
Non dabitur aurum obrizuz pro ea: nec ap
pendetur argentum in cōmutatione eius.
Ad vtrāq₃ ergo respondit: sed augendo qđ
obiecerat non soluendo. Cum sapiētie nā
q₃ locum quereret ac deinde inferius respō
deret: abyssus dicit non est in me: non vbi
esset: sed vbi non esset indicauit. Rursus
cū ab homine eius diceret precium ignora
ri atq₃ ad hoc inferius responderet non da
bitur aurum obrizum p ea: non qđ esset eiꝰ
pcium: sed qđ nō esset ostendit. Cunctis au
tem liquet: qđ neq₃ hec humana sapientia

vel teneri loco vel emi diuitijs pōt. Sed vir
sanctus mysticis sensibus plenus ad alia B
nos intelligenda trāsmittit: vt non creatam
sed creantem sapientiam requiramus. Nā
nisi i vbis istis allegoriaꝝ secreta rimemur
ea vtiq₃ que sequuntur oino sunt digna de
spectui: si ex sola hystorica narratione pen
sentur. Paulopost nāq₃ dicit. Non adequa
bitur ei aurum vel vitrū. Et cū sicut noui
mus vitrum longe atq₃ dissimiliter auro sit
vilius: cur post auri nomē metalli vtiq₃ pre
ciosi pro immensa laude vitruz quoq₃ dixit
sapientie non equari? Ipsa ergo lfe diffi
cultate cōpellimur: vt ad sententias horuz
verboꝝ mysticas vigilemus. Cur itaq₃ san
ctus quā sapientiā contemplat nisi eam de
qua Paulus apostolus dicit. Christuz dei
virtutem τ dei sapientiam. De qua p Sa
lomonem scriptū est. Sapientia edificauit Ps.103.
sibi domū: τ de qua ps ait. O ia in sapiētia
fecisti. Huius nimirū sapientie homo pciuz
nescit: qz nil dignum estimationi illius inue
nit. Non aūt hoc sapientie precium τ eē di
citur τ nesciri: sed iccirco nesciri qz deest eo
.s. loquendi genere quo in angustijs quis
deprehensus cum remediuz subuentiōis nō
inuenit: fateri solet: qz quid faciat nescit. Hu C
ius ergo sapientie pciū nescire est digni ope
ris meritū: quo illam pcipiat non inuenire.
Ad hoc nāq₃ preciū damus: vt eius vice rē
quā appetimus possidere debeamus. Quid Ro.4
aūt dedimus vt hanc sapientiā que Xps ē
pcipere mereamur? Gra qppe redempti su
mus. Illa nāq₃ sola opa male viuēdo dedi
mus: qbus si iusta retributio seruaretur: nō
Xps sed supplicia redderent. Sz aliud ho
mo per iusticiā meruit: aliud per grām acci
pit. Testatur paulus priusq₃ mens illius se
men gratuite veritatis acciperet: qbus senti
bus premebatur erroris. Qui prius inquit Ephe.2
fui blasphemus τ psecutor τ cōtumeliosus:
sed misericordiā cōsecutus sum: qz ignorās
feci in incredulitate. Testat pro qbus chri
stus mori dignatus est. Cū adhuc inqt pec 1.Thi.1
catores essemus: sm tēpus Xps pro impijs
mortuus est. Qui ergo veniente sapiētia im
pij inuenti sumus quid boni operis dedimꝰ
quo accipere eādem sapientiā mereremur.
Huius itaq₃ sapientie homo pciuz nescit qz
quisqs a brutis aialibus rōnis intellectu di
scretus est qm qđ suis meritis nō sit saluatꝰ

intelligit: nihil se dedisse boni opis vt ad fi
dem veniret agnoscit. Quasi enim ad perci
piendam sapientiã preciũ dare ẽ: cognoscẽ
dum deũ actionis sue mercedem puenire.
Non esse huius sapiẽtie preciũ cognouerat
q dicebat. Quis prior dedit ei: ⁊ retribuet
illi. Hinc iterum scriptum est. Gratia salui
Ephe.2 facti estis: per fidem ⁊ hoc non ex vobis sed
dei donum est: non ex opibus: vt ne qs glo
riettur. Hinc de semetipso iterum loqtur di
1.Cor.15. cens. Gratia dei sum id qd sum. Ex huius
nimirum aspiratione gratie q2 virtutũ opa
ptinus in corde generant: vt ex libero quo-
q3 arbitrio subsequatur actio cui post hanc
vitã retributio eterna respõdeat: illico adie-
cit. Et gratia eius in me vacua non fuit.

Capitulum. 25.



Ed sunt nõnulli qui saluos
se suis virib9 exultãt: suisq3
pcedentibus meritis redẽ
ptos se esse gloriant. Quo
A rũ pfecto assertio inuenit
sibimetipsi cõtraria: q2 dum
⁊ innocentes se asserunt ⁊ redemptos: hoc
ipsum in se redemptionis nomen euacuãt.
Oĩa nãq3 qui redimitur: ex aliqua procul-
dubio captiuitate liberatur. Unde ergo gli
bet iste redemptus est: si prius non fuit sub
culpa captiuus. Liquet itaq3 quia multum
desipit: quisquis hec sapit: hominis quippe
meritũ superna gratia non vt veniat inue-
nit: sed postq3 venerit facit: atq3 ad indignã
mentem veniens deus dignam sibi exhibet
veniẽdo: ⁊ facit in ea meritum qd remune-
ret: qui hoc solum inuenerat qd puniret. Li
B bet inter hec mentis oculos ad illum latro-
nem reducere: qui de fauce leonis ascendit
crucẽ: de cruce paradisum. Intueamur qua
lis ad patibulum venerit: ⁊ a patibulo qua
lis abscessit. Uenit reus fraterno sanguine:
venit cruentus: sed interna gratia est muta
tus in cruce: ⁊ ille qui mortem fratri intulit
morientis dñi vitam predicauit dicẽs. Me
mento mei dñe dum veneris in regnum tu-
Lu.23 um. In cruce claui manus eius pedesq3 li-
gauerant: nihilq3 in eo a penis liberum nisi
cor ⁊ lingua remãserant. Inspirãte deo to-
Ro.10. tum illi obtulit: qd in se liberum inuenit: vt
iuxta hoc qd scriptum ẽ. Corde crederet ad
1.Cor.13 iusticiã ore cõfiteretur ad salutẽ. In corde
autem fideliũ tres summope manere virtu-
tes testatur apostolus dicens. Nũc aũt ma
nent: Fides: Spes: Charitas. Quas cun-
ctas subito repletus gratia ⁊ accepit latro ⁊
seruauit in cruce. Fidem nãq3 habuit q re-
gnaturum dñm credidit quẽ secum pariter
morientem vidit. Spem habuit: qui regni C
eius aditum postulauit dicens. Memento
mei dñe dum veneris in regnum tuũ. Cha-
ritatem quoq3 in morte sua viuaciter tenuit
qui fratrẽ ⁊ collatronẽ pro simili scelere mo
rientem ⁊ de iniqtate sua arguit. ⁊ ei vitam
qua non cognouerat pdicauit dicens. Neq3
tu times deũ q in eadem damnatione es: ⁊
nos quidem iuste: nam digna factis recipi-
mus: hic vero nihil mali gessit. Ille q talis
ad crucẽ venit ex culpa: ecce qualis a cruce
recedit ex gratia. Confitebat dñm quem vi-
debat secum humana infirmitate morientẽ
quando negabant apostoli cum quẽ3 mira-
cula viderant diuina virtute facientem.

Capitulum. 26.



Ed hi qui saluari hominẽ
ppria virib9 astruũt: ean- A
dem cõfessionẽ homis ab
ipsi9 esse virtute homia su
spicant. Qd si ita esset in
dei laude ps non diceret.
Confessio ⁊ magnificentia Ps.10.
opus eius. Ab eo itaq3 accepimus recta pfi
teri: a quo nobis ⁊ magna dantur operari.
Quia ergo nil boni opis dedimus qui hãc
sapientiam percipere meremur: dicatur re-
cte: homo nescit precium eius: quoniã quis-
quis iam ratione vtitur: tãto altius sub hu
ius sapientie intellectu se despicit: quanto
eiusdẽ sapientie verius eterna cognoscit: vt
indignum se ad hãc peruenisse videat: p quã
gratuito agitur: vt digna fiat. De qua bñ
mox subdit. ((Nec inuenit in terra suaui-
ter viuentium.)) Quid hoc i loco terre signa-
tur noie nisi aia humana: De qua ps dicit.
Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Hec Psã.142
autem sapiẽtia inueniri in terra suauiter vi
uentiũ nõ valet: quia quisquis adhuc hu9
vite voluptatibus pascitur: ab eterne sapiẽ-
tie intellectu separatur. Nam si vere sapet:
expulsus ab internis gaudijs de ea i quã c= B
cidit exilij sui cecitate ingeret. Hinc nãq3 p
Salomonẽ dicitur. Qui apponit sciam ap-

Ponit dolorē:quia quanto plus homo cepe
rit scire qd perdidit:tanto plus ingere inci
pit corruptionis sue sententiam quam in-
uenit. Considerat nāq3 vnde quo lapsus ē:
q a paradisi gaudijs ad erūnas vite pre-
sentis:ab angeloꝝ societatibus venit ad cu
ras necessitatum:pensat in quos iam peri-
culis iacet: q prius sine periculo stare con-
tempsit:inget exilium quod dānatus patit:
C ⁊ suspirat ad celestis glorie statum:quo p-
frui securus posset si peccare noluisset. Qđ
bene ps.considerans ait: Ego dixi in pauo
re meo piectus sum a vultu oculoꝝ tuoꝝ.
Cōtemplatus qppe interna gaudia visio-
nis dei socialem frequentiam angeloꝝ per-
sistentiū:reduxit oculos ad imaloidit quo
iaceret:q2 ad hoc conditus fuerat vt in ce
lestibus stare potuisset:pensauit vbi esset ⁊
quo deesset ingemuit proiectūq3 se a vultu
oculoꝝ dei doluit:q2 in cōparatione lucis i
time grauiores senserat exilij sui tenebras
quas tolerabat. Cap. 27.



Nunc est quod ad aīum suū
ex pstiti vita nulli⁹ gratiam cō
A solatōis admittit dicens:
Renuit consolari aīam meā
Pā.76. Nā plerūq3 hui⁹ seculi diui
tes solēt mētis tedio affecti
bona tpaliter accepta ɔspicere:⁊ tristiciam
delinire. Cum enī merore quodam se tāgi
sentiūt: equos aspiciunt:auri argentiq3 sui
vascula ɔtēplantur:⁊ predia circueūt. Cūq3
per hec tpalia oculos libēter trahūt:obor-
Luc. 6. tum aie merorē vincunt. Unī eis ⁊ in euan-
gelio ṽitas dicit: Ue vobis diuitib⁹ q. hic
habetis ɔsolationē vestraz. Sed sanct⁹ vir
qui hoc inget q2 ab eternis gaudijs cecidit
ɔsolatōem de tpalib⁹ nō admittit dicens:
Renuit ɔsolari aīam meā:ac si a ptē dicat
Qui de tpalium amissione nō lugeo:de tē-
poralium abūdantia ɔsolari nequaq3 pos-
sum. Cui tanq3 si nos audientes ista dicere
mus:qd igitur querit ꝗ ɔsolari in his que
Pā.76. mūdi sunt retinus ilico adiecit. Memor fui
dei ⁊ delectatus sum. Ac si apte dicat: Ter
renarum rerū me nec abundātia refouet:
auctoris autē mei quē adhuc videre nō va-
leo: vel sola memoria delectat. Hec est igit
B amaritudo sapientiū q2 dum spe i alca ere
cti sunt:nullis h gaudijs animū sternunt.

Hic enī scriptum ē: Cor sapientium vbi tri
sticia est:⁊ cor stultoꝝ vbi leticia: hinc Ja-
cobus dicit: Miseri estote ⁊ lugete:⁊ plora Iac.4
te ⁊ risus vester in luctū cōuertatur: ⁊ gau
dium i merorē. Hic per semetipsam veritas
attestatur dicens: Beati q lugēt:qm ipsi cō Mat.5.
solabūtur. Inueniri ergo sapientia in corū
terra nō potest:q suauiter viuunt:q2 tanto
verius stulti sunt:q̄to maiora perdentes i
minimis letantur. Hinc Petrus eandem pra
uorum stulticiam reprehēdit dicens: Volu
ptatē existimantes dei delicias coingnatio
nis ⁊ macule. Hinc Salomō ait: Risum de Eccs.2.
putaui errorē ⁊ gaudio dixi:qd frustra de-
cipis: Dicat itaq3 vir sanctus de sapiētia
nec inuenitur in terra suauiter viuentium:q2
nimirū q in hoc mundo suauiter viuūt: ita
adhuc stulti sunt:vt hoc ipm quoq3 nesci-
ant vnde ceciderint. Seqtur. (Abyssus di-
cit nō est in me.) Quid hoc loco abyssuz ni
si corda hoīum vocat:que ⁊ per lapsū flui-
da ⁊ per duplicitatis sunt caligine tene-
brosa: Que nimirum abyssus nō esse in se C
hanc sapientiam ɔfitetur: q2 huqua mens
dum eē sapiens carnaliter appetit: stultaz 1. Cor.3.
se ad spūalia ostendit. Nam q2 teste Pau
lo:sapientia hui⁹ mundi stulticia est apud
deū: tanto qsq3 amplius ītus stultus fit:q̄-
to conatur exterius sapiens videri. De hac Apoc.20
abysso per Joānem dr: Vidi angelum de-
scendentem de celo habentem clauem abys
si ⁊ catenam magnam in manu sua: ⁊ app̄-
hendit draconem serpentem antiquū q est
diabolus ⁊ sathanas:⁊ ligauit euz per an-
nos mille ⁊ misit i abyssum ⁊ clausit ⁊ signa
uit super illum vt non seducat amplius gen
tes donec consumētur mille anni. Millena
rio etenim numero nō quantitatem tempo
ris sed vniuersitatez qua regnat ecclesia de
signauit. Antiquus autem serpens ligatus
cathena in abyssum mittitur:quia religat⁹
a bonorum cordibus apud reproboꝝ men-
tes reclusus eis atrocius dominatur. Qui
paulopost quoq3 de puteo abyssi educi de-
scribitur quia de iniquorum cordibus nūc
occulte seuientibus tunc accepta contra ec
clesiam potestate in vim aperte persecutio D
nis erūpet. Hec itaq3 abyssus in qua nunc
diabolus seruatur occultus nō esse in se sa-
pientiā dicit: q2 alienā se a vera sapia ini-

quis operib⁹ ostendit. Dum.n. malicia q̄s-
q̄ʒ tegit in corde: ore aūt blandimenta exhi
bet: dū cogitatiōes suas duplicitate obnu-
bilat dū puritatis verba quasi fatuitatem
deuitat: dū vias simplices innocentie decli-
nat: quasi hēre abyssus dei sapiam recusat
Et q̄r huic mundo mentis dedite presentis
vite curis ꝛ solicitudinibus perturbantur ꝛ
iccirco eiusdem sapientie trāq̄llitate p̄frui
nequaq̄ʒ possunt: recte subiūgitur. (Et ma-
re loqtur non est mecū.) Quid eniʒ maris
noīe nisi secularium mentium amara inge
tudo signatur? Que dum se vicissim inimi-
citijs impetūt: quasi se aduersantes vndiq̄ʒ
collidunt. Recte etenī mare vita secularium
dr̄: q̄r dū p̄cellosis actionū motib⁹ concitat
ab interne sapientie quiete atq̄ʒ stabilitate
disiungitur. Quo contra bene per p̄phetā
Isa. 66. dr̄: Super quem requiescat spūs meus: nisi su
per humilem ꝛ quietum ꝛ trementem sermo-
nes meos. A terrenis aūt mentib⁹ tāto lon
gius spūs fugit: q̄nto apud has quietem non
inuenit. Hinc est enim q̄ de q̄busdam p̄ p̄ᵃ
dr̄: Cōtritio ꝛ infelicitas in vijs eoꝝ: ꝛ viaʒ
Ps. 13. pacis nō cognouerunt. Quas nimirū con-
tritione perturbatōis nōa dn̄s reuocat di-
cens: Uenite ad me oēs q̄ laboratis ꝛ one-
Mat. xi. rati estis ꝛ ego vos reficiam: tollite iugum
meum sup̄ vos: ꝛ discite a me q̄r mitis sum
ꝛ humilis corde; ꝛ inuenietis requieʒ aīabus
vestris. Quid enī in hac vita laboriosi⁹: q̄̄
terrenis desiderijs estuare: aut q̄d h̄ quietius
q̄̄ huius seculi nihil appetere.

Capitulum. 28.

Hinc ē q̄ israeliticus popu-
Exo. 16. lus custodiāʒ sabbati acce-
pit ī munere: hinc econtra ē
A egyptus muscarū multitu-
dine percussa. Populus nā-
q̄ʒ q̄ deuʒ seq̄t̄ accepit sab-
batum.i. requiem mētis: vt nullo in hac vita
desideriorum carnalium appetitu fatigetur:
egyptus ꝟo que huius mundi speciē tenet
muscis p̄cutitur. Musca enī nimis inso
lens ꝛ inquietum animal est. In qua q̄d ali-
ud q̄̄ insolentes cure desideriorū carnaliū
B designantur? Unde alias dr̄: Musce mori-
entes perdunt suauitatem vnguenti: q̄r co-
gitationes superflue que assidue in animo
carnalia cogitante ꝛ nascūtur ꝛ deficiunt:
eam suauitatem qua vnusq̄sq̄ʒ intrinsecus
per spūm vnctus est perdunt: quoniā itegri
tate eius perfrui non permittūtur. Egypt⁹
ꝟo muscis percutitur: q̄r eorum corda q̄ ter
renam vitam diligunt dum desideriorū suo
rum inquietudinibus feriūtur turpitudinib⁹
cogitationū carnalium ad ima depressi sūt
vt ad quietis interne desiderium nō leuētur.
Unde cum mira ope pietatis ad eos veri-
tas venit: prius ab eo cogitationū carnali-
um estus eijcit ꝛ post in eo virtutum dona
disponit. Quod bn̄ nobis sacra euāgelij hy
storia innuit: in qua dum ad resuscitandam
filiam p̄ncipis inuitatus dn̄s duceretur pro
tinus additur. Et cum eiecta eēt turba itra Mat. 9.
uit ꝛ tenuit manū eius ꝛ surrexit puella.
Foras ergo turba eijcitur: ꝛ puella suscita- C
tur: q̄r si nō prius a secretioribus cordis ex
pellitur iportuna secularium multitudo cu
rarum anima que intrinsecus iacet mortua
nō resurgit. Nā dum se per innumeras ter-
renoꝝ desideriorum cogitatiōes spargit ad
p̄siderationē sui sese nullatenus colligit. In
his itaq̄ʒ inquietudinū fluctibus habitare sa-
pientiā nō posse: cognoscēs ait: Et mare lo
q̄tur nō est mecū. Nullus q̄ppe eam plene
recipit nisi q̄ ab oī se abstrahere actionum
carnaliū fluctuatione contendit. Unde ali-
as dr̄: Sapientiam scribe in t̄pe ocij: ꝛ qui
minoratur actu ipse p̄cipiet eam. Et rursū. Eccl. 38
Uacate ꝛ videte quoniā ego sum deus.

Capitulum. 29.

Sed q̄d est quod plerosq̄ʒ
antiquoꝝ patrū nouim⁹
hanc sapiam ꝛ intrinsec⁹ A
viuaciter tenuisse: ꝛ curas
mundi extrinsecus solēni-
ter ministrasse. An p̄ceptio
ne huius sapientie Jo-
seph priuatum dicimus: q̄ famis t̄pe toti⁹
egypti curas suscipiens non solum egypti-
is alimenta prebuit: sʒ vitam quoq̄ʒ extero
rum aduenientium ministerij sui arte serua-
uit. Nunquid ab hac sapientia Daniel alien⁹ ex-
titit: q̄ a chaldeorū rege in babylonia prin
ceps magistratuū effectus: tanto maiorib⁹
curis occupatus ē: q̄nto ꝛ sublimiori digni-
tate oibus prelatus. Cum igitur cōstet ple-
rūq̄ʒ etiam bonos nō terreno studio terre-
nis curis īplicari: patenter agnoscimus q̄r
sic nōnunq̄ʒ ciues hierusalem angarias sol
uunt babylonie: sicut sepe ciues babylonie

spendunt angarias hierusalem. Nam sunt
nonnulli q verbum vite pro sola sapie osten
tatõe predicant : elemosynarum opem pro ap
petitu vane glorie submistrant. Et quidem
hierusalem videntur esse que agunt sed tamẽ
babylonie ciues sunt. Sic itaq; aliquando
contigit vt q solam celestẽ patriã diligunt
terrene patrie curis subiacere videantur.
Quorum tñ misterium a prauorum operib⁹ ple
rũq; i actu: nõnunq; vero ante supnũ iudi-
B cem i sola cogitatõe discernitur. Pleni qp
pe supna sapia discernunt qualiter debeãt
et ad aliud vacare intrisecus et ad aliud ex
trisecus occupari: vt si forte occulta dei or-
dinatõe aliqd eis nõ appetentib⁹ de huius
seculi curis iponitur: cedãt deo quẽ diligũt
et pre amore eius intrisecus solã illius desi
derẽt visionem: pre timore vero eius ipositaz
sibi extrisecus humiliter expleant actionez:
vt et vacare deo appetãt ex grã dilectõis et
rursum curas superipositas ex cõditõe exple
ant seruitutis. Cunq; occupatões extrisecus
pstrepunt: intrisecus in amore pacatissima
qes teneatur: atq; occupatõem tumult⁹ ex
terius pstrepentis dispensat iterius presidẽs
iudex rõne et tranqllo moderamie: ea que
circa se min⁹ sunt trãquilla disponit. Sicut
eni vigor mentis frenãdis preest motibus
carnis: sic sepe super ipositos tumultus oc
cupatõis bñ regit amor gratis: qr exteriores
cure si puerso amore non appetuntur non
cõfuso: sed ordinato aio mistrari queũt. Sã
cti etenĩ viri nequaq; eas appetunt sed oc
culto ordie sup ipositas gemunt: et quãuis
illas p meliorẽ itentõem fugiãt: tñ p subdi
tam mentẽ portant. Quas qdem sũmope
C si liceat vitare: vitare festinãt: sed timentes
occultas dispensatões dei tenẽt quod fugi
unt: exercent quod vitant. Intrant eni ad
cor suum et ibi cõsulunt qd velit occulta vo
luntas dei: seseq; subditos debere eẽ sũmis
ordinatõibus cognoscentes: humiliant cer
uicẽ cordis: iugo diuie dispensatõis. Quis-
qs vero talis est quẽ licet tumultus cõsentur
extrisecus nunq; ad eius iteriora peruenĩ-
unt: itaq; agitur vt aliud intrisecus voto:
aliud extrisecus teneatur officio: et hac sapi
entia nõ iam turbulenta atq; confusa sed
tranqlla corda repleant. Bene ergo de ea
dr: qr abyssus dicit nõ est in me et mare loq
tur nõ est mecũ. Ac si aperte diceret. Per-
turbate mentes secularium eoipso clamãt
quoniam a vera sapientia longe diuise sũt
quo gete nõ sunt. Quia vero hec dei sapiẽ
tia manẽs cũ patre ante secula: incarnãda
erat in fine seculorum vt ad redimendũ gen⁹
humanũ nõ sanctos angelos: nõ iustos ho
mines mitteret: sed in manifestatõe visiõis
per semetipsam veniret recte subiũgi tur.
((Nõ dabitur aurum obrizum pro ea.)) Quid
nãq; p aurum obrizum nisi sancti angeli desi-
gnant. Qui recte et aurum vocant et obri-
zum: aurum qr fulgent claritate iusticie ob-
rizum qr nullum habuerunt unq; contagiũ
culpe: homines vero iusti qdiu i hac carne
corruptibili mortaliter viuunt aurũ qdẽ eẽ
possunt: obrizum oino non possunt qr corp⁹
quod corrũpitur aggrauat aiam et deprimit
terrena inhabitatio: sensum multa cogitan
tem. Nam qnuis in hac vita ex magne iusti
cie claritate resplendeant: nequaq; tamen
ad purum peccatorum sordibus carent: Joan
ne apostolo attestante q dixit: Si dixerim⁹ I. Jo. I.
qr peccatum non habemus: nosmetipsos se
ducimus et veritas in nobis non est et affir
mante Jacobo q astruit dicens: In multis Jaco. 3.
eni offendimus oẽs: pppheta etiam predicã
te q ait: Ne intres in iudiciũ cum seruo tuo Ps. 14
qr non iustificabitur in conspectu tuo ois
viuens. Aurũ ergo obrizum illi nũcupãtur:
q ea in qua conditi sunt inocentia pduran
tes: et fulgent claritate iusticie: et nec vel mi
nimus maculantur sordibus culpe.

Capitulum. 30.



Ed qr p hac sapiẽtia nul-
lus angelorum redẽptor hu- A
mani generis mittẽdus fu
it: ne qs spem in his quos
in adiutorio hominum se-
pe apparuisse didicim⁹ an
gelis poneret. dictum est: nõ dabitur aurũ
obrizum pro ea. Ac si aperte diceret: Per
semetipsam sapiẽtia manifestabitur vt hu
manum genus a culpa redimatur. Nullus
vice eius angelus mittitur: qr per creatorẽ
necesse est vt creatura liberetur. Unde et in
euãgelio dñs dicit: Si vos filius liberaue-
rit vere liberi eritis. Sed vir sanctus spiritu
eiusdem sapientie repletus quosdam in iu-
deas preuidet nõ esse diuturnos q spẽ in le-
gislatorem ponerent et sue salutis auctorẽ

Moysen, putarent sicut et quidam sanato ma
Jo. 9. ledicentes dicunt: Tu discipulus sis eius:
nos autem Moysi discipuli sumus: Unde
adhuc congrue subinfertur. Nec appende
tur argentum in cõmutatione eius. Q2. n.
argento sepe eloqa diuina signant possunt
argenti vocabulo etiam eiusdem eloquij scri
ptores intelligi quorum vita inter turbas ho
minũ resplenduit luce virtutum. Sed quia
lex peccata iudicare potuit non auferre nõ
gsch veterum patrum nõ legislator Moy-
ses humani generis redemptor extitit. Ar
gentum ergo in cõmutatione huius sapien
tie nõ appenditur: q2 quilibet sancti esse po-
tuerunt in comparatione vnigeniti filij nul
lius meriti fuisse pensantur: qui nisi huius
sapientie seruos se cognoscerent sancti nul
latenus fuissent. Ad hoc quippe illi missi sũt
vt in cordibus hominum viam huic sapien
tie predicando prepararent: neq3 vt pro ea
sed per eam subiectos populos regerent.
Quia enim certum erat q2 per accessum tem
B porum deficientis seculi languores excresce
rent actum est vt eterna dei sapientia in fi
ne seculorum per semetipsã veniret ad grã
dem hunc et nimie infirmitatis egrotum .i.
per totum mundum iacens languidum ge
nus humanum: vt transmissis prius predi
catoribus quasi quibusdam vi. firatoribus
tanto postmodum maior veniret potentia
medici quãtomagis morbus creuisset egro
ti. Quia vero nullus vice eius ad saluan-
dos nos mittitur: dicatur recte: nec appen-
detur argentum in cõmutatione eius: quo-
niam vita iustorum predicantium quãtali
bet sanctitatis luce polleat: aduentum no-
bis superne sapientie per suam presentiam
non cõmutat. Sed fuere multi gentiliũ qui
mundi huius sapientum disciplinis dediti
ea que sunt inter homines honesta serua-
rent: et saluandos seruata honestate se cre-
derent ne iam mediatorem dei et hominum
quererent: cum quasi sibi sufficientem sibi
philosophorum doctrinam tenerent i quo
rum despectum mox subditur. ((Non con-
fertur tinctis indie coloribus.)) Quid enĩ
per indiam que nigrum populum mittit:
nisi hic mundus accipitur: in quo vita ho-
minum per culpam obscura generatur?
Tincti autem colores sunt indie huius mun
di sapientes: qui quãuis per infidelitatem
et plerũq3 per actionem feda sunt: ante hu-
manos tamen oculos superinducte hone-
C stätis colore fucantur. Sed coeterna dei sa
pientia tinctis indie coloribus non confer-
tur quia quisquis hãc veraciter intelligit: ab
his hominibus quos mundus sapiẽtes co
luit: quã longe distet agnoscit: ipsaq3 eius
mandatorum verba ab huius mundi sapi
entibus differunt qui dum intendunt elo-
quentium eorum dicta quasi pulchra appa-
rent spẽ et fucatione tincture: et cum virtute
rerum careant aliud se esse q3 sunt verbo-
rum compositionibus quasi supradducti co-
loribus mentiuntur. Ac contra doctrina sa
pientie et predicatione pulchra esset pura
veritate conspicua: nec aliud se per fallaci-
am pretendit exterius et aliud reseruat inte
rius neq3 in dictis suis pulchra videri ap-
petit nitore sermonis sed integritate verita
tis in mandatis igitur suis dei sapiẽtia nõ
confertur tinctis indie coloribus: quia dũ
fucata eloquentie ornamenta non habet
quasi vestis sine tinctura placet. Quam fu
cationem tincture bene Paulus despere-
rat cum dicebat: Que et loquimur non ido- i. Cor. 2.
ctis humane sapientie verbis sed in doctri
na spiritus. Malebat quippe hanc sapiẽn
tiam sola puritate veritatis ostendere non
autem eloquij tinctione fucare. Sequitur.
((Nec lapidi sardonico preciosissimo vel sa-
phyro.)) Sardonicum vel saphyrum lapi-
des preciosos esse quis nesciat? Et dum
multi alij preciosi sint lapides qui longe
istos estimatione magnitudinis antecellãt:
cur saphyrus vel sardonicus potissimũ pre
ciosus nominatus est: cum vterq3 lapis iste
aliorum lapidum comparatione vilissimus
fit: nisi vt eos lapides qui preciosi describũ
tur dum preciosos non esse cognoscimus:
in eorum intelligentia aliud exquiramus?
Sardonicus quippe terre rubre similitudi-
nem tenet. Saphyrus vero aeream habet
speciem. Possunt ergo in sardonico per ter-
ram rubram homines: in saphyro autem
per aeream visionem angeli designari.
Nam cum rubre terre speciem lapis sar-
donicus habeat: non immerito hominem
designat quia et Adam qui primus est con
ditus latino sermone terra rubra dicitur.

Quid est ergo quod dr̃ q҄ hec sapientia lapidi sardonico vel saphyro nō confertur: nisi q҄ is q est dei virtus ⁊ dei sapientia mediator. s. dei ⁊ hominum xp̄s iesus: tāta magnitudine excellat oīs: vt ei nec in terra primi hoīes: nec in celo angeli comparentur.
Ps.88. Unde ⁊ per p̄s dr̃: Quis in nubibus equabitur dn̄o: aut q̄s simul erit deo inter filios dei. Ca. 30.

A 

Possunt bañ per sardonicū lapidem patres testamenti veteris: per saphyrū ṽo predicatores exprimi testamenti noui. Illi quippe q̄uis magnā iusticie vitā tenerent: carnali tñ ꝓpagini seruiebāt. Quia igitur ꝯstat q҄ quedam terrena agerent: nō immerito per sardonicū lapidem q vt prediximus terre rubre tenet spēm designantur. Per saphyrum ṽo q ⁊ aerij coloris testamenti noui congrue predicatores accipim⁹ q carnalis propaginis desideria postponentes celestia sola sectati sunt. Unde ⁊ ꝓpheta conspiciens cuncta carnis desideria sanctos apostolos spāli ardore trāscēdere: ammiratus ait: Qui sunt hi qui vt nubes volāt: Ac si aperte dicat: Nos per terras gradimur: q adhuc coniugijs implicamur ⁊ ꝓpagande soboli opera carnis impendim⁹: isti vero in terra nō ambulant sed vt nubes volant: q dum celestia appetūt de terrenis desiderijs nihil tangunt. Dr̃ ergo q҄ dei sapientia sardonico vel saphyro lapidi nō cōfertur: ac si patenter īsinuet dicens: Ei q homo inter hoīes cernitur: nec in antiq̄s q̄sq̄ nec in nouis patribus equatur: q҄ et deitate habet quod in humanitate, quēq̄ similem nō habet. Unde adhuc subdit. Nō adequabitur ei aurū vel vitrum. Quis
B hoc sanum sapiens iuxta lrām sentire dignetur: Uitrum quippe vt superius dixim⁹ auro longe est vilius: ⁊ postq̄ dictum est, q҄ aurum huic sapientie non equatur: adhuc quasi crescendo subiūgitur: q҄ ei quoq̄ nec vitrum possit equari. Sed ipsa nos lr̃a ab historico intellectu deficiens ad indagandum allegorie mysterium mittit. Auri nāq̄ metallum nouimus potiori metallis omnibus claritate fulgere. Uitri quoq̄ natura ē vt extrinsecus visu pura intrinsecus perspicuitate perluceat. In alio metallo quicqd intrinsecus continetur absconditur: in vitro vero quilibet liquor qualis continetur interius talis exterius demōstratur: atq̄ vt ita dicerim oīs liquor in vitreo vasculo clausus patet. Quid ergo aliud in auro vel vitro accipimus nisi illam supernam patriam: illam beatorum ciuiū societatem quorū corda sibimet inuicem ⁊ claritate fulgent ⁊ puritate trāslucent: Quā Joānes in apocalypsi cōspexerat cū dicebat: Et erat structura muri ei⁹ ex lapide iaspide: ipsa ṽo ciuitas auro mūdo similis vitro mundo. Quia enim sancti oēs summa in ea beatitudinis claritate fulgebunt: instructa auro dicitur: Et quoniam ipsa eorū claritas vicissim sibi in alternis cordibus patet: ⁊ cum vniuscuiusq̄ vultus attenditur simul ⁊ conscientia penetratur: hoc ipsum aurū vitro mundo simile esse memoratur. Ibi quippe vniuscuiusq̄ mentē ab alterius oculis mēbrorum corpulētia non abscondet: sed patebit animus patebit corporalibus oculis ipsa etiā corporis armonia: sicq̄ vnusq̄sq̄ tunc erit conspicabilis alteri sicut nūc esse non potest conspicabilis sibi. Ca. 31.

C Apoc.21.

A 

Nunc aūt corda nostra q̄diu in hac vita sumus q ab altero in alterum videri nō possunt: non intra vitrea sed intra lutea vascula concluduntur. Cui. s. luto per passionem mentis inherere propheta formidabat cum diceret: Eripe me d̄ luto vt non inhereā. Quod nimirū habitaculum corporum: Paulus domū terrestē nominat dicens: Scimus qm̄ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur q҄ edificationem ex deo habemus domum non manufactam eternam in celis. Ps.68 2.Cor.5.
In hac itaq̄ terrestri domo, quousq̄ viuimus ipsum vt ita dicam corruptionis nostre parietem mentis oculos nullaten⁹ penetramus: ⁊ vicissim in alijs videre occulta non possumus. Unde sancta ecclesia sponsi sui specie videre in diuinitate desiderans nec tamen valens q҄ eternitatis illius formam quam intueri concupierat: ab eius oculis assumpta humanitas abscondebat in canticis canticorum merans dicit: En ipse stat post parietem nostrum. Ac si aperte dicat: Ego hunc in diuinitatis sue iā specie Cant.2.

B videre desidero: sed adhuc a visione illius
per assumpte carnis parietẽ excludor. Quo
usq; itaq; in hac corruptibili carne vivim⁹
cogitationes nostras in alterutrum non vi-
demus. Unde rursum per eundem paulum
i. Cor. 2. dicitur. Quis scit hominũ que sunt homis:
i. Cor. 3. nisi spiritus hominis qui in ipso est? Et rur-
sus. Nolite iudicare ante tempus donec ve
niat dñs qui ⁊ illuminabit abscondita tene
brarum: ⁊ manifestabit consilia cordiũ. Il-
la itaq; civitas que sua vicissim singulis cor
da manifestat ex auro dicitur similis vitro
mundo vt designetur auro clara: vitro per-
spicua. Sed quãvis in ea sancti omnes tã-
ta claritate fulgeãt tanta pspicuitate trãslu
ceant: ei tamen sapientie de cuius imagine
habent omne qḋ sunt equari non possunt.
Bene ergo dicitur. Non equabitur ei aurũ
vel vitrum. Ad hoc enim sancti omnes ad
illa gaudia eterna perveniunt: vt esse deo si
i. Jo. 3. f miles possint: sicut scriptum est. Cum appa
ruerit similes ei erimus: qm̃ videbimus eũ
Ps. 43. sicuti est. Et tamen scriptum ẽ. Domine qs
similis tibi? Et iterum. Aut quis erit simi-
C lis deo inter filios dei? Unde ergo similes et
vnde non similes nisi quia huic sapientie ⁊
similes erunt ad imaginem ⁊ tamẽ nõ erũt
similes ad equalitatẽ? Aspiciendo quippe
eternitatem dei fit eis vt eterni sint: ⁊ dũ vi
sionis eius donũ percipiunt ⁊ pceptiõe bea
titudinis imitantur qḋ vident. Et similes er
go sunt qui beati fiunt: ⁊ tamen creatori si-
miles non sunt quia creatura sunt. Et ha-
bent itaq; quandam dei similitudinẽ q2 nõ
habent finem: ⁊ tamen incircũscripti equali
tatem non habent qui habent circũscriptio
nem. Dicatur recte: non adequabit ei au
rum vel vitrum: q2 quãtalibet sancti clarita
te ⁊ pspicuitate fulgeant: aliud est homĩes
esse sapientes in deo: atq; aliud esse homi-
nem sapientiam dei. Quã pfecto sapientiã
ille veraciter agnovit: qui mediatori dei et
hominum aliquẽ comparare sanctorũ mini
me presumpsit. Unde ⁊ subditur.

Capitulum. 32.


Ec cõmutabunt p ea vasa
auri excelsa ⁊ eminentia. H
Excelsum quippe vas auri
A Helias extitit excelsũ vas
auri Hieremias: excelsa at-
q; eminẽtia auri vasa prio-
res patres fuere. Sed hec dei sapientia vt
a carnali nos conversatione redimeret ap-
paruit in carne ⁊ qui illã veraciter nõ agno
uit mediatorem dei ⁊ hominũ hominẽ Je-
sum christũ vnum esse ex pphetis putavit:
quẽ electorũ oculi fide tenuerunt deum cũ
viderent hominẽ. Unde ab eo sanctis disci Mat. 16.
pulis dicitur. Quẽ dicũt homines esse filiũ
hominis? Cui cũ responderent ptinus aliq
Joannẽ baptistam: aliq Heliã: alij pͦ Hie-
remiã aut ex pphetis de suo more sensu reg
runt. Vos aũt quẽ me esse dicitis? Cui pe-
trus totius ecclesie voce respondẽs ait. Tu
es Xp̃s filius dei vivi. Quia igit̃ iuxta pau
li vocem: christum novimus dei virtutem ⁊
dei sapientiam: petrus pro hac sapiẽtia va-
sa auri excelsa ⁊ eminẽtia cõmutare noluit
q2 de illa non aliud q̃ erat intellexit. Ma-
gnum quippe vt dictum est vas auri ioan-
nes. Magnũ vas auri Helias vel Hiere-
mias fuit. Sed qsqs eundem deũ quẽlibet B
eorum credidit: vas auri excelsũ ⁊ eminẽs
pro sapiẽtia cõmutavit. Ecclesia pͦ vas au
ri p hac sapiẽtia nõ cõmutat: q2 christũ fi-
lium dei non vnum esse pphetarũ sed vnũ
pphetarũ dñm credit. Ipsam qppe ad se
venisse sapientiam videns noluit se in illis
aureis vasis figere: sed in eam studuit fide
certissima ptransire. Unũ in canticis cantico Cã. 3.
rum dicit. Invenerunt me vigiles: q custo-
diunt civitatem. Num quẽ diligit aĩa mea
vidistis? Paululũ cum pertransissem eos
inveni quẽ diligit anima mea. Quos enim
vigiles qui custodiunt civitatem: nisi prio-
res patres vel pphetas accipimus: qui stu-
duerunt ad custodiam nostram sancte pre-
to magis ad peiora conualescunt: atq3 esse
sub sentibus delicias putant: q2 inde per-
uersam mētem ad gaudium subleuant: vn-
de spinas peccatorum portant. Nā si quā-
do ad errorem suū valuerunt quempiam
trahere sese per leticiam iactant: atq3 vnde
sibi peccata quotidie etiam alios perden-
do congregant: inde se esse quasi duces ad
iusticiam extulant. Bene ergo dicitur quia
inter huiuscemodi letabantur: ⁊ eē sub sen
tibus delicias computabant. Trahunt eni
quos valent ad perditionem suam: et sub
peccatis esse vel culpis culpas addere cre-
dunt se virtutum opulentiam cumulare.
((Filij stultorum ⁊ ignobilium: ⁊ in terra pe
nitus nō parentes.)) Eorum videl3 filij: qui
fuerunt errorum magistri. Filij igitur dicū
tur nō de eorum semine: s3 de imitatōe ge-
nerati: qui docendo peruersa: stulti fuerūt
per ignorantiam viuendo nequiter ignobi
les per actionem: q redemptori nostro nul-
la sapientie: nulla vite cognatione coniun-
cti sunt: de quo Salomonis voce in laude
sancte ecclesie dicitur: Nobilis i porta vir
el9. Hij ka:B quia peruersa errantium exē- Prouer.31
pla secuti sunt: filij stultorum ⁊ ignobilium
esse memorantur. Recte autem subiungit:
⁊ in terra penitus nō parentes. Quia du3
hic videri aliqd appetunt nimirum a terra
viuentium extortes fiunt. S3 hoc quod i he B
reticorum typo diximus: omnino nil obstat
si etiam de peruersis atq3 carnalibus q̄uis
in recta fide positis sentiamus. Neq3 eni3
sancta electorum ecclesia solos sibi aduer-
sarios deputat q ab eius fide positi extra
dissentiunt: sed eos quoq3 qui vitam illius
male viuendo interius premunt. Contēple-
tur igitur ex ruinam irruentis aduersitatis af
flicta: quomodo prosperitatis sue tempore
iniquorum ⁊ intra se viuentium prauitate
grauata sit: cōtemplctur q3 exigentibus me
ritis quorūda3 nō iniuste in illa vita turba
ta sit omnium ⁊ dicat. ((Qui rodebant in
solitudine squalētes calamitate ⁊ miseria:))
sicut in prima huius operis parte prefatus
sum: per virtutem cōtemplationis nōnun-
q̄3 solet intelligi solitudo mentis. Sed hoc
in loco cum solitudo per obiurgationem dr̄
quid aliud q̄3 boni destitutio demōstratur?
Unde ⁊ sub iudee typo Hieremias pecca-
toris animam deplorat dicens: Quomodo Tren.1.
sedet sola ciuitas plena populo? Sed cum
per beatu3 Job de prauis dicitur: rodebāt
in solitudine: libet intueri hoc etiam quod
per psalmu3 dictum est: inimici eius terra3
lingent.

Capitulum. 12.



A Uo quippe sunt genera hominum ambitioni sue servientium: unum videlicet quod semper ad avaricias blandimentis utitur lingue: aliud vero quod apta vi intendit rapine. Nam rodimus cum aliquid exterius forti annisu atterimus. Lambit enim quando hoc quod edi facile non potest impressa lingue lenitate gustatur. Quos igitur etiam sub specie fidei prave viventes qui aliena appetunt: sed ea que appetunt rapere nequaquam possunt: blandis autem sermonibus et quasi mollicie dulcedinis concupita abstrahere conantur: quid aliud quam terram lingunt: quia terrena queque que virtute nequeunt auferre: mollicie lingue molliunt. Qui vero in hoc mundo aliqua potestate suffulti sunt: et concupiscentes aliena: blandire quidem ex fraude decipiunt: quia etiam iniusto labore possunt implere quod volunt. Hi hoc quod appetunt non lambunt sed rodunt quasi propinquorum vitam fortitudine virium velut annisu dentium moliuntur. Conspiciat itaque sancta ecclesia veras divitias eterne patrie: conspiciat frequentiam supernorum civium: conspiciat in electis suis cultum mentis et innumerabilium dona virtutum atque ab eis ad pravorum vitam omni bono destitutam mentis oculum revocet: et ex illorum comparatione videat qualiter ista eiectis virtutibus sit vacua: quia superna deseruit et infima concupivit: videat quomodo plerumque id quod appetit: si fortasse prevaleat etiam violenter rapit: videat tales se quasi intra se positos diu tolerasse: atque ex eorum culpis usque ad bonorum quoque pericula ad detrimenta pervenisse: et dicat. Qui rodebant in solitudine. Ac si aperte conqueratur dicens: Aliena etiam violenter rapiendo non roderent: nisi prius ipsi in interioribus suis soli ac vacui a virtutum cultura remanerent. B Bene autem eorum qualitatem replicat dicens: squalentes calamitate et miseria. Egrota namque caro si studiose curari negligitur squalore desuper ducto in infirmitate deteriua gravatur: et dum calamitati egritudinis: negligentie miseria additur gravior molestia oborto squalore tolleratur. Natura igitur humana bene condita: sed ad infirmitatem vicio proprie voluntatis lapsa in calamitatem cecidit: quia pressa innumeris necessitatibus nihil in hac vita nisi unde affligeretur invenit. Sed cum eisdem nature nostre necessitatibus plerumque plusquam expedit deservimus mentisque curam negligimus ex miseria negligentie infirmitati nostre addimus squalorem culpe. Necessitates namque naturales hoc habere valde periculosum solent quod sepe in eis minime discernitur quid circa illas per utilitatis studium: et quid per voluptatis vicium agatur. Crebro enim occasione seductionis inventa: dum necessitati debita reddimus: voluptatis vicio deservimus: et infirmitatis velamine ante discretionis oculos excusatio nostra se palliat: ac quasi sub patrocinio explende utilitatis occultat. Infirmitatem vero nature nostre per negligentiam relaxare nihil est aliud quam calamitati miseriam addere: ac viciorum squalorem ex eadem miseria multiplicare. C Unde sancti viri in omne quod agunt studiosissima intentione discernunt: ne quid plus ab eis natura sue infirmitatis quam sibi debetur exigat: ne sub necessitatis tegmine in eis vicium voluptatis excrescat. Aliud enim ex infirmitate: aliud ex tentationis suggestione sustinent: et quasi quidam rectissimi arbitres inter necessitatem voluptatemque constituti hanc consulendo sublevant: illam premendo frenant. Unde fit et si infirmitatis sue calamitatem tolerant: tamen ad squalorem miserie per negligentiam non descendant. Hoc ipsum enim esse in calamitate est: necessitates nature ex carnis adhuc corruptibilis infirmitate sustinere. Quas videlicet necessitates cupiebat evadere qui dicebat. De necessitatibus meis eripe me. Ps. 70. Sciebat enim plerumque voluptatum culpas ex necessitatum occasione prorumpere: et ne quid sponte illicitum admitteret: hoc ipsum sathagebat evellere quod nolens ex radice tolerabat. At contra pravi gaudent in his corruptionis sue necessitatibus: quia nimirum eas ad usum voluptatum retorquent. D Cum enim reficiendis cibo corporibus nature serviunt: per dilectionem gule voluptatis ingluvie distenduntur. Cum tegendis membris vestimenta querunt non solum que tegant: sed etiam que extollant expetunt: et contra torporem frigoris non solum que per pinguedinem muniant: sed etiam que per mollici-

em delectant: non solum que per mollitiem tactum mulceant sed etiam que per colorē oculos seducant. Necessitatis igitur causam in usū voluptatis vertere: quid est aliud ꝗ̄ calamitati sue squalorem miserie sociare? Pressa itaqꝫ tempore aduersitatꝫ ecclesia reminiscatur eorum ex quorum merito talia sustinet et dicat: qui rodebant in solitudine squalentes calamitate et miseria. Calamitate scilicet non squalerent si insitis necessitatibus voluptatum miseriam nō superadderēt: quas videlicet necessitates ex parentis primi culpa meruimus. Hij vero qui calamitati sue miseriam adiungunt: ex cruciatu pene ad augmenta prorumpunt culpe. Sed vtinam tales cum ad meliꝰ permutari despiciunt: ita peruersa agerent: vt non ea etiam alijs propinarent: vtinam illis mora sua sola sufficeret: et nō virulētis persuasionibus alienam etiam vitam necarent. Inuident enim alios esse ꝙ non sunt dolent alios adipisci quod perdunt. Nam si qua forte in aliorꝫ actibus exorta bona conspiciunt mox ea manu pestifere exprobrationis euellunt. Unde et sequitur.

Capitulum. 13.



Et mandebāt herbas et arborum cortices.) Quid.n.
A per herbas nisi tenera ac terre proxima bene inchoantium vita: et quid per arborum cortices nisi exteriora opera eorum qui iam sublimia appetunt designantur? Praui nāqꝫ cum recta incipiētes aspiciunt: aut irridendo: aut quasi consulendo cōtradicunt. Cum vero iam quosdam pensant ad summa proficere: quia eorum profectus funditus dissipare nequeūt a quibusdam illos suis operibus diuertūt. Herbas itaqꝫ eis: et arborum cortices mandere est: vel studia bene inchoantium: vel operationes quorūdam iam more arborꝫ ad superiora tendentium pestiferis persuasionibus quasi quibusdam malicie sue dentibus dissipare. Herbas mandunt reprobi cum infirmorum initia irridendo consumunt. Arborum quoqꝫ cortices mandunt: cum manu peruersi consilij a vita recte crescentium regimen bonorum operum subtrahunt. Hos autem in quibusdam affectibus velut arbores expoliant: illos vero velut herbas: quia despicientes trahunt: quasi que calcant comedunt. Quorundam iam fortitudinem in alta surgentem ex parte demoliuntur: quorundam vero teneritudinē et adhuc in īmis positam penitus conterūt. Dicat igitur: mandebant herbas et arborum cortices: quia prauis irrisionibꝰ in nōnullis exteriora opera in nōnullis autem per spem virentia corda dissipabant. Vel certe herbas mandere est: leuia quedam ac te- B
nera de antiquis patribus imitari. Arborum vero cortices edere est: eorum opera superficietenus agere sed intentionem rectam in eisdem operibus non tenere. Sunt enim nōnulli qui dum presentis mundi gloriam eiusdem mundi actionibus adipisci non possunt: speciem sanctitatis appetunt: habitum venerationis sumunt: imitatores antiquorum patrum videri concupiscunt: et quedam quidem parua aut leuia peragunt: sed eorum fortia: et que ex solida charitatis radice prodeunt imitari contemnunt. Hij videlicet herbas edunt: quia magna negligunt et vilibus saciantur. Plerunqꝫ tamen etiam quedam quasi robustiora opera exercent: sed intentionem rectam in eisdē operibus non tenent. Quibus profecto arborum cortices mandere est: exteriores electo- C
rum actus assumere: et intentionem bonam in bonis actibus non habere. Dum enim pro humana laude recta opera exquirunt sed imitari cor recte operantium negligūt: ex solis arborum corticibus replentur. Toto nāqꝫ desiderio presentis vite gloriam vel abundantiam querunt. Unde et recte subiungitur: et radix iuniperorum erat cibꝰ eorum. Intus enim christianis per fidem positi dū plerumqꝫ auaritie cogitationibus seruiunt: quasi illud comedunt: vnde in extremo vite suppliciorum aspera proferuntur. Qui dum non frugem diuini eloquij concupiscunt: sed ad rerum temporalium ambitum seruiunt nequaꝗ̄ pane tritici: sed radice iuniperi saciantur. Ipsa quippe eos ab imis atqꝫ infimis aborta occupāt: que illos more iuniperi postmodum ex duricia retributionum velut ex asperitate foliorꝫ pungant. Contemnētes nāqꝫ deum hic minime sentiunt quātum sit mali quod agūt

Adhuc enim iuniperi radicem comedunt: sed huius radices q̄ sint rami asperi: non attendunt: quia nimirum praua actio modo quasi ex radice delectat in culpa: sȝ postmoduȝ quasi ex ramis pungit in pena. Ubi et bene subiungitur. ((Qui de conuallibus
B ista rapientes cuȝ singula reperissent ad ea cum clamore currebant.)) In comparatiōe videlȝ supernorum: omnis presens vita cōuallis est. Hi autem quia sublimia montiū idest fortia acta sanctorum contemplari nesciunt: semper in oblectatione infima quasi in conuallibus conuersantur: et dum quodlibet lucrum vel parui stipendij inueniunt cum clamore currunt: q2 hoc abstrahere ēt iurgando moliuntur. In conualle enim repertis singulis cuȝ clamore currere est: subortis causarum occasionibus etiaȝ pro praua lite litigare. Plerūq3 autem quē sanctū bona actio ostentat: oborta terreni cōmodi occasio examinat. Uideas nāq3 nonnullos iam sublimia agere: iam in abstinentie: iaȝ in doctrine opere patrum precedentiuȝ exēpla sectari: sed cum repente presentis vite lucrum quasi fructum conuallis inuenerint: ad hoc cum clamore currunt quasi dirupta ad illud subducte sanctitatis tranquillitatem prosiliunt.

Capitulum. 14.

A Possunt quoq3 per herbas atq3 arborum cortices non solum vt predictum est: bonorum opera: sed in hac vita consolationes ac prosperitates intelligi. Sepe enim omnipotēs deus electos suos cum donis interioribus ditat: exterioribus etiam honoribus subleuat. Cūq3 eos preferendo ceteris honorabiles reddit: latius imitabiles ostendit: et nōnunq3 praui eorum quidē vitā despiciunt: sed felicitatē in hoc mūdo assequi concupiscunt. Quia igitur blandimēta hic transitorie consolatiōis querunt herbas comedunt: q2 in cogitationibus suis exteriorē eorum gloriam meditantur arborum cortices mandunt. Et quoniā in his omnib9 soli auaricie tota intentione deseruiunt radice iuniperi replentur. Que cūcta de cōuallibus rapiunt: q2 ex amore huius infime et corruptibilis vite immensis cupiditatibus inardescunt: et cū singula rapiunt ad ea cuȝ clamoribus currunt: q2 videlicet sanctorū patrum quorum merita adipisci non querunt: loca atq3 regimina apprehendere satagant et cum tranquille nequeunt hec plerūq3 asse qui etiam dirupta concordie pace moliunt. Qui pro eo quod longe a patrum precedētium actione disiuncti sunt: recte subiungitur. ((In desertis habitant torrentium: et in cauernis terre: vel super glaream.)) In bona etenim parte recte torrētes sanctos predicatores accipimus: qui duȝ in presenti vita diuinis nobis eloquijs influunt: aquarū multitudine quasi in hyeme colliguntur: q et estiuo sole adueniente se subtrahunt: quia cum eterne patrie lux emicuerit: predicare cessabunt. Horum torrentium deserta sunt: vite temporalis cōmoda. Ea nāq3 deserūt: et ad lucra se celestia adipiscenda cōuertūt. Cuncta aūt hec torrens ille reliquerat q dicebat. Propter quē omnia detrimentum feci. Sed q2 prauorum mentes ea in hac vita adipisci appetunt: que despicientes iusti dereliquunt: in desertis torrentium habitare referuntur. Illa enim que sanctis indigna sunt: ipsi percipere pro magno cōcupiscūt. Cauerne autem terre sunt cogitatiōes praue: in quibus se ab humanis oculis abscondunt. Praui quippe vt sunt ab hominib9 videri refugiunt: dumq3 aliud quam sunt simulant se in conscientie sue latibulis quasi in cauernis occultant. Qui cuncta hec non agerent: nisi de eterna et solida vita desperarent: nisi in hoc incerto temporalitatis animum figerent. Unde bene subditur: vel sup glaream. Glarea nāq3 est vita presens: que indesinenter ad terminum suū ipso defectu mutabilitatis quasi impulsu fluminis ducitur. Super glaream itaq3 habitare est: fluxui vite presentis inherere: et ibi intentionē ponere: vbi gressum nequeat fixe stando solidare. Est aliud ī glarea quod nequaq3 debeat tacendo preteriri: quia cum pes ī eius superficie ponitur: ipsa eius volubilitate labitur atq3 ad ima deuoluitur. Cui videlȝ ī nullo discrepat vita prauorum: quia cū pro amore mundi aliqua student licita atq3 honesta agere: quasi planum in superficie pedem ponunt: sed repente pes ad ima labit: quia eorum actio dum plura semper appetit vsq3 ad iniqua et illicita descendit. Cum ergo sancta ecclesia huius temporis cōtra-

Marginal notes, right column: B (beside "na etenim parte recte torrētes sanctos pre-"); Phil. 3 (beside "cebat. Propter quē omnia detrimentum fe-"); C (beside "lidare. Est aliud ī glarea quod nequaq3 de-").

ria tolerat: ad vitam carnalium quos ad-
uersos sibi etiam in prosperis sustinuit: per
memoriam recurrat: ⁊ quorum merito hec
patiatur agnoscat dicens. In desertis habi
tabant torrentium: ⁊ in cauernis terre: vel
super glaream. Quia enim patrum doctri
na destituti sunt: in desertis torrentium: qꝛ
in occultis se cogitationibus tegūt in cauer
nis terre: quia vero in presentis seculi mobi
litate intentionem suam figere appetunt: su
per glaream habitare referuntur. Sed vti-
nam tales quia peccata nolunt impugnare
temptantia: flendo tergerent vel commissa
vtinam mala sua saltem perpetrata cogno
scerent: atqꝫ sterili ficulnee cophinum sterco
ris. idest infructuose menti pinguedinē la-
mentationis ammonerent.

Capitulum. 15.

A Sed habet hoc plerūqꝫ hu-
manus animus proprium:
quod mox vt in culpa labi
tur: a sui adhuc longius
cognitiōe separatur. Hoc
ipsum nāqꝫ malum quod
agit menti se obicem ante oculum rationis
interserit. Unde fit vt anima prius volunta
tis tenebris obsessa postmodum bonū iaz
nec quod querat agnoscat. Quanto enim
magis malis adheret: tanto minus intelli-
git bona que perdit. Lux quippe verita-
tis: quia subtiliter reproborum culpas exa-
minat quo habita negligitur eo per̄mittit:
districtus iudex: vt nec amissa requiratur: ⁊
cum ab actu repellitur fugit a sensu: vt cu-
ius facies quasi in opere contemnitur eius
per recordationem iam nec terga videantē.
Hinc itaqꝫ est quod reprobi subiecti flendis
sceleribus gaudent: de quibus per Salo-
Pro. 2. monem dicitur. Qui letantur cum male fe
cerint: ⁊ exultant in rebus pessimis. Hinc ē
quod lachrymarum causas tripudiantes
peragunt. Hinc est quod mortis sue nego-
cium ridentes exequuntur. Unde hic quoqꝫ
apte subiungitur. ((Qui inter huiusmodi
letabantur: ⁊ esse sub sentibus delicias com
putabant.)) Inter huiuscemodi letātur: qꝛ
nimirum attendunt transitoria que perci-
piunt: ⁊ intueri negligunt permanentia bo
na que perdunt. Cumqꝫ amore temporaliū
B flagrant: veram leticiam volentes ignorāt.
Quam si studiose cognoscere quererēt quā
flenda sint gaudia que appetunt viderent.
Sed dum meliora scire contemnunt sola si
bi velint summa eligunt: que visibiliter ocu-
lis fugaci seductione blandiuntur. Uisibi-
lia scilicet sequentes cor figunt: ⁊ tanto ex-
trinsecus gaudent: quanto recordationem
sui intrinsecus non habent. Miscentur ta
men eorum gaudijs plerūqꝫ tribulationes:
atqꝫ ex rebus ipsis ex quibus superbiūt fla-
gellantur. Neqꝫ enim sine grauibus cura-
rum molestijs possunt temporalia que ap-
petunt: vel non habita querere: vel quesita
seruare: inter equales prestantiorem gloriā
appetere: a minoribus reuerentiam plusqꝫ
oportet exigere: ⁊ minus qꝫ debent eandem
maioribus exhibere: plerūqꝫ potentiam per
iniusticiam ostendere: semper praua agere
⁊ tamen ne opinionem prauitatis habeant
formidolose custodire. Hec profecto omnia C
miseros pungunt: sed easdem punctiones
ipso rerum temporalium victi amore non
sentiunt. Unde ⁊ recte nunc dicitur. ((Et
esse sub sentibus delicias computabant: qꝛ
peccatorum delectationibus pressi: ex affe-
ctu vite presentis qꝫ sint aspera que patiun
tur ignorant.)) Letantur itaqꝫ sub sub senti
bus: quia rebus quidem temporalibus gau
dent: sed tamen dum dispensare sine tribu-
latione eadem temporalia nō valent: ea cu-
ra punguntur miseri qua premuntur. Ma
nent sub sentibus ⁊ hoc ipsum delicias esti
mant: quia ⁊ dura quidem ex presentis vi-
te amore tolerant: ⁊ tamen ex affectu nimie
cupiditatis obligati: laborem eiusdem tole
rantie voluptatem putant. Unde recte Hie D
remias totius in se humane conuersationis
speciem sumens per lamentum queritur di
cens. Inebriauit me absinthio. Ut enim in Treñ. 3
superiori iam parte prediximus: ebrius qꝫ
qꝫ quod patitur nescit. Qui vero absinthio
debriatur: ⁊ hoc quod sumpsit amarū est:
⁊ tamen non intelligit eandem amaritudi-
nem qua repletur. Humanum igitur genus
recto dei iudicio in voluptatibus suis sibi
dimissum: atqꝫ per easdem voluptates spon
taneis tribulationibus traditum absinthio
est ebrium: quia ⁊ amara sunt que pro hu-
ius vite amore tolerat: ⁊ tamen eandem
amaritudinem cecitate cupiditatis quasi ī
sensibilitate ebrietatis ignorat. Mūdi enī
gloriam sitiens dum multas pro ea tribula-

tiones reperit amarum est quod bibit. Sed
q; hoc nimis inhianter sumpsit: eiusdē ama
ritudinis malū discernere iā; pre ipsa ebrie
tate non sufficit. Ca. 16.



Amant enim peruersi ho-
mines pro huius mundi
A gloria etiam tribulatōes:
cunctisq; pro ea sudorib⁹
libenter seruiunt & grauiū
laborum iugo deuotissime
colla submittunt. Qd be-
Osee. 10. ne sub ephraim specie osee ꝓphetante de-
scribitur qui ait. Ephraim vitula docta dili
gere trituram. Vitula enim triture laborib⁹
assueta: relaxata plerūq; ad eundem labo-
ris vsum etiam nō compulsa reuertit. Ita
prauorum mens huius mundi seruituti de-
dita: & rerum temporalium fatigationibus
assueta etiam si sibi libere vacare liceat: sub
esse tamē terrenis sudoribus festinat: & vsu;
misere cōuersationis triturā laboris querit
Luc. 21. vt a iugo mundane seruitutis cessare non li
beat etiam si liceat. Quod videl; iugū dñs
dum a discipulorū ceruice soluebat dicens.
Attendite vobis ne forte grauent corda ve
stra in crapula & ebrietate: illico adiunxit: &
Mat. 11. in curis huius vite: & superueniat in vos re-
pentina dies illa. Et rursus. Venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis: & ego
reficiam vos. Tollite iugū meū super vos:
& discite a me q; mitis sum & humilis cor-
de. Quid est enim dñm mitem se in magiste
rio atq; humilem dicere: nisi relictis exercen
de elationis difficultatibus plana quedam
B bene viuendi itinera demonstrare. Sed q̄a
prauorum mentes plus per aspera elatiōis
q̄ per blandimenta humilitatis: ac mā-sue
tudinis delectantur: esse sub sentibus deli-
cias deputant. Dura enim pre amore secu
li quasi quedam mollia ac delectabilia fer-
re parati sunt dum in hac vita rerum culmi
na apprehendere conantur. Cessationē do-
minus a mundi laboribus imperat: sancte
quietis dulcedinem persuadet: & tū vetera-
na iniquorū mens plus se assēq aspera car-
naliter q̄ tenera & blanda spiritualiter gau
det: plus acerbitate fatigationis q̄ quietis
Exo. 16. dulcedine pascitur. Quod aperte in semet
ipso nobis israeliticus populus ostendit: q
dum refectionem manne desuper percipet:
ab egypto ollas carnium: pepones: porros
cepasq; concupiuit. Quid enim signatur in
manna nisi esca gratie suauc sapiens ad re
fectionem interioris vite bene vacantib⁹ de
super data: Et quid per ollas carnium: nisi
carnalia opera in tribulationū; laboribus
quasi ignibus excoquenda: Quid per pepo C
nes nisi terrene dulcedines: Quid per por-
ros ac cepas exprimitur que plerūq; q co-
medunt lachrymas emittunt: nisi difficul-
tas vite presentis: que a dilectoribus suis:
& non sine luctu agitur: & tamē cum lachry-
mis amatur: Manna igitur deserentes cū
peponibus ac carnib⁹ porros cepasq; que-
sierunt: quia videl; peruerse mentes dulcia
per gratiam quietis dona despiciunt: & pro
carnalibus voluptatibus laboriosa hui⁹ vi
te itinera etiam lachrymis plena cōcupiscūt
contemnunt habere vbi spiritualiter gaude
ant: desideranter appetunt vbi & carnaliter
gemant. Horum itaq; vecordiam veridica
voce Job reprehendat: quia nimirum per-
uerso iudicio: perturbata tranquillis: dura
lenibus: aspera mitibus: transitoria eternis
suspecta securis anteponunt. Horum vecor
die sancta ecclesia recordetur: cum seuis ex
trinsecus aduersitatibus premitur: quos in
tra se velut fideles continuit: sed eorum vi-
tam aduersantem fidei diu tolerauit & di-
cat. Qui inter huiuscemodi letabantur: et
esse sub sentibus delitias computabāt. Qui
nimirum mala que agunt ex iniquorum pre
cedentiū prauitate didicerūt. Unde & recte
subiungitur. Filij stultorum & ignobilium.
Capitulum. 17.



Ciendū est nobis q̄ aliq̄
intra sanctam ecclesia;
vocantur stulti: sed ta-
men nobiles. Alij vero D
sunt stulti & ignobiles.
Stulti nāq; dicunt: sed
esse ignobiles nequeūt:
qui carnis prudentiam
contemnentes profuturam sibi stulticiā ap
petunt: & ad nobilitatem interne ꝓlis virtu-
tis nobilitate sublevant: qui fatuā sapientiā
mundi despiciunt & sapientiā dei stulticia; 1. Cor. 3.
concupiscūt. Scriptum quippe est Qd stultū
est dei: sapientius est hominibus. Hāc nos
stulticiam paulus comprehendere ammo- Ubi s.
net dicens. Si q̄s videtur iter vos sapiens
esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiens.

hanc stulticiam q perfecte secuti sunt: voce
Mat.10 sapientie audire meruerunt. Vos qui secuti
estis me in regeneratione cum sederit filius
hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et
vos super sedes duodecim iudicantes duo-
decim tribus israel. Ecce relinquentes tem-
poralia: gloriam potestatis eterne mercati
sunt. Quid itaq3 in hoc mũdo stulti⁹ q̃3 sua
B deserere: Et quid in eternitate nobilius q̃3
cum deo iudices venire: Horum scilz iudi-
cam nobilitas Salomone attestãte memo
ratur: cum hoc qđ iam prefatus sum dicit.
Pro. 3. Nobilis in portis vir eius quando sederit
cũ senatoribus terre. Valde quippe nobiles
considerat quos senatores vocat. Hanc in
se nobilitatẽ Paulus asperexerat: cũ cogna
tioni conditoris per spũm vinctus dicebat.
Act.17 Genus ergo cũ simus dei non debem⁹ esti-
mare auro vel argento aut lapidibus scul-
pture artis τ cogitationi hominis diuinum
esse simile. Genus videlz dei dicimur nõ ex
eius natura editi: sed p spũm illius τ volũ-
tarie conditi τ adoptiue recreati. Tãto er
go ad hanc nobilitatẽ quisq3 erigitur: quan
to per acceptã imaginem ad similitudinem
illius ex imitatione renouat. At cõtra sunt
stulti τ ignobiles qui dũ supernã sapientiã
semetipsos sequentes fugiunt in sua igno-
rantia quasi in abiecte ꝓlis vilitate sopiun
tur. Quo enim id ad qđ conditi sunt nõ in
telligunt: eo etiam cognationẽ accepte per
imaginez generositatis perdũt. Stulti sunt
ergo τ ignobiles quos ab eterne heredita-
tis consortio repellit seruitus mentis. Scri-
Jo. 8. ptum quippe est. Omnis qui facit peccatũ
i. Cor.3 seruus est peccati. Et voce egregij ꝑdicato
C ris dicitur. Sapientia huius mundi: stulti-
cia est apud deum. Qui ergo diu3 terrena sa
perent: ab intima generositate repulsi sunt
stulti simul τ ignobiles fuerunt. Quorum
dum plerisq3 actus imitantur filij stultorũ τ
ignobilium fiunt: dumq3 eos sensib⁹ ac mo-
ribus sequuntur: τ stulti sunt: quia verã sa-
pientiam non intelligunt: τ ignobiles quia
nulla spũs libertate renouantur. Sed hi
quãuis iniquoꝝ actus exerceant plerũq3: ta
men in hac vita occupant loca iustoꝝ atq3
eorum se filios estimant: quorum p honoris
concupiscentiam officia exterius ammini-
strant. Quos sancta ecclesia per correptio-
nem ad cognitionem sui reuocat: vt videlz
in prauis desiderijs positi: quorum sint filij
attendant. Non enim eorũ sunt filij quorũ
loca tenent: sed quoꝝ opera exercent. Dica
tur igitur recte: filij stultoꝝ τ ignobilium nõ
parentes. Ubi apte subiungitur. ((Et i ter-
ra penitus.)) Sicut enĩ plerisq3 in terra sunt:
τ a cogitatione hominũ abiectione vilitatis
sue quasi quadam superductiõe velaminis
absconduntur: ita sunt nõnulli in ecclesia q
dum abiectioni se prauorum operũ subdũt
diuino conspectui noti non sunt. Quibus τ
quandoq3 dicendum est. Amen dico vobis B
nescio vos. Esse ergo in terra: τ apparere: ẽ Mat.25
in fide recta per virtutem operis nobilitatẽ
mentis ostendere. Esse vero in terra τ peni
tus non apparere est in ecclesia quidem fi-
de consistere: sed nil dignum fidei in ope de
monstrare: hi itaq3 intra sanctam ecclesiam
diuinitatis oculis τ videntur per iudiciu3:
τ tamẽ per bone vite meritum nõ videntur
q2 ea que confitendo tenent viuendo nõ ex
hibent. De quibus paulus dicit. ((Confitẽ Tit.i
tes se nosse deum: factis autem negãt.)) Hi
in sancta ecclesia fidem quam tenere se asse
runt premunt potius q̃3 venerantur: dũ sua
magis illius nomie quã etiã adipisci lucra
concupiscunt.

Capitulum. 18.



Lecti dum seruare fidei me
ritum rectis opibus curant
ad auctoris sui noticiã etiã
inter reproborũ tumultus A
appropinquant. Quod be-
ne in euãgelio muliere san-
guinis fluxu laborante signatũ est. De qua
cum dñs diceret. Quis me tetigit: Petrus Luc.8.
ratiocinando respondit. Turbe te compri-
munt τ affligunt: τ dicis quis me tetigit:
Sed audire causas vere rationis meruit:
cum ei dñs dixit. Tetigit me aliquis. Nam
ergo noui virtutem exijsse de me. Ecce turbe
premebant dñm: sed tamen sola tetigit que
ad illum humiliter venit: q2 nimirum mul-
ti etiam in sancta ecclesia reprobi veritatez
cognoscendo premunt quaz bene viuendo
tangere negligunt. Premunt τ longe sunt
q2 diuinã noticiaz ꝓfessionibus sequuntur
moribus fugiũt. Premunt inquã: sed lon-
ge sunt q2 eidẽ fidei quã loquẽdo astruũt
agẽdo cõtradicunt. Sicut ergo hoc testimo
nio docemur: q2 nõnulli dñm tangẽdo non

tangunt:ita nōnulli videntur a dño etiam cum nō videntur:qz occultis eius obtutib⁹ et ad damnationis supplicium apparent: et ad electionis meritum nō apparent. Dica-
B tur igitur recte et in terra penitus non parētes:qz et si illos specietenus ecclesia tenuit:eos tamen intra illam conditor quasi nō vidit quos ignorauit:qui tranquillitatꝫ tēpore iccirco fidem verbotenus tenent:quia eandem fidem florere generaliter vident. Sed cum repentina contra illam procella aduersitatis oboritur:mox ab ea negatiōe publica disiunguntur:et quicqd prius quasi venerantes tenuerant:cōtra hoc postmodum deridentes pugnant. Unde apte subditur. ((Nunc eorum canticū versus sum: et factus sum eis prouerbium.)) Quibus videlicet verbis illud sancte ecclesie tempus exprimitur:quo publice a reprobis irridetur:quando iniquis crescentibus ad obprobrium fides et veritas erit in crimen. Tanto quippe despectior vnusquisqꝫ erit:quanto iustior esse potuerit:tanto abhomiabilis quanto laudabilis. Sancta itaqꝫ electorū ecclesia afflictionis tempore prouerbiū prauis efficitur:quia cum bonos mori per tormenta conspiciunt:ab eis similitudinem maledictionis sumunt. Quo enim transitoriam mortem vident:sed permanentem vitaꝫ nō vident:tanto magis deridendo mala presentia fugiunt:quanto per intellectum intrinsecus ad bona permanentia non pertingūt.
C Sed ea que subiuncta sunt:quia obscurioribus sententijs implicata nō sunt:debem⁹ sub breuitate transcurrere:vt ad ea in quibus laborandum est valeamus citius peruenire. Sequitur. ((Abhominantur me et longe fugiunt a me et faciem meam ꝯspuere nō verentur.)) Lōge a sancta ecclesia fugiunt omnes iniqui:non passibus gressuū sed qualitatibus morum:longe fugiunt nō loco sed merito:dūꝫ crescente superbia apta eam exprobratione contemnunt: Faciem nāqꝫ eius conspuere est: non tantum in absentia bonis detrahere:sed vnumqueqꝫ iustum etiam in presentia confutare:quem tunc praui dum aperte irridendo despiciunt in eorum contumelijs flura ꝟba quasi desilientes saliuas emittunt.



A Ed scit sancta ecclesia in passionib⁹ crescere: atqꝫ inter obprobria honorabilē vitam tenere: scit nec aduersis deijci nec de ꝓsperis gloriari:nouit contra prospera mentem sua in deiectione sternere:nouit contra aduersa animum ad spē supni culminis exaltare:scit bona sua misericordie redemptoris: scit mala sua iusticie tribuere iudicis qꝫ et bona illo largiēte hēat: et mala illo permittente patiatur. Unde et mox de dño subiungit dicens:((Faretram enim suam aperuit et afflixit me.)) Quid per faretram dei iusti occultum ꝯsilium designatur: Sagittam vero de faretra domin⁹ eijcit:quādo de occulto cōsilio aptam sententiam emittit. Quia enī flagellatur qsqꝫ cognoscimus: sed qua ex cā flagellum veniat ignoramus. Cum ꝟo post flagella vita correctionis sequitur:etiam ipsa ꝯsilij virtus aperitur. Faretra igitur clausa est cōsilium occultum. Sꝫ apta faretra affligimur: quando ꝑ id quod post flagellum sequitur quo cōsilio flagellamur videmus. Cuꝫ peccata dñs videt:et tamen manum ad vindictam nō cōmouet:quasi clausam faretram tenet. Sꝫ feriendo indicat:quantum ei ī nobis displicuit hoc quod diu videndo tole-
B rauit. Sancta itaqꝫ electorū ecclesia tribulationib⁹ pressa dicat: Faretrā.n. suā aperuit et afflixit me. Que aduersariorum voces īsolentes sustinēs dū cernit qꝫ ei⁹ ꝑdicatio nō admittit:quorūdā duriciā deserēs ꝑdicatōis sue ꝟba moderat. Perpendēs etenim ꝑsecutores suos ad exhortatiōis sue vocē deteriores existere:magis elegit tacere. Cūqꝫ īdignos q audiāt ꝯspicit:ꝑdicationē suam obducto silētio astrigit. Uñ apte subiūgit. ((Et frenū posuit ī os meū.)). Frenū sibi apud quosdā positū cognouerāt q
dicebāt: Uobis oportebat ꝑmū loq ꝟbum dei: sꝫ qm̄ repelliꝫ illud et idignos vos iudicatis eterne vite ecce ꝯuertimur ad gētes. Act. 13
Frenū sibi silētij sup impositū sēti viri apd dura reproboꝝ corda ꝯspiciūt:qꝫ ꝑ ꝓphetā dicunt. Quomō cantabimus canticum do-
mini in terra aliena: Frenum ponit ēt Pau- Ps. 136
lus ammonuit:q discipulo precepit dicens.
Hereticū post primam et secundā correctio- Titū. 3
nem deuita;sciens quia subuersus est; qui

eiusmodi est: et deliquit proprio iudicio cō
demnatus. Sācti quippe doctores plerūq3
C alta consideratiōe resistentiū corda conspi-
ciunt: et dum ea derelicta diuinitus vident
afflicti gementesq3 conticescunt. An nō ali
quando frenum salomen, doctorib⁹ impōit
Prouer. 9. q dicit: Noli arguere derisorez ne oderit te.
Sed si ab increpatione iccirco reticem⁹: qr
contra nos insurgere derisoris odia formi-
damus nō iam lucra dei sed nostra queri-
mus. Qua in re sciendū est: q nōnunq̄ cū
redarguūtur praui: deteriores existūt. Ipis
ergo et nō nobis parcimus: si ab eoꝝ redar
gutione p eorū amore cessamus. Unde ne-
cesse est vt aliquando toleremus tacendo
q sunt: quatenus in nobis discant vidēdo
q nō sunt. Quia igitur sancta ecclesia que
verba sua semp per charitatem exerit ea ēt
nōnunq̄ ex charitate restringit dicat: Fre-
num posuit in os meum. Ac si aperte fatea
tur dicens: quia in quibusdam profectū non
vidi: predicatōis ab eis impetū temperaui
vt vitā meā saltem p patientiam discerēt:
cum verba mea admittere: et p oblatā pre-
dicationem nollent. Ca. 20.



A Ed plus nobis hoc plerū-
q̄ in tribulatōibus dolēt
quo eas ab illis patimur
in qb⁹ germano amore cō
fidebamus. Unde et sub-
ditur. Ad dexteram orie-
tis calamitates mee illico surrexerūt. Ad si
nistram quippe calamitates surgerēt: si a q-
buslibet extra religionē positis: et aperte xp̄m
negantib⁹ psecutōis aduersa sustinerem.
Cum vero ab aliqbus quasi fidelib⁹ tēptatio
nē cruciamentoꝝ patit quasi ad dexteraz
illi calamitates oriuntur: qr hij q sub xp̄o
noie militant: xp̄i in eo nomē impugnant.
Ipso. n. locutōis vsu p dextero habere dici
mur q p magno pensamus: pro sinistro ve
ro id qd despicimus: quod Zacharias aper
Zach. 3. te insinuat dicēs: Et ostēdit mihi Iesum sa
cerdotem magnū stantē corā angelo dn̄i: et
sathan stabat a dextris eius vt aduersaret
ei. Qui vt patentius hoc qd p̄misit ostēde-
ret: secutus adiūxit. Et dixit dn̄s ad sathan
B Increpet domin⁹ in te sathan q elegit hie-
rusalem. Nunqd nō est iste torris erut⁹ de
igne: Et Iesus indutus erat vestib⁹ sordi-
dis: Sordidis enim vestib⁹ Iesus indut⁹
est: qr q̄uis alienus ab oī peccato: tamen i
similitudine venit carnis peccati. Cui veni
enti sathan a dextris stetit. Pro magno
nāq3 dn̄s iudaicū populū: et pro nihilo gē-
tes habere videbatur. Sed postq̄ incarna
tus apparuit: gētilitas que pro sinistro ha-
bita fuerat credidit: iudaicus vero populus
ad pfidiam declinauit. Sathan ergo illi a
dextris stetit qr illū ei populum rapuit: qui
dudum dilectus fuit. Sed qr ipse iudaicus
populus nō pditus: in fine est q̄q3 credi-
turus, ppheta testante qui ait: Reliqe salue
fient: Sathā a dextris suis dn̄s remouit, di
cens. Increpet dn̄s in te sathan: et eiusdem
populi liberationē indicans subdit: qui ele- Zach. 3.
git hierusalem. Qui nimirum populus q̄a
ad gehēne icendia perfidia duce desinebat Isa. 10.
s3 dū ad fidem reducitur, ab eodem eterni C
ignis icendio liberatur: stati de eo illic sub-
ditur. Nunqd nō est iste torris erut⁹ de
igne. Sicut ergo illic per dexteram plebs
iudaica: ita hoc i loco dextre vocabulo fi-
delis populus scē ecclesie designat. Unde et
venturus iudex hedos ad sinistram: agnos Mat. 25
ad dexterā ponit. S3 cum sanctā ecclesiam
aduersitatis tpe ipsi quoq3 lacessunt qui fi-
deles eē videbantur: eis, pculdubio calami-
tates ad dexteram surgunt.

Capitulum. 22.



Ene sūt hec ipsa dextra
orietis vocat. De ipo qp
pe eiusdez capite scriptū
Oriens ē nomē ei⁹. Nā A
qr ab oriente lux surgit:
recte oriēs dr̄ cuius iusti- Zach. 6.
cie lumie nostre iniusticie
nox illustrat. Ad orientis ergo dexteraz ca
lamitates surgūt: qr hij quoq3 ad psecutio-
nē psiliunt: q electa mēbra redēptoris no-
stri eē credebantur. Quas videlz calamita
tes recte illico essent surgere: qr dum non
erāt extranei q psequūtur: ab eis repente
mala et illico fiunt. Si vero dextera hij q vo-
citer fideles sunt appellantur: calamitates
ad dexterā orientis surgūt: qr erūpente p-
secutōis articulo crudeles prauoꝝ impet⁹
iusti patiunt. Seqtur. Pedes meos sub
uerterunt: et oppresserūt quasi fluctib⁹ semiti
suis. Quid p pedes ecclesie nisi extrema
illius mēbra signantur: Que dū ad opera
terrena deseruiunt: tanto celerius ab aduer-

sarūt falli possunt: quanto sublimis minus
intelligūt. Hoa itaq pedes aduersarij sub
uertunt: videlꝫ cum extrema mēbra illꝰ ad
sui dogmatis errorem trahūt. Subuersi pe
des viam tenere nequeunt: cū infirmi quiq
persecutorum suorum vel ꝓmissionibꝰ per-
suasi: vel minis territi: vel cruciatibꝰ fracti
B ab itinere recto deuiant. Bene aūt aduersa
riorum semite fluctibꝰ comparant cū dr: et
oppresserunt quasi fluctibus semitis suis:
q.r.s. vita prauorum insolētaf ingetitudine
molestia: ad obruendam: vt ita dixerim: ma
uem cordis quasi tempestas illabitur. De
qua videlꝫ tempestate p Salomonem dr:
Pro.10 Quasi tempestas trāsiens nō erit impius.
Cūq infirmꝰ qsq puersos florere cōspicit:
hunc in peruersitatis pelagus vnda misere
imitatōis mergit. Seqtur. ¶ Dissipauerūt
itinera mea: insidiati sunt mihi et preualue
runt: et non fuit q ferret auxilium.] Dicat
hec beatus Job de malignis spiritibꝰ vide
licet hostibꝰ occultis: dicat vniuersa ecclesia
de prauis ꝑsequētibus. s. aduersarijs aper
tis. Ipsi qppe eiꝰ itinera dissipant: cum in
quorūdam infirmorꝫ mentibꝰ ꝟitatis vias
callida ꝑsuasione ꝑturbant. Ipsi insidiātes
preualent: cū eos quos apte ad malum tra
here nequeunt bona simulando puertunt.
C Sꝫ mirū valde qꝺ subijcit: nō fuit q ferret
auxiliū: cū de diuino adiutorio ps clamet:
Ps.9. Adiutor in oportunitatibꝰ in tribulatione.
et sperent in te q nouerūt nomen tuū: quo-
Eccl.2. niā non derelinques querentes te dn̄e. Et
cū rursum scriptum sit: Quis spauit in dn̄o
et ꝯfusus est: ꝑmansit in mādatis eiꝰ et dere-
lictus est: Et qs innocauit illum et despexit
eū: Qua itaq rōne nūc dr: non fuit qui fer
ret auxilium: nisi qꝛ oīpotēs deus eos quos
in eternum diligit aliquādo ad tēpus relin
Isa.54 quit. Unde scriptum ē: Ad pūctum in mo-
dico reliqui te et in miserationibus magnis
congregabo te. In momento indignatiōis
abscondi faciem meā parūper a te: et in mi-
sericordia sempiterna misertus sū tui: hic
Ps.118. etiam p̄s. deprecatur dicens: Nō me dereli
quas vsq quaq. Derelinq igitur se sꝫ ad
modicum posse vtiliter nouerat qui ne vs-
qꝫquaq relinqueretur petebat. Sāctos ite
rum suos dominus veniendo adiuuat: de-
relinquendo ꝓbat: donis firmat: tribulatio
Eccl.4. nibus temptat. Unde recte quoq p. quēdā
sapientem dr. In primis elegit eum timo-
rem et metum et ꝓbationem inducit super il
lum et excruciauit illum in tribulatione do
ctrine sue donec temptet illum cogitationi-
bus illius. Iusti qppe animam grs vocat:
D tēptatio interrogat. Et omnipotens deꝰ ele
ctorum suorū aduersarios temporaliter ꝑ-
mittit excrescere: vt per malorum seuiciam
purgetur vita bonorum. Nunq qppe do-
minus aduersus bonos eos seuire permit-
teret nisi etiam quantum ꝓdessent videret.
Nam dum iniusti seuiunt: iusti purgantur
et vtilitati inocentium militat vita prauorꝫ
dum hanc et premendo humiliat: et humili-
ando semper ad melius format. Unde re- Prov.11.
cte quoq per Salomonem di: Qui stultus
est seruiet sapienti. Et tamē sepe conspici-
mus sapientes subesse: stultos vero arcem
dominij tenere: sapiētes seruiliter obsequij
stultos tyrānica elatione dominari. Quo-
modo igitur diffinitione diuine sapiētie sa-
pienti stultus seruit: dum plerūq hunc iure
tpalis dominij comprimit. Sꝫ sciendum ē:
qꝛ contra sapientes vitam dū stultus ꝑmi-
nens terrorem potestatis exercet: dum hūc
laboribus fatigat: contumelijs lacerat: pro
fecto hūc ab omni viciorꝫ rubigine vrendo
purgat. Stultus ergo sapientiam etiaꝫ do-
minando seruit quē ad meliorē statum pre
mendo ꝓuehit. Sic nōnunq pupillis domi
nis ad discipline magisteriū serui presunt.
terrent: premunt et ferūt: et tamē eē sui nul-
lo modo desistunt: q ad hoc ipsum ordinati
sunt vt ꝓficientibus dominis etiam ferien-
do famulentur. Quia igitur mala reprobo
rum: bonos dum cruciant purgant: vtilita-
ti iustorꝫ militat etiam potestas iniquorꝫ.
Sed plerūq iusti tribulatione deprehensi
tardam manum subuenientis estimāt: cum
se ꝑsequentium immanitas paulo longiꝰ an
gustat. Et concita qdem sunt ereptoris re-
media: sꝫ hoc quod ab erepto citius agitur
dolori tardum videtur. Cūq adesse postu-
lationi auxilium queritur: si vocem nō stati
seqtur: qꝛ deesse estimatur. Unde nunc dr: et
non fuit q ferret auxilium. Qua videlicet ī
voce ipsa vis passionis exprimitur: qꝛ sup-
num auxilium: et si adest quantum ad ordi
natam prouidentiam protectoris: deesse ta
men creditur quantum ad concitata vota
pacientis. Sequitur.

Capitulum. 23.

A Quasi rupto muro: et aperta
ianua irruerunt super me:
et ad meas miserias devo-
luti sunt. Quid hoc loco
muri nomine: nisi redemptor
humani generis appellatur:
De quo pro sancte ecclesie edificatione per
Isa. 26 prophetam dicitur: Ponetur in ea murus: et ante-
murale. Ipse enim nobis murus est: qui ad cor-
da nostra pertingere malignorum spirituum
cursum vetat. Qui nostre quoque fidei et an-
temurale posuit: quia priusquam se per carnem
ostenderet: predicatores sui mysterii prophe-
tas misit. Recte quippe antemuralis nomine
vocantur: qui dum subsequentem predicave-
runt dominum quasi ante murum steterunt.
Sed quasi murus rumpitur: cum pravorum
persuasionibus fides que in redemptore no-
stro est: in quorundam corde dissipatur. Cumque
perversis in hac vita potestas tribuitur: quid ali-
ud quam ianua erroris aperitur. Qua rupto er-
go muro: et aperta ianua super bonos irruunt
mali: cum accepta temporaliter potestate per-
versi ipsa quoque in quorundam corde destrue-
re munimina fidei conantur. De quibus ap-
te dicitur: Et ad meas miserias devoluti sunt:
quia videlicet prius ad suas. Nisi enim per-
verse vivendo ad suas ante miserias cade-
rent nequaquam ad eas postmodum: et alios
B suaderent. Sed post suos reprobi: et ad no-
stras miserias devolvuntur: quando ad ea ma-
la in quibus iam ipsi implicati sunt: etiam quos-
dam nobis unitos trahunt. Potest quoque in-
telligi muri nomine munitio discipline Sa-
Pro. 24 lomone attestante qui ait: Per agrum hominis pi-
gri transivi: et per vineam viri stulti: et ecce
totum repleverant urtice: operuerant superfi-
ciem eius spine: materia lapidum destructa
erat. Per agrum enim hominis pigri: atque per vine-
am viri stulti transire est: cuiuslibet vitam ne-
gligentis inspicere: eiusque opera considerare.
Quam urtice vel spine replent: quia in corde
negligentium prurientia terrena desideria: et
punctiones pullulant viciorum: quippe quia scri-
ptum est: In desideriis est omnis ociosus. Ma-
teria lapidum destructa erat. i. disciplina
patrum ab eius corde dissoluta. Nam qua
destructam materiam lapidum dissolutam
esse disciplinam illic vidit protinus secutus
adiunxit. Quod cum vidissem posui in cor-
de meo: et exemplo didici disciplinam. Quasi
rupto ergo muro hostis ingreditur: cum vel
malignorum spirituum: vel pravorum hominum
persuasione callida discipline munimina in cor-
de dissipantur. Sed cum eiusdem discipline
vigor in corde reproborum solvitur: ante eorum
oculos cuncta bonorum opera despectui habent
nihilque esse estimant: quecumque de virtutibus ele-
ctorum vident. Unde et apte subditur. Re-
dactus sum in nihilum: Apud estimationem
quippe malorum in nihilum redigimur quando
ea que ipsi quasi summa diligunt bona tempora-
lia non tenemus. Despectis namque supernis pro-
missionibus terrena desiderant: et si quando in eorum C
mente aliquid de appetitu eternitatis oritur
suborta citius transitoriis delectatione dissipatur.
Unde et statim subiungitur. Abstulisti qua-
si ventus desiderium meum. Fidelis quippe
populus se pati denunciat: quod eos quos dili-
git pati dolet. Ventus ergo desiderium tollit
cum res quelibet transitoria eternitatis ap-
petitum destruit. Ubi adhuc congrue sub-
infertur. Et velut nubes pertransiit salus
mea. Nubes quippe in alto eminet: sed hanc
ad cursum flatus impellit. Sic nimirum sic
sunt temporalia iniquorum bona velut in alto
quidem per honoris celsitudinem degere videntur:
sed ad cursum vite quotidie: quasi quibusdam
mortalitatis sue flatibus impelluntur. Salus
ergo ut nubes transit: quia perversorum glo-
ria quo alta est fixa non est. Sed expletis desi-
deriis actibusque infirmantium ad electorum
vocem sermo convertitur cum protinus sub-
infertur. Nunc autem in memetipso mar-
cessit anima mea: et possident me dies afflic-
tionis. Electorum quippe anima nunc
marcessit: quia in illa postmodum eterna ex-
ultatione viridescit. E converso eos dies af-
flictionis possident: quia dies leticie post
sequuntur: Scriptum quippe est: Timenti
deum bene erit in extremis: et rursum de ec- Eccli. 1.
clesia dicitur: Ridebit in die novissimo. Pro. 31.
D Nunc enim tempus afflictionis est bonis:
ut sequatur eos exultatio quandoque sine
tempore. Hinc ab eis alias dicitur. Humiliasti
nos in loco afflictionis. Locus namque afflictio-
nis est vita presens. Iusti ergo hic. i. in loco af-
flictionis humiliati sunt: quia in eterna vita
i. in loco gaudii sublimantur. Cum se(?) mar-
cessere animam diceret: recte etiam premisit in

metipso: qr in nobismetipsis qdē efficimur
sed in deo mens nostra refouetur: tantoq̃ a
viriditate gaudij lōge fit: quāto adhuc ab
auctoris repulsa lumine ad se recedit. Tūc
aūt ad vere leticie viriditatē puenit: quan
do p eterne cōtemplatōis grā subleuata ēt
semetipsā transit. Sz hec que allegorica i-
dagatōe trāscurrimus opz vt p oīa etiā iu
xta hystoriam teneamus. Que tamē nunc
idcirco pretereo: qr hec aperta eē legentib⁹
nō ignoro. Dieb⁹ aūt persecutōis vltime qr
multi q pereunt: ⁊ pauci sunt q saluantur:
idcirco vir sanctus passionis sue tpe: ⁊ pau
ca de bonis: ⁊ multa de peruersis loqtur.
Unde ⁊ mox ad eoꝝ personam q corruunt
ḃba puertit: sicq̃ sua insinuat: vt audienti-
bus possint ꝯgruere que narrat. Nam seq
tur. ¶ Nocte os meū perforatur dolorib⁹:
⁊ q me comedūt nō dormiūt.) Si ipsi hy-
storie itendimus pz causa: quoniā sancti vi
ri corpus per sinus vlcerum scaturiens ver
mium multitudo lacerabat.

Capitulum. 23.

Si vero allegorie mysteriū
perscrutamur: qd p ossa
nisi fortes qui z in sancte
B ecclesie corpore designan-
tur: Que quasi suo robo-
re mēbra ptinent: dūz mo
res infirmantiū stabiliter
portant. Sz cum tribulatōis vltime contra
eam feruor excreuerit: in nocte os illius per
forat doloribus: qr nōnunq̃ tormētis victi
etiā ipsi ad perfidiā defluunt q ad fidē ali
os tenere videbantur. Ait ergo. Nocte os
meū pforatur dolorib⁹. Ac si apte dicat:
Tribulatōis tenebris pressi ita afflictōe ter
rebantur: vt ⁊ ipsi q in me habebant vigo-
rem fortitudinis: quasi iā quoddā habeāt
foramē timoris. Bene aūt dr: ⁊ q me come
dunt nō dormiunt: qr maligni spūs q car-
nales quosq̃ de ecclesia ꝯsumunt tāto ma
gis gescere a tēptatione nesciunt: quanto
nullo carnis pondere grauantur. Sed pse-
cutores sancte ecclesie: qr valde puersi sunt
cēnt vtinam pauci. Seqtur. ¶ In multitu
D dine e... p cōsumatur vestimentum meum: ⁊
quasi capitio tunice succinxerunt me.) Si
hystorie itendimus qd aliud vestimentum
beati Job q̃ eius corpus accipimus: cui⁹
videlz vestimentum ꝯsumitur dū caro cru-
ciatur. Iuxta allegorie vero mysterium: ve
stimentū est sancte ecclesie fidelium vita.
Nam sicut tota simul ecclesia vestimentū
xpi: ita fideles quiq̃ eiusdem ecclesie vesti-
menta deputantur. Si enim sancta ecclesia
vestimentum xpi nō esset: Paulus pfecto
nō diceret: vt exhiberet sibi gloriosam eccle Ephe. 5
siam nō habentē maculam nec rugā. i. nō
q peccatum habētem maculā nec p dupli-
citatem rugā: q r ⁊ per iusticiam mūda est:
⁊ per simplicem intentionē tensa. Que igi
tur abluta est ne habeat maculam: tensa ē
ne habeat rugaz: vtiq̃ vestis ē. Sicut ergo
indumentū xpi tota generaliter ecclesia di
citur: sic indumentum sunt ecclesie singulo
rum anime: que ab errore ꝯuerse eandem
ecclesiam credendo: eāq̃ fideliter inheren-
do circūdant. De qbus eidem ecclesie per
pphetam dñs dicit: Uiuo ego qr omnibus Isa. 43
his velut ornamēto vestieris. Sz cūm ꝓcel
la seue persecutōis cepitur: plerīq̃ fidelium
ab ei⁹ amore separātur: q ei sedule inhere-
re videbātur. Dicat ergo. In multitudine C
coꝝ ꝯsumitur vestimentū meū: qr dūz mul
ti sunt q cruciant: destruuntur plurimi q ei
cōnexione amoris inherebant. Bene autez
subditur. ¶ Et quasi capitio tunice succin-
xerunt me.) Tunice qppe capitium collū
circūdat induentis. Collum ṽo si stringitur
vocis vsus ⁊ vita is flatus necatur. San-
ctam ergo ecclesiam reprobi quasi capitio
tunice cōstringunt: qr in ea persecutionib⁹
suis vitam fidei: ⁊ predicatōis vocem exti-
guere conantur. Hoc qppe conan psecuto-
res ei⁹ spāliter solent: vt ab ea ante oia ver
buz predicatōis tollant. Unde ⁊ hij q san
cte fidei primordijs resistebant: eciis aposto
lis denūciabant dicētes: Precipiendo pre Act. 5.
cepimus vobis ne doceretis in nomine isto
⁊ ecce replestis hierusalem doctrina vestra.
Corpus ergo sācte ecclesie quasi capitio tu
nice cinxerunt q cōstrictis predicatoribus
velut ei⁹ collum prementes in ea claudere
iter vocis volebant. Sz electi quiq̃ psecu-
tionis sue tempore paratiores sunt emori
q̃ tacere. Qui dū in morte corporaliter cor
ruunt: a stultis qbusdam ⁊ carnalibus de-
specti: ac viles estimantur: qr cum videre re
probi nequeunt: que electi bona spūaliter
teneant: quos carnaliter extingui conspici-
unt infelices arbitrantur. Unde ⁊ subditur

Comparatus sum luto: & assimulatus sum
fauille & cineri. In reproborum quippe iu
dicio sancta electorum ecclesia luto cõpara
tur: quia temporaliter conculcata despicitur.
Fauille assimulatur & cineri: quia dum bona
eius interiora non vident: ad sola hãc ma
la peruenisse estimant: que i ea exhiberi cor
poraliter vident. Fidelis tamen electorũ po
pulus cum multos ex se cadere conspicit: op
tat si obtinere valeat aduersitatis sue tẽpo
ra mutari. Huius quia oratio differtur: ge
mitus augetur. Unde adhuc subditur.

Capitulum. 25.



Lamabo ad te & non exau
A dies: sto & nõ respicis me. Sancta quippe ecclesia p
secutionis sue tempore fide
stat: desiderijs clamat. Sz
dolet se quasi non respici:
dum sua videt in tribulationibus vota dif
ferri. Alto nãq; consilio omnipotens deus
cum sancti eius aduersariorũ persecutioni
bus comprimuntur. cũq; assiduis vt liberẽ
tur interpellationibus clamant differre so
let vocem petentiũ: vt merita patientiũ cre
scant: quatenus eo magis exaudiantur ad
meritum: quo citius nõ exaudiuntur ad vo
Ps. 21. tum. Unde alias scriptuz est. Deus meus
clamabo per diẽ: nec exaudies & nocte. At
q; ipsa vtilitas de exaudiẽdi mora mox sub
ditur: cum illic protinus subinferẽ: & non ad
insipientiã mihi. Ad multiplicandã quippe
sanctorum sapientiã proficit: quod postulata tar
de percipiunt: vt ex dilatione crescat deside
rium: ex desiderio intellectus augeatur. In
tellectus vero cũ intenditur: ei in deuz ardẽ
tior affectus aperitur. Affectus autem ad
promerenda celestia tanto fit capax: quanto
fuerit expectando longanimis. Sed tamen
inter sanctorũ patientiã dolor vrget ad vo
cem: & cum dilati proficiunt metuunt ne defi
cientibus viribus despecti reprobentur. Se
quitur. Mutatus es mihi in crudelem: &
in duricia manus tue aduersaris mihi. Lõ
ge ab hac sententia vetusta translatio dis
sonat: quia quod in hac de deo dicitũ: hoc i
illa de aduersarijs ac persecutoribus memo
ratur. Sed tamen quia hec noua translatio
ex hebreo nobis arabicoq; eloquio cuncta
verius transtulisse perhibetur: credendũ est
quicquid in ea dicitur: & oportet vt verba il
lius nostra expositio subtiliter rimetur. Ait
ergo. Mutatus es mihi in crudelẽ: & in du
ricia manus tue aduersaria mihi. In scri B
ptura sancta cum de deo aliquid indignuz
dicitur: monetur legẽtis animus velut si ali
quando de deo aliquid dignum dicaẽ. Pe
ne omne quippe quod de deo dicitur: eo ipso
iam indignum est: quo potuit dici. Nã cu
ius laudi non sufficit obstupescens cõscien
tia: quando sufficiet loquens lingua. San
ctus autem spiritus hoc ipsum hominibus
intelligentibus insinuans quod sint ineffabilia
summa & diuina: his etiam verbis nonnun
quã de deo vtitur: que apud homines ha
bentur in vicio: vt ex his que indigna vidẽ
tur hominibus: & tamen dicuntur de deo:
ammoneantur scire hominea quod nec illa iaz
deo digna sunt: que dum digna hebentur
apud homines digna putantur deo. Dicitẽ
enim deus zelans: sicut scriptum est. Domi
nus zelotes nomen eius. Dicitur iratus. vn Exo. 34.
de scriptuz est. Iratus est dñs cõtra israel.
Dicitur deus penitens: sicut scriptum est. Nu. xi.
Penitet me fecisse hominem: super terrã et Gen. 6.
rursus: penitet me quod constituerim Saul re
gem in israel. Dicitur misericors: sicut scri
ptum est. Misericors & miserator dominus Ps. 85.
patiens & multum misericors. Dicitẽ pre
scius sicut de illo ait apostolus. Quos pre Ro. 8.
sciuit & predestinauit conformes fieri imagi
nis filij sui: dum nec zelus: nec ira: nec peni
tentia: nec proprie misericordia: nec prescien
tia esse possit i deo: Hec nãq; omnia ab hu C
manis in illuz qualitatibus tracta sunt: dũ
ad nostre infirmitatis verba descẽditur: vt
quasi quibusdam nobis gradibus factis: &
iuxta nos positis: per ea que nobis vicina
cõspicimus: ad summa eius ascẽdere quan
doq; valeremus. Zelari enim dicitur: qui
cum cruciatu mentis castitatez custodit vxo
ris. Irasci dicitur: qui feruore animi con
tra puniendum vicium accenditur. Penite
re dicitur cui id quod fecit displicet: & econ
tra mutando aliquid aliud facit. Miseri
cors dicitur qui pietate ad proximum per
mouetur. Misericordia autem a misero
corde vocata est: eo quod vnusquisq; intuea
tur quempiam miseruz atq; ei compatiens:
dum dolore animi tangitur ipse cor miserũ
facit: vt eum a miseria liberet: cui intendit.
Prescire dicitur cum vnamquãq; rem an

C

tequā veniet videt: et id quod futurum est: priusq̄ presens fiat preuidet. Deus ergo quomodo zelans est: qui custodienda castitate nostro nullo mentis cruciatu tangitur? Quomodo irascitur in vlciscendis vitijs nostris: qui nulla perturbatione animi cōmouetur? Quomodo est penitēs qui quod semel fecerit se fecisse nequaq̄ dolet? Quomodo habet misericordiam: qui cor nunq̄ miserum habet? Quomodo est prescius: cui
B nulla nisi que futura sunt presciantur? Et scimus quia deo futurum nihil est: ante cuius oculos preterita non transeunt: futura non veniunt: quippe quia omne quod nobis fuit: et erit in eius prospectu presto est: et omne quod presens ē scire potest potius q̄ prescire. Et tamen dicitur zelans: dicitur iratus: dicitur penitens: dicitur misericors: dicitur prescius: vt quia castitatem anime vniuscuiusq̄ custodit humano modo zelās vocatur: quāuis mentis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit dicitur irasci: quāuis nulla animi perturbatione moueatur. Et quia ipse immutabilis id quod voluerit mutet: penitere dicitur: quāuis rem mutet: consilium non mutet. Cum miserie nostre subuenit misericors vocatur: quamuis miseris subueniat: et cor miserum nunq̄ facit. Et quia ea que nobis futura sunt videt: que tamen ipsi semper presto sunt prescius dicitur: quāuis nequaq̄ futurum preuidet: quod presens videt. Nam et queq̄ sunt non ab eternitate eius ideo videntur quia sunt: sed ideo sunt quia videntur. Dū ergo ad verba mutabilitatis nostre descenditur: ex eius quibusdam gradibus ascendat: qui potest ad incōmutabilitatem dei: vt videat sine zelo zelantem: sine ira irascentem: sine dolore et penitentia penitentem: sine misero corde misericordem: sine preuisionibus prescientem. In illo enim nec preterita nec futura reperiri queunt sed cuncta mutabilia immutabiliter durant: et que in seipsis simul existere non possunt illi simul omnia assistunt: nihilq̄ i illo preterit quod transit: quia in eternitate eius modo quodam incomprehensibili cuncta volumina seculorum transeuntia manent: currentia stant.



Sicut ergo accipimus sine zelo zelantē: sine ira irascentem: ita a sancto viro etiam sine crudelitate dici potuit crudelis. Crudelis quippe dicitur: qui destricte feriēdo non parcit: vt videlz A
hoc loco crudelis districte feriens possit intelligi et vlciscende culpe non parcens. Unde Isaias quoq̄ cum videret vltimi iudicij diem: non iam cum venia sed cum districtione esse futurum ait. Ecce dies domini veniet crudelis: et indignatione plenus: et ire furorisq̄ eius: ad deponendam terram i Isa.13.
solitudinem: et peccatores eius conterendos de ea. Sanctus igitur vir: vt hanc eandem crudelitatem sibi potius assereret congruere posse q̄ deo: ait. Mutatus es mihi i crudelem. Ac si aperte dicat. Qui in teipso crudelitatis nihil habes: mihi quem respirare a persecutione non sinis crudelis videris. Ita enim deus crudelis esse nō potest: sicut nec mutari nullatenus potest. Sz quoniam in deo nunq̄ nec crudelitas nec mutabilitas venit: dum mihi dicit: q̄ in semetipso deum nec crudelem nec mutabilē sentiat ostendit. Nam dum circa nos quedā prospera: et aduersa variantur: in eo q̄ nos mutamur: quasi eius circa nos mutatū animū suspicamur. Ipse vero in se incōmutabilis permanens: aliter atq̄ aliter in cogitatione sentitur hominū: pro qualitate meritorum. Nam et lux solis cum nequaq̄ est sibimetipsi dissimilis: infirmis aspera: sanis B
autem oculis lenis videtur: eorū videlicet immutatione non sua. Unde vt predictum⁹ condicens: mutatus es ad dixerit: mihi: vt ipsa hec crudelitas atq̄ mutatio non sit in qualitate iudicis: sed in mente patientis. Quod verbis quoq̄ alijs reterit dicens. ((Et in duricia manus tue aduersaris mihi.)) Manus etenim dei dura creditur: cū voluntati nostre contraria hoc quod ei in nobis displicet feriendo persequitur: et flagella ingeminat: cum dolentis summa clemētiam expectat. Que tamen iuxta allegorie misterium bene sancte ecclesie verbis congruunt ex vocibus infirmorū: qui plerūq̄ se plus feriri estimant q̄ mereri putant: et quasi crudelitatem arbitrantur iudicis di-

strictionem equissimam sectionis: quia et cum
vulnus egri medicinali ferramento abscidi
tur: medicus crudelis vocatur. Qui tamen
per secantis manus duriciam adversatur
vulneri: sed concordat saluti. Sequitur.
((Elevasti me: et quasi super ventum ponēs
elisisti me valide.)) Quia presentis vite glo
ria quasi in alto cernitur: sed nulla stabili-
tate solidatur: velut elevatus super ventū
ponitur: qui prosperitate transitoria leta-
tur: quoniam ad hoc solum hunc fugitive
felicitatis aura sublevat: ut repente dete-
rius in infimis sternat. Quia enim sancta
C ecclesia cunctis in honore est: infirmi quiqꝫ
in ea qui transitorijs successionibus letan-
tur: quid nisi super ventum positi videntur
elevati. Quia subsequente persecutionis
tempore: dum prosperitatis aura pertran-
sit: eorum protinus elevatio corruit: et repē-
te cadentes discunt: quia elevati prius in
vento se sederunt. Que videlicet verba etiā
sancti viri persone specialiter congruunt:
non ad id quod erat. sed ad id quod esse
videbatur. Nequaquam enim mentem illius pro-
speritas fugitiva levaverat: quam inter tot
rerum affluentias miro semper virtutis pō
dere premebat: sed iuxta hoc quod videri
exterius potuit qui in suis humilis in alie-
nis oculis elevatus fuit: et quasi super ven-
tum positus elisus est valide: quia rebus ex
terioribus fultus: unde estimabatur surge-
re: videbatur inde cecidisse. Quem videli-
cet casum sanctus vir in mente non pertu
lit: quia nulla adversitas deiecit quem pro
speritas nulla corrupit. Qui enim veritati
inheret: vanitati nullo modo succumbit:
quia dum forti pede cogitatione intus intē
tionem figerit: omne quod foras mutabili-
ter agitur: ad arcem mentis minime pertin
git. Sequitur.

Capitulum. 27.


Cio qa morti tradas me:
vbi constituta est domus
A omni viventi.)) In supe-
riori huius operis parte
tractatum est: quod ante
adventum domini ad infer
ni receptacula etiā iusti descenderunt: quā-
tus non in supplicijs: sed in requie servaren
tur. Quod nunc testimonijs edocere negli
gimus quia in ea iam sufficienter probatū
putamus. Hoc ergo quod dicitur. Scio quia
morti tradas me: vbi constituta domus est
omni viventi: recte beato Job etiam iuxta
hystoriam congruit: dum nimirum constat:
quia ante redemptoris gratiā ad inferni clau
stra etiam iusti ducerentur. Ipsa quippe in
ferni receptio domus omnium viventiū di
citur. Quia nullus huc venit qui ante me
diatoris adventum non illuc ipsa corruptio
nis sue cōditione pertransijt: nullus huc ve
nit: qui ad carnis mortem eiusdē corruptio
nis sue gressibus non tetendit. De qua vi
delicet morte per ps. dicit. Quis ē homo qui Ps. 88.
vivit: et non videbit mortem: Nam et si ad B
celum raptus Helyas esse perhibetur: mor
tem tamen distulit non evasit: de ipso quip
pe ore veritatis dicitur. Helyas quidē ven
turus est: et restituet omnia. Venit enī restituere Mat. 27
turus oia quia adhuc nimirum huic mun-
do restituitur: ut et predicatiōis munera im
pleat et carnis debitum solvat. Que tamen
sancti viri sententia iuxta allegorie misteriū
sancte ecclesie vocibus ex persona congruit
infirmorum: qui fidem verbotenus tenent:
sed contra precepta fidei suis desiderijs fa
mulantur. Ait etenim. Scio quia morti tra-
das me: vbi constituta domus est omni vi-
venti. Quia enim multos in se voluptati-
bus deditos conspicit: eorumqꝫ iam interi-
tum prescit: pensat quia in via vite presentis
suis quidem desiderijs serviunt: sed tamen
ad mortis domum perveniunt omnes qui
in ea carnaliter vivunt. Sunt vero nonnul
li qui in voluptatum suarum foveam cor-
ruunt: sed tamen per lamenta penitentie ab
imis citius pedem reducunt quos superne
percussionis verbera ad eruditionem po-
tius quam ad extinctionem secant. Ex quibus
apte subiungitur. Verūtamen non ad con-
sumptionem eorum emittis manum tuam:
et si corruerint ipse salvabis. In quibus pro
fecto verbis hoc solerter debet intelligi: quia
beatus Job dum sua narrat in se alios trās-
figurat. Velut enī de se specialiter dicebat.
Elevasti me: et quasi super ventum ponens
elisisti me valide: Scio quia morti tradas C
me: vbi constituta domus est omni viven
ti: et tamen non de se: sed de alijs adiungit:
veruntamen non ad consumptionem eo
rum emittis manū tuam. Dum enim de se

loquēs ratiocinando causas de alijs subdi
dit: q̄ multorum personas in se significet
ostendit. Manum itaq; suam dn̄s corripit
& ad consummationem peccantiū nō emit
tit: cum feriendo a peccatis corripit: & cor
ruentes salvat: dum cadentes ad culpaz in
salute corporis vulnerat: vt prostrati exte
rius interius surgant quatenus iacētes cor
pore ad interiorem statum redeant: q stan
tes exterius ab statu mentis iacebant. Se
quitur. ¶ Flebam quondaz super eo qui af
flictus erat: & cōpatiebat̄ anima mea pau
peri. ¶ Quāvis vera compassio est: passiōi
proximi ex largitate concurrere. nonnunq̄
tamē cum exteriora quoq; abunde ad lar
giendum suppetunt celerius dantia man⁹
dationem invenit q̄ animus dolorem. Vn
scire necesse est: quia ille perfecte tribuit q
cum eo quod afflicto porrigit: afflicti quo
q; in se animam sumit: vt prius in se dolen
tis passionem transferat: & tunc contra do
lorem illius per ministeriū concurrat. Nā
sepe vt prediximus largitorem muneris re
rum facit abundantia: & non virtus com
passionis. Qui enim afflicto perfecte com
B patitur plerūq; et hoc indigenti tribuit in
quo ipse si dederit angustatur. Et tunc ple
na est cordis nostri compassio: cum malum
inopie pro proximo suscipere non metui
mus vt illum a passione liberemus. Quam
videlicet pietatis formam mediator nobis
dei & hominum dedit. Qui cum posset no
bis etiam non moriendo concurrere: subve
nire tamen moriendo hominibus voluit. q2
nos videlicet minus amasset: nisi & vulnera
nostra susciperet: nec vim nobis sue dilectio
nis ostenderet: nisi hoc quod a nobis tolle
ret ad tempus ipse sustineret. Passibiles
quippe mortalesq; nos reperit: & qui nos
existere fecit ex nihilo: revocare videlicet
etiam sine sua morte potuit a passione. Sz
vt quanta esset virtus compassionis osten
deret: fieri pro nobis dignatus est: quod
esse nos noluit: vt in semetipso temporali
ter mortem susciperet: quam a nobis imp
petuum fugaret. An non in divinitatis sue
divitijs nobis invisibilis permanens miris
nos potuit virtutib⁹ ditare? Sed vt ad in
ternas divitias rediret homo: foras appa
rere dignatus est pauper deus.

Capitulum. 28.



Vnde & predicator egregi⁹ A
vt ad largitatis gratiā vi
scera nostre compassionis
accēderet dixit. Propter
nos egenus factus est cū 2.Cor.8
dives esset. Qui etiam di
cit. Non vt alijs sit remis
sio vobis autem tribulatio. Hec proculdu Ubi.s.
bio cōdescēdēdo infirmis intulit: quoniam
quibusdam inopiam ferre non valentibus:
tollerabilius est minus tribuere: q̄ post lar
gitatem suam ex inopie angustia murmura
re. Nam vt ad magna largiendi studia au
dientium mentes accenderet: paulopost in
tulit dicens. Hoc autem dico: qui parce se
minat: parce & metet. Plus autem nōnun
quā esse dicimus compati ex corde q̄ dare
q2 quisquis perfecte indigenti compatitur:
minus estimat omne quod dat. Nisi enim
dantis animum bona voluntas vinceret:
eisdem predicator egregius discipulis non
dixisset: qui non solum facere: sed & velle ce
pistis ab anno priore. Facile quippe est in
bono opere obedire: etiam volentem. Sed
hec magna i discipulis virtus extiterat eos
bonum quod illis preceptuz est ante voluis
se. Quia itaq; vir sanctus apud omnipotē B
tem deum aliquando maius datum none
rat mentis esse: q̄ muneris: dicat. Flebam
quondam super eo qui afflictus erat: & cō
patiebatur anima mea pauperi. Exteriora
etenim largiens rem extra semetipsum pre
buit. Qui autem fletum & compassionē pro
ximo tribuit ei aliquid etiam de semetipso
dedit. Idcirco autem plus compassionē q̄
datum dicimus: q2 rem qualibet plerumq;
dat etiā qui non compatitur: nunq̄ autem
qui vere compatitur: quod necessariū pro
ximo conspicit negat. Que nimirum senten
tia bene quoq; sancte ecclesie vocibus con
gruit: que dum afflictos quosq; per lamen
ta penitentie conspicit: suos ei oratione cō
tinua fletus iungit: & totiens egeno compa
titur: quotiens mēti virtutibus nudate in
terventionis sue precibus opitulatur. Sup
afflictum quippe cōpatientes plangimus:
quando alienis damna nostra deputamus
& culpas delinquentium nostris mundare
fletibus nitimur: quod videlz agentes plus
plerūq; nobis q̄ his pro quibus agit̄ sub
venimus: q2 apud intimū arbitrē: & gratiaz

charitatis aspirantem cõmissa queq3 perfe
C cte diluit ppria: qui pure plangit aliena.
Persecutionis igitur vltime sancta eccle-
sia tribulatiõe deprehensa: reducat ad me
moriam pacis tempore bona que gessit di-
cens: Flebam quõdam super eo q afflictus
erat: r cõpatiebatur anima mea pauperi.
Que iterne lucis gaudia eterna desiderãs
sz tamen adhuc dilata qz malis exteriori-
bus premitur sancti viri vocibus adiũgat.
Expectabam bona r venerũt que mihi
mala: prestolabar lucez: r erupũt tenebre.
Fidelis enim populus expectat bona; sed
mala suscipit: prestolatur lucez: r tenebras
incurrit: qz per remuneratõis gl'iam interee
tam iãq3 angelorum se gaudijs sperat; r ta
men hic diutius dilatus: manus persequen
tium tolerat; r q se quantotius estimabat
eterne lucis retributione perfrui hic adhuc
compellitur persecutorum suorum tenebras
pati. Que videlicet mala persequentiũ mi-
nus dolerent: si ab infidelibus aduersarijs-
q3 cõsurgerent. Sed eo deterius mentẽ ele-
ctorum cruciant quo ab illis veniunt de q-
bus bona presumebant. Unde adhuc sub-
ditur. Interiora mea efferbuerunt absq3
vlla reqe. Sancte qppe ecclesie interiora
efferbescere est: ipsos quoq3 quos per amo
rem fidei velut viscera ante gestauerat i p-
secutionis atrocitate tolerare; q secreta pri
us illius cognoscẽtes quãto sciunt vbi ma
gis doleat: tanto deterius ab afflictiõe ei9
minime quiescunt. Quos tamen r pacis sue
tempore grauiter tolerat: qz suis predicatio
nibus eorum mores cõtrarios pensat. Ge
mit enim cum eorum vitam sibi dissimilẽ con
spicit. De qbus r apte subiungitur.

Capitulum. 29.

D Preuenerunt me dies affli
ctionis. Scit nãq3 san-
cta electorum ecclesia q
psecutione vltima mala
multa passura sit; sz hanc
afflictõis sue dies preue-
niunt: qz malorum vitam
intra se grauiter et tempore pacis portat.
Nam quãuis diebus vltimis aperta ifide
lium persecutio sequatur: hanc tamẽ r pri-
usq3 appareat hij qui in ea verbotenus fi-
deles sunt prauis moribus antecurrũt. Se-
quitur. Merens incedebam sine furore cõ
surgens in turba clamaui. Notandum so-
licite iuxta hystoriam video q sanctus vir
q Paulo superius dixit: Eleuasti me: inferi
us adiũgit merens incedebam. Miro enim
ordine vno eodẽq3 tempore cõuenire i acti-
bus bonorum solet: r foris honor culminis
r intus afflicte meror humilitatis. Ut si san
ctus quoq3 vir eleuatus rebus r honorib9
merens incedebat: qz r si hunc prelatũ ho-
minib9 gloria potestatis ostenderat: interi9
tamen merore suo secretum sacrificiũ do-
mino contriti cordis offerebat. Sacrificiũ
qppe deo est spũs contribulatus. Sciũt au
tem electi quiq3 consideratione intima con
tra exterioris excellentie temptamẽta pugna
re. Qui si ad exteriorem felicitatem suã cor B
apponerent: iusti profecto nõ essent. Sed qz
cor humanum nõ potest de ipsis psperitati
bus rerum quãtulacunq3 gloria nullo mo-
do tentari: contra ipsam psperitatem suam
sancti viri intrinsecus dimicant: non dico
ne in elatione: sed ne in eius saltem amore
succumbant: cui valde succubuisse est: capti
uam mentem eius desiderijs subdidisse.
Quis autem terrena sapiens; tẽporalia am
plectens: beatum Job inter tot psperã le-
tum non crederet: cum ei suppeteret salus
corporis: vita filiorum: incolumitas familie
integritas gregum. Sed qz in his omnib9
nõ gaudebat; ipse sibi testis ẽ qui ait: Me
rens incedebam. Sancto enim viro adhuc
in hac peregrinatione posito; omne quod si
ne visione dei habundat inopia est: qz cum
sibi omnia electi adesse vident gemunt q
omnium auctorem nõ vident; eisq3 totum
hoc minus est; quia adhuc species vni9 de-
est; sicq3 eos foras exaltat gratia superne di
spensationis: vt tamen intus sub disciplina
teneat meror magistre charitatis. Per quã C
videlicet discunt: vt de his que exteri9 ac-
cipiunt apud semetipsos semper amplius
humilientur: mentem sub iugo discipline te
neant: nunq3 ex potestatis licẽtia ad impa-
tientiam erumpant. Unde apte subiungi-
tur. Sine furore consurgens in turba cla
maui. Sepe nãq3 sediciosorum tumultus
hominum prepositorum suorum mentem la
cessunt: suiq3 ordinis limitem inordinatis
motibus excedũt: r plerũq3 qui presunt: ni-
si in ore cordis spiritussancti freno tenean-
tur: in irate retributionis atrocitatem pros

notate prelati

liunt: quantumq; preualent agere tantum sibi in subditis estimant licere. Amica etenim potestati pene semp impacientia est: eaq; et male subiecte impar: quia quod ipsa sentit potestas exequitur. Sed sancti viri plus se interius patie iugo subijciunt: quanto foris hominibus presunt: et eo veriorem principatum foris exhibent: quo humiliorem deo intrinsecus famulatum tenent: atq; iccirco sepe plus quosdam tolerant quo se de eis vlcisci amplius possunt: et ne vnq; ad illicita trascant plerumq; nolunt pro se exeq.: etiam quoslibet subiectorum strepitus sufferunt: per amorem increpant quos per mansuetudinem portant. Unde nunc recte dr. Sine furore cosurgens in turba clamaui: quia nimirum boni contra tumultus insolentium clamorem habent: et furorem non habent: quoniam eos quos clementer tolerant docere nō cessant. Sed hec que iuxta hystoriam de vno diximus iuxta allegoriam necesse est: vt de diuersis electis ecclesie sentiamus. Ipsa quippe in electis suis etiam per prospera incedit merens: quia nil sibi vere prosperum deputat quousq; bonum quod singulariter querit apprehendat. Fideles quippe illius tēporali quidem pace perfruuntur: sed perpetue suspirant: honorātur et afflicti sūt quia plerumq; ibi videntur in culmine vbi cives non sunt. Ipsa etiam in turba sine furore consurgit et clamat quia prauorum vitam studio recte emulationis: nō autem vesania furoris insequitur. Irascitur et amat sevit et tranquilla est: quatenus infirmos suos et corrigat ex emulatiōe: et foueat ex pietate. Sequitur. ((Frater fui draconum et socius strutionum.)) Quid draconum nomine nisi maliciosorum hominū vita signatur? De quibus et per prophetam dr: traxerunt ventum quasi dracones. Peruersi etenim quiq; ventum quasi dracones trahunt cum maliciosa superbia inflantur. Qui autem strutionum appellatione intelligi nisi simulatores solent? Strutio etenim pēnas habet: et volatum nō habet: quia simulatores quoq; speciem sanctitatis habent: sed virtutē sanctitatis non habent. Uisio quippe eos bone actionis decorat: sed a terra minime pēnas virtutis leuat. Electus itaq; sancte ecclesie populus: quia pacis sue tempore intra se quosdam maliciosos ac simulatores patitur dicat: frater fui draconum et socius strutionum. Quod beati quoq; Job vocibus specialiter congruit: qui ad culmē magne fortitudinis bonus inter malos fuit.



Capitulum. 30.

Nullus quippe est perfectus: qui inter proximorum mala patiens nō est. Qui enim equanimiter aliena mala nō tolerat ipse sibi per impacientiam testis est. quia a boni plenitudine longe distat. A
Abel quippe esse renuit: quem Cayn malicia non exercet. Sic in tritura aree grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas prodeūt: et rosa que redolet crescit cum spina que pungit. Duos nāq; filios habuit primus homo: sed vnus electus: alter reprobus fuit. Tres quoq; filios Noe archa continuit: sed duobus in humilitate persistentibus vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraam filios habuit: sed vnus inocēs: alius vero fratris persecutor fuit. Duos quoq; Isaac filios habuit: vnus in humilitate seruatus; alter vero et priusq; nasceretur reprobatus est. Duodecim Jacob filios genuit: sed ex his vnus per innocentiam venditus: ceteri vero per maliciam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoq; apostoli in sancta ecclesia sunt electi: sed ne improbati remanerēt: vnus eis admixtus est: qui eos persequens probaret. Sic nāq; iusto peccator cum malicia iungitur: sicut in fornace auro palea cū igne sociatur. vt quo ardeat palea purget aurū. Hij ergo veraciter boni sunt: qui in bonitate persistere inter malos possunt. Hinc etiam sponsi voce sancte ecclesie dr: Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. B Cant. 2
Hinc ad Ezechielem dominus dicit: Fili hominis increduli et subuersores sunt tecum: et cum scorpionibus habitas. Hic Petrus vitam beati Loth glorificat dicens. Et iustum Loth oppressum a nephandorum iniusta cōuersatione eripuit. Aspectu enim et auditu iustus erat habitans apud eos qui quotidie animam iusti iniquis operibus cruciabant. Hinc Paulus discipulorum vitam glorificat: et glorificando cōfirmat dicens: In medio nationis praue et peruerse inter quos lucetis sicut luminaria in mundo ver Ezech. 2. 2. Pe. 2 Phil. 2

dum vite continentes. Hinc per Joannem
angelus pergami ecclesie attestatur dicens
Apoc. 2 Scio vbi habitas vbi sedes est sathane: et
tenes nomen meum: et non negasti fidem me
am. Beatus igitur Job: vt ostendat cuius
fortitudinis fuerit: insinuet cum quibus vi
xit dicens: Frater fui draconum: et socius
strutionum. Quia minus esset q ipse bona
ageret: nisi et ad bonitatis sue cumulum ab
alijs mala toleraret. Sequitur. ¶ Cutis mea
denigrata est super me: et ossa mea aruerunt
pre caumate.) Hec iuxta hystoriam pensa
re negligimus: quia videlicet sermonis vir
tus patet ex pena passionis. Sed quia vt se
pe iam diximus plerumque beatus Job sic nar
rat gesta vt gerenda pronunciet: bene hoc
sancte ecclesie vocibus congruit: q dolorem
persecutionis vltime in internis grauiter sen
tit. Cumque ab illa alij pereunt: valentiores quo
que merore cruciantur. Exterior quippe causa
eius est terrena dispensatio: interior vero cu
ra celestis. Cutis ergo nomine infirmi signan
tur: qui nunc in ea exteriori vtilitati deser
uiunt. Per ossa vero fortes eius figurati
sunt in quibus corporis illius tota compa
go solidatur. Quia igitur aut prouocati
muneribus aut persecutionibus afflicti;
multi in ea ab statu fidei infirmi cadunt:
eamque ipsi postq ceciderint persequuntur: quid
aliud q cutis sue nigredinem patitur: vt in
ipsa postmodum feda appareat: in quibus
prius pulchra videbatur. Dum enim hij
qui prius exteriora bene dispensare consue
uerant: contra electos dei postmodum seui
unt: quasi cutis ecclesie anteacte iusticie co
lorem perdidit: que ad nigredinem iniqui
tatis venit. Quod Hieremias etiam sub
precipui metalli specie deplorat dicens:
Trén. 4. Quomodo obscuratum est aurum mutatus
est color optimus. Peruersi autem dum ab
eius sacramentis exeunt plerumque inter re
probos locum honoris sumunt: vt ipsi con
tra sanctam ecclesiam ex auctoritate seui
ant: qui hanc atrocius quasi sciendo cotem
nunt. Unde et cum diceret: cutis mea deni
grata est: addidit super me: quia hos quos
prius ad decorem iusticie quasi candidos
habuit: post deterius nigros portat. Sed
cum cutis ad nigredinem vertitur: fortes
qui in illa sunt zelo fidei contabescunt.
Unde apte subiungit. ¶ Et ossa mea arue
runt pre caumate.) Sic namque et priori tem
pore os fortissimum sancte ecclesie quadam
arditate tedij Paulus estuabat cum qui 2. Cor. xi
busdam cadentibus diceret: Quis infirma
tur et ego non infirmor? Quis scandalizatur
et ego non vror? Cutis ergo denigratur: et
ossa pre caumate arescunt: quia infirmi ad
iniquitatem prosiliunt: fortes quique zeli sui
igne cruciantur. Sequitur.

Capitulum xi.



Versa est in luctum cythara
mea et organum meum in
vocem flentium. ¶ Quia or B
ganum per fistulas: et cy
thara per cordas sonat: po
test per cytharam recta ope
ratio: per organum vero sancta predicatio
designari. Per fistulas quippe organi ora
predicantium: per cordas vero cythare in
tentione recte viuentium non inconuenien
ter accipimus: que dum ad vitam aliam per
afflictionem carnis tenditur quasi extenta
corda in cythara per intuentium ammira
tionem sonat. Siccantur etenim corda: vt
congruum in cythara cantum reddat: quia
sancti viri castigant corpus suum: et serui
tuti subijciunt: atque ab infirmis ad superio
ra tenduntur. Pensandum quoque est q cor
da in cythara: si minus tenditur non sonat:
si amplius raucum sonat: quia nimirum vir
tus abstinentie aut omnino nulla est: si tan
tum quisque corpus non edomat quantum
valet: aut valde inordinata est si corpus at
terit plusq valet. Per abstinentiam quip
pe carnis vitia sunt extinguenda non caro:
et tanto quisque sibimet debet moderami
ne preesse: vt et ad culpam caro non super
biat: et tamen ad effectum rectitudinis in
operatione subsistat. Intueri inter hec egre
gium predicatorem libet quanta arte ma
gisterij fidelium animas velut in cythara
cordas tensas: alias amplius tendendo ex
tenuat atque alias a tensione sua relaxan
do conseruat. Alijs etenim dicit: Non in co Ro. 13.
messationibus et ebrietatibus: non in cubi Col. 3.
libus et impudicitijs: et rursus ait: Mortifi
cate membra vestra que sunt super terram: et
tamen predicatori charissimo scribit dicens.
Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino 1. Thi. 5.
vtere: propter stomachum tuum: et frequentes

B tuas infirmitates. Illas ergo cordas exte-
nuando tendit: ne non tense omnimode nõ
sonent: hanc vero a tensione temperat: ne
dum plus tenditur minus sonet. Sive aũt
sancti predicatores in ecclesia seu quilibet
simplices ⁊ abstinẽtes prout vires accipiũt
in ea proximis suis canticum bone exhorta
tionis reddunt. Nam ⁊ prudẽtes quiq; ad
predicationis fructum solertum invigilant
atq; vt alios ad vitam pertrahãt sono ma
gne persuasionis elaborant: ⁊ qui in eo tar
dioris ingenij videntur: ex ipso sue vite me
rito inquantulum se posse conspiciunt ex-
hortationis erga alios auctoritatẽ sumũt:
atq; ad celestem patriam quos valent tra-
here non desistunt. Sed sancta ecclesia ex-
tremis persecutionibus pressa: cum verba
sua a reprobis contemni considerat: amo-
ris sui gratiora ad sola lamenta format: q3
nimirum defiet quos exhortãdo trahere nõ
valet. Dicat ergo. Versa est in luctum cy-
thara mea: ⁊ organum meum in vocem flen
tium. Ac si aperte fateatur dicens. Pacis
quidem tempore mee per alios parue mo-
re cythare: per alios vero more organi ma
gna ⁊ sonora predicabã sed nunc versa est
in luctum cythara ⁊ organum in vocẽ flen
tium versum est: quia dum me contẽni con
spicio eos qui predicationis cantum non
audiunt deploro. Hec per quosdam sancta
C ecclesia in fine factura est: hec per quosdam
in suis iam exordijs fecit. Martyr quippe
Stephanus iudeis persequentibus ꝓdesse
predicando conatus est: quos tamen post
verba predicatiõis dum videret ad iacien
dos lapides commolasse: fixis genibus ora-
Act. 7. bat dicens. Domine iesu ne statuas illis
hoc peccatum. Quid ergo huic qui diu et
parua ⁊ magna narrauerat nisi iam sonus
cythare atq; organi cantus silebat: atq; in
luctum versa fuerant: quia eos quos predi
cando non traxerat amãdo flebat. Quod
nimirum quotidie sancta ecclesia agere nõ
desistit que predicationis verbuz pene vbi
q; conticuisse iam cõspicit aliĳ nãq; loq; dis-
simulant: aliĳ vera audire contemnũt. Sed
electorum mens dum tacere cantum predi
cationis conspicit: gemens ac tacita ad fle-
tus redit. Dicat ergo: versa est in luctũ cy-
thara mea: ⁊ organum meũ in vocem flen
tium: quia electus quisq; quo sancte predi-
cationis vox siluit: damnũ ecclesie grãuius
plãgit. Huc usq; beatus Job descripsit ma
la que pertulit: hoc vero ex loco incipit nar
rare subtilius bona que fecit. Sed doloris
verba hystorica atq; allegorica expositione
transcurrimus virtutum vero opera ex ma-
gna parte iuxta solius hystorie textuz tene-
mus: ne si hec ad indaganda mysteria tra-
himus: veritatem fortasse operis vacuare
videamur.

Sancti Gregorij Liber. 21. Ca. 1.

Intellectus A
sacri eloquij inter textuz
⁊ mysterium tanta ẽ li
i beratione pensandus:
vt vtriusq; partis lan-
ce moderata hunc neq;
nimie discussionis pon
dus deprimat neq; rur
sus torpor incurie vacuum relinquat. Mul
te quippe eius sententie tanta allegoriarũ
conceptione sunt granide: vt quisquis eas
ad solam tenere hystoriam nititur: earũ no-
ticiam per suam incuriam priuetur. Nõnul
li vero ita exterioribus preceptis inseruiũt:
vt si quis eas subtilius penetrare desiderat
intus quidem nihil inueniat: sed hoc sibi etiã
quod foris loquuntur abscondat. Unde be
ne quoq; narratione hystorica per significa
tionẽ dicitur. Tollens Jacob virgas popu
leas virides ⁊ amigdalinas: ⁊ ex platanis Gen. 30.
ex parte decorticauit eas: detractisq; cortici
bus in his que spoliata fuerant candor ap
paruit: illa vero que integra erant virides
permanserũt atq; in hunc modum color ef-
fectus est varius. Ubi ⁊ subditur. Posuit-
q; eas in canalibus in quibus effundebat
aqua: vt cum venissent greges ad bibendũ
ante oculos haberent virgas: vt in conspe-
ctu earum conciperent. Factũq; est vt i ipso
calore coitus oues intuerentur virgas ⁊ pa
rerẽt maculosa ⁊ varia: ⁊ diuerso colore res-
persa. Quid est enim virgas virides amig
dalinas atq; ex platanis ante gregum ocu-
los ponere: nisi per scripture sacre seriẽ an-
tiquorum patrum vitas atq; sententias in
exemplum populis prebere: Que nimirum
quia iuxta rationis examen recte sunt vir-

B ge nominantur. Quibus ex parte corticem
subtrahit: vt in his que expoliantur intimus
candor appareat: ⁊ ex parte corticē seruat:
vt sicut fuerant exterius ī viriditate perma
neant: variusq; virgarum color efficitur: dū
cortex ex parte subtrahitur: ex parte retine-
tur. Ante considerationis enim nostre ocu
los precedentium patrum sententie: quasi
virge varie ponuntur. In quibus dum ple-
rūq; intellectum littere fugimus: quasi corti
cem subtrahimus: ⁊ dum plerūq; intellectū
littere sequimur quasi corticem reseruamus.
Dūq; ab ipsis cortex littere subducitur: al
legorie candor interior demonstratur: ⁊ dū
cortex relinquitur: exterioris intelligētie vi
rentia exempla monstrantur. Quas bene
iacob in aque canalibus posuit: q2 ⁊ redē-
ptor noster in libris eas sacre scientie qbus
nos intrinsecus infundimur fixit. Has aspi
cientes arietes cum ouibus coeunt: q2 ra-
tionales nostri spiritus: dum in earum inten
tione defixi sunt: singulis quibusq; actioni-
bus permiscentur: vt tales fetus operū pro
creant: qualia exempla precedentium in vo
cibus preceptorum vident: ⁊ diuersum co-
lorem proles boni operis habeat: q2 ⁊ non-
nunquā subtracta littere cortice acutius in
terna considerat: ⁊ reseruato nōnunq; hy-
storie tegmine bene se in exterioribus for-
C mat. Nam q2 diuine sententie aliquando
interius rimande sunt: aliquando exterius
obseruande per Salomonem quoq; dicit.
Pro.30. Qui fortiter premit vbera ad eliciendū lac
exprimit butyrum: ⁊ qui vehementer emun
git: elicit sanguinem. Vbera quippe fortiter
premimus cum verba sacri eloquij subtili i-
tellectu pensamus. Qua pssione dū lac que
rimus: butyrum inuenimus q2 dum nutri-
ri vel tenui intellectu querimus vbertate in
terne pinguedinis vngimur. Quod tamen
nec nimie nec semper agendum est: ne dū
lac queritur ab vberibus: sanguis sequat.
Plerūq; etenim quidam dum verba sacri
eloquij plusq; debent discutiunt: in carnalē
intellectum cadunt. Sanguinem quippe eli
cit: qui vehementer emungit: quia carnale
efficitur: hoc quod ex nimia spiritus discus
sione sentitur. Unde necesse ē vt beati Job
opera que inter increpantium amicorū ver
ba iccirco narrat: ne afflicta mens illius in
desperatione deficiat iuxta pondus hysto-
rie perscrutemur: ne si hec animus plusquā
necesse est spiritualiter inuestigat, a verbo-
rum eius vberibus sanguis nobis pro lacte
respondeat. Si quando vero quedam mi-
stica in suorum operum narratione permi-
scent: ad hec necesse est vt mens concita re
deat ad que hanc vi ipse datur intelligi or-
do loquentis vocat. Naz sanctus vir post-
q; ea que sibi per flagellum domini fuerant
inflicta narrauit: nunc per ordinem pprias
enumerando virtutes qualis ante flagellū
fuerit innotescit: Sic vite sue hystoriam te-
xens vt eis perrarum aliquid quod allego
rice intelligi possit interserat: quatenus et
ex magna parte hystorica sint que memorat
⁊ tamen aliquando per hec eadem ad spiri
tualem intelligentiaz consurgat. Qua ita-
q; fortitudine ab omni lapsu exteriora sua
custodie interioris disciplina constrinxerint
insinuat dicens.

Capitulum. 2.

Pepigi fedus
cum oculis meis vt ne co-
P gitarem quidem de virgi- Job.
ne. Cū sit inuisibilis ani Ca. xi.
ma nequaq; corporearum B
rerum delectatione tangi-
tur: nisi q2 inherens corpori quasi quedam
egrediendi foramina eiusdem corporis sen
sus habet. Visus quippe: auditus: gustus
odoratus: ⁊ tactus: quasi quedam vie men
tis sunt: quibus foras veniat: ⁊ ea que ex-
tra eius sunt substantiam concupiscat. Per
hos etenim corporis sensus quasi per fene
stras quasdam exteriora queq; anima re-
spicit respiciens concupiscit. Hinc eteni Hie
remias ait. Ascendit mors per fenestras no
stras ingressa ē domus nostras. Mors qp Iere. 9.
pe per fenestras ascendit: ⁊ domum ingre-
ditur: cum per sensus corporis concupiscen
tia veniens habitaculum intrat mentis.
Quo contra hoc quod sepe diximus de mi-
stis per Isaiam dicitur. Qui sunt hi qui vt
nubes volant: ⁊ quasi columbe ad fenestras Isa. 60.
suas: Iusti namq; volare vt nubes dicti sunt
qui a terrenis contagijs subleuātur: ⁊ qua-
si columbe ad fenestras suas sunt: quia per
sensus corporis exteriora queq; intentione
non respiciunt capacitatis cosq; foras non
rapit cōcupiscentia carnalis. Quisquis ve-

ro per has corporis fenestras incaute exte-
riua respicit: plerumq; in delectatione pecca-
ti etiam nolens cadit: atq; obligatus desi-
derijs incipit velle quod noluit. Preceps
quippe anima dum ante non preuidet ne in-
caute videat quod concupiscat: ⁊ ceco post
incipit desiderare quod videt. Unde ⁊ pro
phete mens que subleuata sepe misterijs in
ternis intererat: quia alienam coniugem in
caute vidit obtenebrata postmodum sibi-
met illicite coniunxit. Sanctus autem vir
qui acceptis corporis sensibus velut subie-
ctis ministris: quidem equissimus iudex pre
est: culpas conspicit anteq; veniant: ⁊ velut
insidianti morti fenestras corporis coclau-
dit dicens. Pepegi fedus cum oculis meis:
vt ne cogitarem quidem de virgine. Ut
enim cogitationes cordis caste seruare po-
tuisset fedus cum oculis pepigit: ne prius in
caute aspiceret: q postmodum intuitus ama
ret. Ualde namq; est q caro deorsum tra-
hit: ⁊ semel species forme cordi per oculos
illecta vix magni luctaminis manu soluitur
Ne ergo quidem lubrica in cogitatione ver
semus: prouidendum nobis est: quia intue-
ri non decet: quod non licet concupisci. Ut
enim munda mens in cogitatione seruetur
a lascinia voluptatis sue deprimendi sunt
oculi quasi quidam raptores ad culpam.
Nec enim eua lignum vetitum contigisset:
nisi hoc prius incaute conspiceret. Scriptu
Gen. 3. quippe est. Uidit mulier quod bonum esset
lignum ad vescendum: ⁊ pulchrum ocu-
lis aspectuq; delectabile: ⁊ tulit de fructu il
lius ⁊ comedit. Hinc ergo pensandum est:
quanto debeamus moderamine ergo illici-
ta visum restringere nos qui mortaliter vi-
uimus: si ⁊ mater viuentium per oculos ad
E mortem venit. Hinc etiam sub iudee voce
que exteriora videndo concupiscens bona
interiora perdiderat propheta dicit. Ocu-
lus meus depredatus est animam meam.
Jerem. 3. Concupiscendo enim visibilia: inuisibiles
virtutes amisit. Que ergo interiorem fru-
ctum per exteriorem visum perdidit per ocu
lum corporis pertulit predam cordis. Un-
de nobis ad custodiendam cordis mundi-
ciam exteriorum quoq; sensuum disciplina
seruanda est. Nam quantalibet virtute
mens polleat: quantalibet grauitate vi-
geat: carnalea tamen sensus puerile qui-
dam exterius perstrepunt: ⁊ nisi interioris
grauitatis pondere: ⁊ quasi iuuenili quo-
dam vigore frenentur: ad fluxa queq; ⁊ le-
uitatem eneruem trahunt. Uideamus igi-
tur quomodo beatus Job id quod in eo flu
xum: ac puerile caro sapere potuit: iuuen-
li sapientie vigore restringere stat. Pepegi
fedus cum oculis meis. Et quia non in se
actionem tantummodo: sed in cogitatione
luxurie extinxit: secutus adiunxit. Ut ne co
gitarem quidem de virgine. Sciebat nimi-
rum luxuriam esse in corde refrenandam:
sciebat per sancti spiritus donum q redem
ptor noster veniens legis precepta transcen
deret: ⁊ ab electis suis non solum luxuriam
carnis sed etiam cordis aboleret. dicens:
scriptum est. Non adulterabis: ego autem
dico vobis quoniam omnis qui viderit mu
lierem ad concupiscendum eam iam mecha
tus est eam in corde suo. Per moysen quip
pe luxuria perpetrata: per auctorem vero
mundicie luxuria cogitata damnatur. Hinc
est enim q discipulis primus ecclesie pastor
dicit. Propter quod succincti lumbos men- Mat. 5.
tis vestre: sobrij perfecte sperate in eam que D
offertur vobis gratiam. Lumbos enim car
nis succingere est: luxuriam ab effectu re-
frenare. Lumbos enim mentis succingere
est: hanc etiam a cogitatione restringere.
Hinc est q angelus qui Joannem alloqui-
tur: Zona aurea super mammillas cinctus
esse perhibetur. Quia enim testamenti no-
ui mundicia etiam cordis luxuriam frenat
angelus qui in eo apparuit in pectore: cin-
ctus venit. Quem bene zona aurea strin-
git: quia quisquis superne patrie ciuis est:
non iam timore supplicij: sed amore clari-
tatis immundiciam deserit. Malum vero
luxurie aut cogitatione perpetratur aut ope
re. Callidus namq; aduersarius noster: cum
ab effectu operis expellitur secreta polluе-
re cogitatione molitur. Unde ⁊ serpenti a
domino dicitur. Pectore ⁊ ventre repes. Gen. 3.
Serpens videlicet ventre repit: quando ho
stis lubricus per humana membra sibimet
subdita vsq; ad expletionem operis luxu-
riam exercet. Serpens autem repit pectore:
quando eos quos in opere luxurie non va-
let polluere: polluit in cogitatione. Alius
itaq; luxuriam iam perpetrat actione huic
serpens repit ex ventre. Alius autem per-

petrandam versat mente: huic serpens repit ex pectore. Sed quia per cogitationem ad explenda opera peruenitur recte serpens prius pectore: et postmodum repere ventre describitur. Unde beatus Job quia disciplinam etiam in cogitatione tenuit: vna custodia serpentis pectus ventremque superauit dicens: pepigi fedus cum oculis meis vt ne cogitarem quidem de virgine.

Capitulum. 3.



Quia nimirum cordis mundiciam quisque adipisci non appetit: quid aliud quam eiusdem a se mundicie auctorem repellit. (A) Unde beatus Job protinus subdit. ¶ Quam enim partem deus haberet in me desuper: et hereditatem omnipotens de excelsis.)) Ac si aperte dicat. Si mentem in cogitatione polluero: eius qui mundicie auctor est esse hereditas nequaquam possum. Nulla enim bona sunt cetera: si occulti iudicis oculis castitatis testimonio non approbantur. Omnes quippe virtutes in conspectu conditoris sui vicaria ope se subleuant: vt quia vna virtus sine alia: vt nulla est omnino vel minima: vicissim sua coniunctione fulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deserat: vel humilitatem castitas relinquat: apud auctorem humilitatis: et mundicie prodesse quid preualet vel superba castitas vel humilitas inquinata? Sanctus igitur vir: vt ab auctore suo in bonis reliquis possideri mereatur: cordis mundiciam custodiens dicat. Pepegi fedus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine. Quam enim partem haberet deus in me desuper: et hereditatem omnipotens de excelsis. Ac si aperte fateatur dicens. Habere me possessionem suam excelsorum conditor renuit: si mens mea ante conspectum illius in infimis desiderijs tabescit. Sed inter hec sciendum est: aliud esse quod animus de temptatione carnis patitur: aliud vero cum per consensum delectationibus obligatur. Plerumque enim
(B) cogitatione praua pulsatur: sed renititur: plerunque autem cum peruersum quid concipit: hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit: et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat compulsa: sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim predicator egregius dicit. Temptatio vos non apprehendat nisi humana. (i. Cor.) Humana quippe tentatio est: qua plerunque in cogitatione tangimur etiam nolentes: quia vt nonnunquam et illicita ad animum veniant: hoc vtique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Jam vero demoniaca est: et non humana temptatio: cum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit per consensum se animus astringit. Hinc iterum dicit. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Peccatum quippe in mortali corpore non esse: sed regnare prohibuit: quia in carne corruptibili non regnare potest: sed non esse non potest. Hoc ipsum namque ei de peccato temptari peccatum est: quo quia quamdiu viuimus perfecte omnimodo non caremus.
(C) Sancta predicatio quoniam hoc expellere plene non potuit: ei de nostri cordis habitaculo regnum tulit: vt appetitus illicitus: et si plerunque bonis nostris cogitationibus occulte se quasi fur inserit saltem si ingreditur non dominetur. Uir igitur sanctus dicens: pepegi fedus cum oculis meis: vt ne cogitarem quidem de virgine: nequaquam vult intelligi: quia eius animum culpa in cogitatione non contingit: sed quia nunquam hunc ex consensu superauit. Nam velut integerrimam possessionem dei mentem suam contra aduersarii depredationem indicat qui protinus adiungit. Quam enim partem haberet deus in me desuper: et hereditatem omnipotens de excelsis? Ac si aperte dicat. Carne quidem mortali corruptionis conditioni subiaceo: sed auctori munde non seruio si ei integrum a consensu culpe animum non defendo. Sequitur.

Capitulum. 4.



Unquid non perditio est iniquo: et alienatio operantibus iniquitatem)): Festina consolatio bonorum: est consideratus finis malorum. (A) Dum enim eorum interitum mali

conspiciunt quod euadunt: leue existimant q̄cquid aduersum in hac vita patiuntur. Eant ergo nunc reprobi: ⁊ delectationum suarum desideria compleant: in fine suā dāpnationē sensuri sunt: quia mortem male viuentes amauerunt. Transitorio autem hic verbere affligātur electi: vt a prauitate flagella corrigāt: quos paterna pietas ad hereditatem seruat. Nunc etenim flagellatur iustus: ⁊ verbere discipline corrigitur: quia ad eterne hereditatis patrimonia preparatur. In suis autē voluptatibus relaxatur iniustus: quia tanto ei temporalia bōa suppetunt: quanto eterna denegantur. Iniustus ad debitam mortem currens effrenatis voluptatibus vtitur quia ⁊ vituli qui mactandi sunt in liberis pastibus relinquuntur. At contra iustus a delectationis transitorie iocūditate restringitur: quia ⁊ nimirū vitulus ad laboris vsum vite deputat⁹ sub iugo retinetur. Negantur electis in hac vita bona terrena: quia ⁊ egris q̄bus spes viuendi est: nequaq̄ a medico cuncta q̄ appetunt cōceduntur.
B Dantur autem reprobis bona que in hac vita appetunt: quia ⁊ desperatis egris omne quod desiderāt nō negatur. Perpendant igitur iusti que sint mala que iniq̄s permanent: ⁊ nequaq̄ eorum felicitati inuideant que percurrit. Quid est enim quod de eorum gaudijs admirentur: quando ⁊ ipsi p̄iter p̄ asperū ad salutis patriam redeunt: ⁊ illi quasi p̄ amena prata ad foueam tendunt. Dicat ergo vir sanctus: Nunq̄d non perditio hec est iniquo alienatio operantibus iniquitatē? Quod videlicet alienationis verbum durius sonaret: si hoc interpres sue in lingue voce tenuisset. Quod enim apud nos alienatio: hoc apud hebreos anathema dicit̄. Tunc ergo alienatio est reprobis: cum ab hereditate districti iudicis se anathema eē conspiciunt: quia hic eum peruersis moribus contempserunt. Floreant igitur iniqui a flore eterne hereditatis alieni. Iusti vero semetipsos solerter inspiciant: ⁊ in cunctis actionibus a domino se videri pertimescant. Unde ⁊ apte mox subditur. Nōne ipse considerat vias meas ⁊ cūctos gressus
C meos dinumerat? Quid viarum noīe nisi
Jere. 7 actiones denunciat: Hinc enim per Hieremiam dicitur: Bonas facite vias vestras ⁊ studia vestra. Quid vero gressuū appellatione nisi vel motus mentium vel profectus accipimus meritorum? Quibus profecto gressibus ad semetipsam nos veritas vocat dicens: Uenite ad me omnes qui laboratis ⁊ onerati estis. Mat. xi. Ad se q̄ppe venire nos dominus precipit: nimirum non gressibus corporis: sed profectibus cordis. Ipse nāq̄ ait: Ueniet hora quando neq̄ in mōte hoc: neq̄ in hierosolymis adorabitis patrem. Jo. 4. Et paulopost. Ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu ⁊ veritate. Nam ⁊ pater tales querit q̄ adorent eum. In corde ergo eē gressus insinuat: quando ⁊ vt veniamus vocat: ⁊ tamen motu corporis nequaq̄ nos ad alia transire denunciat.

Capitulum. 5.

Sicut autē dominus vniuscuiusq̄ p̄siderat vias: sic dinumerat gressus: vt ne minutissime q̄dem cogitationes eius iudicio: ac verba tenuissima: que apud nos vsu viluerunt: indiscussa remaneant. A
Hinc enī dicit: Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Mat. 5. Qui dixerit fratri suo Racha: reus erit cōcilio. Qui dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Racha q̄ppe in hebreo eloquio vox indignantis: que quidem animū irascentis ostendit: nec tamen plenum verbum iracūdie exprimit. Prius ergo ira reprehenditur sine voce: postmodum uō ira cum voce: sed nec dum pleno verbo formata: ad extremum quoq̄ cum dicitur fatue: ira redarguitur: que cum excessu vocis: explet etiam perfectione sermonis. Et notandum q̄ in ira perhibet reū esse iudicio in voce ire quod est Racha: reum concilio: in verbo vocis quod est fatue reum gehenne ignis. Per gradus etenim culpe crescit ordo sententie: quia in iudicio adhuc causa discutitur: in concilio autem iam cause sententia diffinitur. In gehēna vero ignis ea que d̄ concilio egreditur sententia expletur. Quia igitur humanorum actuum dominus subtili examine gressus enumerat: ira sine voce iudicio: ira vero in voce atq̄ in sermone gehenne ignibus mancipatur. Ad hanc subtilitatem considerationis eius p̄pheta aspexerat cum dicebat. Fortissime: Hiere. 32
magne: potens dominus exercituum no- B

mẽ tibi: magnus ɔsilio: incõprehensibilis co
gitatu cuius oculi apti sunt sup oẽs vias fi
lioꝝ adam vt reddas vnicuiqꝫ secũdum vi
as suas ⁊ ſm fructũ adinuentionum ei⁹.
Sic easdez vias dominus subtili examina
tione cõsiderat: vt in vno quoqꝫ nostrũ nec
ea que remuneret bona pretereat: nec ma
la que videlz displicent sine increpatõe de
relinquat. Hinc est enĩ ꝙ angelum ecclesie
pergami: ⁊ in qbusdam laudat: ⁊ in qbus
dam redarguit dicens: Scio vbi habitas:
vbi sedes est sathane: ⁊ tenes nomen meũ
⁊ nõ negasti fidem meã. Et paulo post: sed
habeo aduersum te pauca: qꝛ habes illic
tenẽtes doctrinam balaam. Hic angelo athi
re dr̃. Noui opera tua: ⁊ charitatem tuam:
Apoc .2. ⁊ fidem ⁊ ministerium ⁊ patientiam tuam:
⁊ opera tua nouissima plura prioribus: ſꝫ
habeo aduersum te pauca: qꝛ pmittis mu
lierem Jezabel que se dicit pphetam docere
⁊ seducere seruos meos: ⁊ fornicari: ⁊ man
C ducare idoloticũ. Ecce bona memorat: nec
tamen resecanda mala sine penitentia re
laxat: qꝛ scilz sic singulorum vias cõsiderat
sic gressus enumerans pensat: vt subtili exa
mine perpendat: vel quãtum quisqꝫ ad bo
na pficiat: vel quãtum ad mala deuians su
is pfectibus cõtradicat. Incrementum qp
pe meritorum quod bene vite studijs auge
tur plerũqꝫ mali admixtione retrahit: ⁊ bo
num quod animus operando cõstruit hoc
alia perpetrando peruertit. Unde sancti viri
tanto se subtilius in cogitatiõe ɔstringunt:
quãto ⁊ a superno iudice districtius consi
derari cõspiciunt. Mentem qppe discuti
unt: inuenire si qua deliquerint querũt: vt
tanto fiant irreprehensibiles iudici: quãto
semetipsos quotidie ⁊ sine cessatione repre
hendũt: nec tamen de hac re iam gaudia se
curitatis sumunt: qꝛ ab illo se videri consi
derant: qui in eis ⁊ illa videt q̃ videri ipsi
in semetipsis non valent. Et qdem beatus
Job perfectionis vitam inter veteres tenu
it: sed qꝛ eius intentio ad redemptoris ad
uentum pphetico spiritu erupit: in illi⁹ pre
ceptis pensat ipse q̃ multa de perfectione
minus habeat. Unde ⁊ subdidit: ¶ Si am
bulaui in vanitate ⁊ festinauit in dolo pes
meus appendat me in statera iusta ⁊ sciat
deus simplicitatem meam.

Capitulum 6.

Scire dei dr̃: scire nos face A
re visitato nostre locutio
nis modo: q letum diẽ di
cimus ex quo contingit vt
letemur. Hinc est enĩ ꝙ ad
Abraam dominus dicit:
Nunc cognoui ꝙ timeas deum. Neqꝫ enĩ Geñ. 22
creator temporum quicqꝫ cognouit ex tem
pore: sed cognoscere eius est: ex cuiuslibet
cause emergentis articulo nobis cognitio
nem prebere. Quis vero statere nomine: ni
si mediator dei ⁊ hominuz designatur: In
quo equa lance oĩa merita nostra pensan
tur: ⁊ in cuius preceptis agnoscimus quid
in nostra vita minus habeam⁹. In hac au
tem statera appendimur: quotiens ad vite
eius exempla prouocamur. Hinc nãqꝫ scri
ptum est: Christus pro nobis passus ẽ: no i. Pe. 2.
bis relinquens exẽplum vt sequamini vesti
gia eius: q peccatũ nõ fecit nec dolus inuẽ
tus est in ore eius. Qui cũ malediceretur
nõ maledicebat: dum pateretur nõ cõmina
batur. Hinc per Paulum dr̃: Per patien Hebre. 12
tiam curramus ad ppositum nobis certa
men aspicientes in auctorem fidei ⁊ consu
matorem Jesuz: q proposito sibi gaudio su
stinuit crucem confusione contempta. Ad
hoc itaqꝫ dominus apparuit ĩ carne: vt hu
manam vitam ammonendo excitaret: exẽ
pla prebendo accenderet: moriendo redi
meret: resurgendo repararet. Cum ergo nul
la in se beatus Job iure redarguenda re B
perit ad excedentem omnia redemptoris
vitam mentis oculos tendit: vt in illa co
gnoscat ipse qd minus habeat: cum dicit:
Si ambulaui in vanitate: ⁊ festinauit ĩ do
lo pes meus: appendat me in statera iusta
⁊ sciat deus simplicitatez meam. Ac si ap
te dicat: Si qua vnqꝫ leuiter: si qua perni
ciose perpetraui: dei ⁊ hominum mediator
appareat: vt in eius vita cognoscaz: an ego
veraciter simplex fuero. Qui enim vt diui
mus suorum tẽporum viros excesserat: me
diatorem dei ⁊ hominum querebat: vt ĩ il
lo pensatus agnosceret: si vitam simpli
cẽ vere tenuisset: dicat ergo. Appendat me
in statera iusta: ⁊ sciat deus simplicitatem
meam: quod est scire me faciat. Ac si paten
ter fatestur dicens: Quantum ad humane
vite modũ nulla in me reprehendenda iã
video: sed nisi mediator dei ⁊ hominũ cum

subtilioris vite preceptis appareat: q̃tum
adhuc a vera simplicitate discrepem nõ co
gnosco. Rectus vero ordo seruatur: si prius
in vanitate et postmodum pes in dolo festi-
nasse dr: Uanitas quippe ad leuitatem: do-
lus vero ad maliciam pertinet. Et nõnulli ple
rũq; ad quedam post maliciosa perueniũt
q2 prius leuia nõ declinant. Sequitur.

Capitulum. 7.

A S[I] declinauit gressus meus
de via.)) Totiens gressus
de via declinat: quotiens
nostra cogitatio iter recti-
tudinis per ꝯsensum relin
quit erroris. Quasi vero tot
gressus extra viam ponimus: q̃ peruersis de
siderijs ab celestis vite delectatione separa
mur: Ut eni prefati sumus adhuc carnis cor
ruptibilis pondere grauati: nequaq̃ vale-
mus sic viuere: vt nulla nos possit culpe de-
lectatio pulsare. Sz aliud est nolentem tãgi:
aliud ꝯsentientem animam perimi: Sancti
autem viri tanto vigilantiori se circũspectio
ne custodiunt: q̃nto se pulsari sinistris moti
bus vel transitorie delectatõis dedignant.
Unde et adhuc subdit. ((Si secutus ẽ ocu-
lus meus cor meũ)). Eccecterum p interio
ris vigoris custodiam ad exterioꝝ mẽbro-
rum disciplinam redit vt si qd fortasse cor
illicitum cõcupisceret pressus discipline ma
gisterio oculus videre recusaret. Sicut eniz
sepe tẽptatio per oculos trahitur: sic nõnũ-
q̃ concepta intrinsecus: compellit sibi extri
secus oculos deseruire. Nam plerũq; res
quelibet innocenti mẽte respicitur: sed ipso
conspectu animus ꝯcupiscentie gladio cõ-
foditur. Nõ enim vt exempli cã iam dixi-
B mus Dauid vxorẽ cõiugem ideo studiose re-
sperit q2 cõcupiuerat: sed potius id concu-
piuit quia incaute respexit. Fit vero recte re
tributionis examine, vt qui exteriori negli-
genter vtitur oculo interiori nõ iniuste cece
tur. Sepe iam intrĩsecus concupiscẽtia do
minatur: et illecebratus animus aduersus
suos sensus corporeos famulari more tyrã
nidis exigit: suisq; voluptatibus oculos ser
uire compellit: atq; vt ita dicam fenestras lu
minis ad tenebras aperit cecitatis. Unde
sancti viri cum sinistra pulsari delectatio-
ne se sentiũt: ipsa per que forme species ad
mentem ingreditur: discipline magisterio lu
mina restringunt: ne praue cogitationis vi
sio lenocinata famuletur. Que si subtiliter
custodiri negligitur: cogitatiõis immundicia
ꝓtinus ad opatione transit. Unde et mox
subditur. ((Et si in manibus meis adhesit
macula.)) Sanctus ergo vir sciens q̃ plerũ-
q; praua cogitatio per oculos veiat ad mẽ
tem: Paulo superius dixit: Pepegi fedus
cum oculis meis: vt ne cogitarem qdez de
virgine. Perpendens etiam q̃ nõnunq̃ in
mente oritur: sed huic oborte oculi peruer
se famulantur ait: Si secutus ẽ oculus me-
us cor meũ. Ac si aperte dicat: Nec passim
videre volui que concupiscerem: nec viden
do vnq̃ secutus sum que concupiui. Dicat
ergo: Si secutus ẽ oculus meus cor meum:
q2 etsi qd vnq̃ illicitum mens eius vt vide-
licet humana ꝯcepit: altioris discipline ma
gisterio cõstrictus sequi se per illicita sibi q;
famulari oculus noluit. Pensem9 adhuc C
ꝯscientias nostras: et quãti culminis vir iste
fuerit ex nostri cordis delectione videam9.
Ecce si qua illicita aliquã do cogitauit: qa
ea citius inter archana cordis gladio sanc-
ti vigoris extinxit: puenire illa vsq; ad ope
ra nõ permisit. Unde premisimus ilico sub
iungit. ((Et si in manibus meis adhesit ma
cula.)) Quando enim macula in manibus
idest culpa in actionibus inhereret, quã cẽ
sura discipline nõ sinebat in cogitatione ꝓ-
ficere: Neq; enim culpa ad opus prodire ꝑ
mittitur: si intus vbi nascitur extinguatur.
Si autem tẽptationi in corde nascenti festi
ne nõ resistitur: hec eadem qua nutrit mo
ra roboratur: et existens foris in operib9: vi
cta vix preualet quia ipsam intus mẽbrorum
dominã mentem captiuam tenet. Quia ve
ro vir sanctus superiora omnia sub cõditiõe
intulit: si hec vnq̃ ꝑpetrauerit sententia se
maledictõis astringit dicens. ((Seraz et ali D
us comedet: et progenies mea eradicet.))
More sacri eloquij serere dicimus vba vi
te predicare. Hinc etenim propheta ait:
Beati qui seminatis super omnes aquas. Isa. 32.
Sancte quippe ecclesie predicatores super
omnes aquas seminare conspexit: q cun-
ctis late populis verba vite quasi celestis
panis grana tradiderunt. Comedere autẽ
est bonis operibus saciari. Unde p semet-
ipsam veritas dicit: Meus cibus est vt faci Jo. 4.
am voluntatem eius: qui me misit. Si ergo

ea que protulit facere pretermisit: ait: Se-
ram et alius comedet. Ac si aperte dicat:
Quod os meum loqtur: non ego sed alter
operetur. Predicator quippe qui a suis voci
bus moribus discrepat: ieiunus serit: quod
alius manducet: quia suo semine ipse non
pascitur: quando a verbi sui rectitudie pra
ua actione vacuatur.

Capitulum. 8.

A Et quia plerique discipuli
incassum bona audiunt
cum ex magistri vita ope-
rum exemplo destruuntur:
recte subiungitur: (Et pro
genies mea eradicetur.)
Doctoris enim progeni-
es eradicatur: quando is q per verbum na
scitur: per exemplum necatur: quia quem lin
gua vigilans gignit: vite negligētia occidit
3. Re. 3 Neque enim torpenti nobis est mente trāseū
dum: quod apud Salomonem mulier filiū
quem vigilans lactare consueuerat: dormi-
ens interemit: Quia nimirum magistri vigi-
lantes quidem scientia sed vita dormientes:
auditores suos quos per vigilias predica-
tionis nutriunt: dum quod dicunt facere ne
gligunt: per somnum torporis occidunt: et
negligendo opprimunt quos alere verborum
lacte videbantur. Unde plerumque dum ipsi re
prehensibiliter viuunt et habere discipulos
vite laudabiles nequeunt: alienos sibi at-
trahere conantur: quatenus dum bonos se
habere sequaces ostendunt: apud iudicia
hominum excusent mala que agunt: et qua
si per subditorum vitam mortiferam tegāt
negligentiam. Unde illic mulier filium qā
extinxit proprium: quesiuit alienum. Sed ta
men veram matrem Salomonis gladius in-
uenit: quia videlicet cuius fructus viuat: vel
cuius intereat extremo examine ira distri-
cti iudicis demonstrat. Ubi et illud ē soler-
B ter intuendum: quod viuens filius prius diui-
di precipitur: ut soli postmodum matri red
datur quia in hac vita quasi partiri conce-
ditur vita discipuli: dum ex illa nonnunquam si
ter apud deum meritum: alter vero apud
homines laudem habere permittitur. Sed
falsa mater eum quem nō genuit occidi nō
metuit: quia arrogantes magistri et chari-
tatis ignari: si plenissimum nomen laudis
ex alienis discipulis consequi nequeunt: eo
rum vitam crudeliter insequuntur. Inuidie
enim face succensi nolunt a liis viuere: quos
se conspiciunt nō posse possidere. Unde ille
peruersa mulier clamat: Nec meus sit: nec
istius. Ut enim diximus quos sibi obsequi
non vident ad gloriam tēporalem: eos ali-
is inuident viuere per veritatem. Uera au
tem mater satagit ut eius filius saltē apud
extraneum sit et viuat: quia concedunt ve-
races magistri ut ex eorum discipulis alii qui
dem magisterii laudem habeant: si tamen
integritatem vite idem discipuli non amit
tant. Per que pietatis viscera hec eadem
vera mater agnoscitur: quia omne magisteri-
um examine charitatis approbatur et sola
tum recipere meruit quem quasi totū con-
cessit: quia fideles prepositi pro eo quod ex bo
nis discipulis suis nō solum aliis laudē nō
inuident: sed utilitatem eis et prouectus ex-
optant: ipsi etiam integros et viuentes filios
recipiunt: quia in supremo examine ex eorum
vita perfecte retributionis gaudia consequuntur.
Hec paucis per excessum diximus: ut audi
torum progenies pro doctorum negligentiā qua-
liter extinguitur monstraremus: quia quisquis iux-
ta hoc quod loqtur nō viuit quos verbo
genuit a stabilitate rectitudinis opere euellit
Sed beatus Job quos predicatione vigilans
edidit: nequaquam actione dormiens extinxit at-
que ideo fidenter dicit: si quo minus predicans
compleui. Seram et alius comedat: et proge-
nies mea eradicetur. Qui adhuc se deinge-
nuatione praui operis discutiens subdit. (Si
deceptum est cor meum super muliere: et si
ad hostiū amici mei insidiatus sum.)

Capitulum. 9.

Quia nonnunquam a reatu A
adulterii nequaquam discre-
pat culpa fornicationis: cum
veritas dicat: Qui viderit
mulierē ad concupiscendum Mat. 5.
eā: iam mechatus est in corde
suo: quia enim greco verbo mechus adulter dici
tur. cum non aliena coniunx sed mulier videri
prohibetur: aperte veritas ostendit: quia eum etiā
solo visu cum turpiter vel inmpte concupiscitur
adulterium perpetratur. Quod tamen plerumque
ex loco vel ordine concupiscentis discerni-
tur: quia scilicet si hanc in sacro ordine stu
diosa concupiscentia: sicut alium adulterii
inquinat culpa. In personis tamen non

dissimilibus iisdem luxurie distinguitur rea
tus. In quibus fornicatõis culpa quia ab
adulterij reatu discernitur p̄dicatoris egre
gij lingua testatur: que inter cetera asserit
1. Cor. 6. dicens: Neq3 adulteri regnum dei posside
bunt. Quod enim disiuncte reatui sentẽtie
subdidit: q̄3 valde a se dissideant ostendit.
Per hoc ergo quod dr̄ si deceptum est cor
meũ super muliere: neq3 cogitasse vir san
ctus de fornicationis macula demõstratur.
Per hoc autem quod subijcit: et si ad hosti
um amici mei insidiatus sum. patenter ino
tescit q̄ a reatu adulterij liber fuit. Sed ad
B hec fortasse aliqs dicat: Quid de se mirum
sanctus vir asserit si nõ solum ab adulterij
crimine verũetiam a fornicationis ingna
tione se liberum seruauit. Hec aũt paruipẽ
dimus: si virtutum eius tempora minime pen
samus. Nec dũ enim ad restrictionem car
nis reuelate grẽ districtior cẽsura processe
rat: que nõ solum corporis sed et cordis la
sciuiam reprehẽdit. Nec dũ multorum cõ
tinentium castitatis bona imitanda pro
diderant: et tamẽ beatus Job exẽpla mun
dicie que nõ acceperat trãdebat. A multis
aũt nunc etiam post p̄hibitionẽ dei carnis
immundicia perpetratur. Hic ergo colligen
dum est: cũ quãta culpa nũc etiaz post pre
ceptum in grauibus delinqtur cum tanta
laude ante grauibus abstinebatur. Qui si
hoc vnq̄3 fecerit: eãdem culpaz verti sibi ex
petit in penam dicens: ((Scortum fit alteri
us vxor mea: et sup illam incuruẽtur alij.))
Et q2 plerũq3 hoc quod faciendo nõ ppen
dimus q̄3 graue sit patiendo pensam⁹: eius
dem vim facinoris quod se pati si re⁹ fit
debere denunciat: exprimendo manifestat
dicens: Hoc enĩ nephas est: et iniqtas maxi
ma: ignis ẽ vsq3 ad p̄ditionem deuorans:
et omnia eradicans genimia. Hoc iter pec
catum distat et crimen: q̄ oẽ crimen pecca
tum est: nõ tamen oẽ peccatum crimen est.
Et in hac vita multi sine crimĩe: nullus ve
C ro eẽ sine peccatis valet. Unde et predica
tor sanctus cum virũ dignũ grẽ sacerdota
lis describeret nequaq̄3 dixit: si qs sine pec
cato sz si quis sine crimine est. Quis vero
sine peccato eẽ valeat cum Joãnes dicat:
1. Jo. 1. Si dixerimus: q2 peccatum nõ habemus:
nosmetipsos seducimus et veritas in nobis
nõ est. In qua videlicet peccatorũ et crimi
num distinctione pẽsandum est: q2 nõnulla
peccata animã polluunt quã crimina exti
guunt. Unde beatus Job crimen luxurie
diffiniẽs ait: Ignis ẽ vsq3 ad p̄ditionẽ de
uorans: q2 nimirũ reatus facinoris nõ vsq3
ad inquinationẽ maculat sz vsq3 ad p̄ditio
nem vorat. Et q2 quelibet alia fuerint bo
na opera: si luxurie scelus nõ abluitur: imẽ
sitate huius criminis obruuntur. secutus ad
iunxit: et omnia eradicans genimia. Geni
mina quippe sunt aie opatiões bone. Cui ta
men si peruerso ordine caro dominẽ: igne
luxurie oia bene prolata cõcremanẽ. Nul
la quippe ante omnipotẽtis dei oculos iusti
cie pietatisq3 sunt opera: que corruptionis
cõtagione mõstrantur immunda. Quid enĩ D
prodest si pie quisq3 necessitati cõpatitur p
ximi: quãdo impie in semetipso destruit ha
bitationem dei? Si ergo per cordis mundi
ciam libidinis flãma nõ extinguitur: incas
sum quelibz virtutes oriunẽ: sicut p Moy
sen dr̄: Ignis exarsit ab ira mea et ardebit
vsq3 ad inferos deorsum: comedet terraz et
nascentia eius. Ignis quippe terraz atq3 ei⁹
nascentia comedit: cũ libido carnem atq3
per hãc oia benefacta cõsumit. Nam quic
quid p̄cedit ex fruge rectitudinis: hoc nimi
rum cõcremat flãma corruptionis. Dicat
ergo: Ignis est vsq3 ad perditionem deuo
rans et oia eradicans genimina: q2 si corru
ptionis malo nõ resistitur: et illa proculdu
bio p̄eunt: que bona videbantur. Sed so
lent nõnullos ad humilitatem vicia sterne
re atq3 ad tumorem mentis virtutes eleua
re. Capitulum. 10.



Uerendum ergo nobis est A
si beatus Job in tãta casti
tatis mundicia ẽt humilis
fuit. Sed sanctus vir cum
alta virtutum teneat: quaz
de se humilia sentiat: repen
te apit: cum subiungit: Si cõtempsi iudiciũ
subire cum seruo meo: et ancilla mea: cũ di
sceptarent aduersum me. Qui enim iudica
ri cum seruis ancillisq3 non rẽnuit: liquido
indicat quod cõtra nullum vnq̄3 proximũ
apud se tumidus fuit: iter hec aũt libet in
tueri vitam suã in omnibus quãta vir san
ctus discretione custodiuit. Nõ enim lõge
supius dixit: Videbãt me iuuenes et abscõ
debantur: et senes assurgentes stabant: p̃n

cipes cessabant loqui: ꝛ digitum superponebant ori suo: vocem suam cohibebant duces: ꝛ lingua eorum gutturi suo adherebat. Nunc vero ait. ¶ Si contempsi iudicium subire cum seruo meo ꝛ ancilla mea cum disceptarent aduersum me. ⁾ Quis digne cõsiderare valeat huius viri tam sublimia virtutum moderamina. In quo tanta est auctoritas regiminis: vt ad silentium restringantur duces: tãta humilitas cordis vt ex equo ad iudicium venire permittantur ancille. Ecce apparet miro modo in potestate principibus potentior: in certamine seruis equalis in cetu: principum memor regiminis in certamine famulorum memor conditionis. Se quippe sub vero dño famulum conspicit: ideo cordis altitudine se super famulos non extolit. Unde ꝛ protinus subdit. ¶ Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum deus ꝛ cũ quesierit qd respondebo illi. ⁾ Qui venturuꝫ iudicem cogitat: indesinenter quotidie rationum suarum in melius causas parat. Quia dum eternum dominũ tremore cordis intuetur iura temporalis dominij super subiectos moderari cõpellitur. Perpendit enim nil esse qđ tẽporaliter preest: ceteris quando illi ad reddẽdam rationem subest qui sine fine dominatur. Sepe nãqꝫ temporalis vel transitoria potestas animum per abrupta elationis rapit. Et quia eo quisqꝫ extollitur: quo se esse super alios videt: illum oportet qui super se est semper aspiciat: vt ex eius metu q supra omnia est crescentem intrinsecus animi tumorem premat. Intueatur enim qui sub ipso sint: sed consideret sub quo ipse sit: vt ex consideratione veri domini decrescat tumor false dominatiõis. Unde beatus Job quia eius iudicium qui super omnia ẽ metuit: hic ad tẽporale iudiciuꝫ famulis equalis venit dicens. Si contempsi iudicium subire cum seruo meo: ꝛ ancilla mea cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciã cum surrexerit ad iudicandum deus: ꝛ cum quesierit quid respondebo illi. Qui vt semper cor in humilitate deprimat nequaqꝫ in eisdem famulis conspicit: ꝙ sibi status est dispar: sed ꝙ natura communis. Unde etiã subdit.

Ca. xi.

Unquid non in vtero fecit me q ꝛ illum operatus est ꝛ formauit in vulua vnus. ⁾ Potentibus viris magna est virtus humilitatis cõsiderata equalitas conditionis. Omnes nãqꝫ homines natura equales sumus: sed accidit dispensatorio ordine: vt quibusdam prelati videamur. Si igitur hoc a mente deprimimus qđ temporaliter accessit: inuenimus citius qđ naturaliter sumus. Plerũqꝫ enim se animo accepta potestas obijcit: eumqꝫ tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humilime cõsiderationis deprimendus est tumor elationis. Si enim apud semetipsam mens descendit de vertice culminis: citius planiciẽ inuenit naturalis equalitatis. Nam vt prefati sumus omnes homines natura equales genuit: sed variante meritorum ordine alios alijs dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diuersitas que accessit ex vicio: recte est diuinis iudicijs ordinata: vt qꝛ omnis homo iter vite eque non graditur: alter ab altero regatur. Sancti autem viri cũ presunt non in se potestatem ordinis: sꝫ eq̃litatem conditionis attendunt nec preesse gaudent hominibus sed prodesse. Sciunt enim ꝙ antiqui patres nostri non tã reges hominũ ꝙꝫ pastores pecorum fuisse memorantur. Et cum noe dñs filijsqꝫ eius diceret. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ implete terram subdidit: ꝛ terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terre. Non enim ait sit super homines qui futuri sunt: sed sit super cuncta animalia terre. Homo quippe animalibus irrationabilibus non auteꝫ ceteris hominibus natura prelatus est: ꝛ idcirco ei dicitur: vt ab animalibus ꝛ non ab homine timeatur: quia contra naturam superbire ẽ ab equali velle timeri: quãuis plerumqꝫ a subditis etiam sancti viri timeri appetunt: sed quando ab eisdem subditis deum minime timeri deprehendunt: vt humana saltẽ formidine peccare metuant: qui diuina iudicia non formidant. Nequaqꝫ ergo prepositi ex hoc quesito timore superbiunt: ĩ quo non suam gloriam: sed subditorum iusticiã querunt. In eo enim ꝙ metuꝫ sibi a peruerse viuentibus exigunt: quasi non hominibꝰ sed brutis animalibus dominantur: quia videlicet ex qua parte bestiales sunt subditi ex ea etiam debent formidini iacere substrati. Cum vero deest vitium quod corrigatur non de excellentia potestatis: sed de quali-

Marginal letters, left column: B; C; a. Right column: B; Gen. 9; D

tate conditionis gaudent: et non solum ab
C eis metui: sed etiam plus quam necesse est ho-
norari refugiunt. Nec enim leue se perpe-
ti damnum humilitatis credunt si ab eis pro
merito fortasse ordinis pluris estimentur.
Hinc est enim quod primus pastor ecclesie: cum
adorante se cornelio super se sibi honorem
videret oblatum ad equalitatem conditio-
Act.10 nis sue citius recurrit dicens. Surge: et ego
ipse homo sum. Quis enim nesciat quod condi
tori suo homo debeat et non homini prester-
ni. Quia ergo humiliari sibi plusquam debuit
proximum vidit: ne vltra humanitatis me-
tas mens intumesceret esse se hominem reco
gnouit: quatenus illati sibi honoris elatio-
nem frangeret: ex considerata equalitate con
ditionis. Hinc a Joanne angelus adoratus
Apoc.19. creaturam se esse cognouit dicens. Uide ne
feceris: conseruus tuus sum et fratrum tuorum.
Hinc propheta, cum ad videndum sublimia
rapitur filius hominis vocatur vt ductus
ad celestia hominem se esse meminerit. Ac
si eum diuina vox verbis apertioribus am-
moneat dicens. Memento quid sis ne de
his ad que raperis extollaris: sed altitudi-
nem reuelationis tempera memoria condi-
tionis. Ex eo ergo colligendum est quanta
communia nature, memoria in corde deprimi
debeat terrene potestatis tumor: si ex huma
nitatis vocabulo agitur ne cogitationis ela
tio ex secretis celestibus generetur. Cuius vi
delicet humanitatis bene beatus Job sem
per recordatione tenuit qui ait. Nunquid non
in vtero fecit me qui et illum operatus est: et
formauit in vulua vnus: Ac si aperte dicat
Cur non eque debeamus in cuiuslibet ne-
gocij iudicio discuti: qui per conditoris pote
tiam sumus equaliter facti. Sed quia casti
tatis eius atque humilitatis acta cognoui-
mus: nunc liberalitatis opera cognoscamus.
Sequitur.

Capitulum. .xi.



A Si negaui quod volebant pau
peribus: et oculos vidue ex
pectare feci.) Per hoc di-
cta vir sanctus ostendit non
solum ad inopiam paupe-
ribus: sed etiam ad haben
di desiderium deseruisse. Sed quid si ipsa
vellent pauperes que fortasse accipere non
expediret. Ubi quia in scriptura sacra dici

pauperes humiles solent: ea sola estimanda
sunt: que accipere pauperes volunt: que hu
miles petunt. Et procul dubio oportet vt ta
cunctis nter detur quicquid cum vera humi
litate requiritur. i. quod non ex desiderio sed
ex necessitate postulatur. Nam valde iam
superbire est extra metas inopie aliquid de
siderare. Unde et superbe petentibus dicit.
Petitis et non accipitis: eo quod male petatis.
Quia ergo illi sunt veraciter pauperes: qui
inflati per superbie spiritum non sunt: quos
aperte veritas exprimit cum dicit. Beati pau
peres spiritu: recte nunc per sanctum virum Mat. 5.
dicitur. Si negaui quod volebant pauperi
bus: quoniam qui ea volunt que profecto li-
quet quod eis non expediunt eo ipso quod superbie
abundant spiritu: iam pauperes non sunt.
Sed Beatus Job dum pauperes humiles
appellat: quicquid ab eo accipere pauper vo
luit non negauit: quia veraciter quisque hu-
milis quod non potuit obtinere nec voluit.
Sed cum largitatem mentis sue indicat: quia
ad votum se pauperibus concurrisse manife- B
stat, necesse est vt queramus ne lumen mise
ricordie dationis tarditate fuscauerit. Un-
de subiungit. Et si oculos vidue expectare
feci. Petentem se viduam expectare noluit:
vt non solum ex munere, sed ex celeritate mu
neris bonorum operum merita augeret. Un-
de alias scriptum est. Ne dicas amico tuo
vade et reuertere et cras dabo tibi cum sta-
tim possis dare. Sed nonnulli solent exterius Pro. 3.
multa largiri: communis autem vite gratiam re-
pellentes habere pauperes socios in dome-
stica conuersatione refugiunt. Unde beatus
Job vt non solum se insinuet exterius mul-
ta prebuisse: sed apud se quosque inopes etiam
in domestica conuersatione recepisse: proti
nus adiungit. (Si comedi buccellam meam
solus et non comedit pupillus ex ea:) scilicet
pietati se preiudicium facere estimans si so
lus comederet quod dominus omnium communi-
ter creasset. Que profecto communio conuer
sationis esse cum talibus intra domesticos
parietes debet ex quibus eterne proficiant C
merita retributionis. Unde sanctus vir non
quemlibet: sed ad manducandum socium pu
pillum se habuisse perhibet. Sed tanta hec
pietatis viscera vtrum a semetipso habue-
rit an a conditoris sui gratia sit consecutus
innotescat. Sequitur. ¶ Quia ab infantia

mea creuit mecum miseratio ⁊ de vtero ma
tris mee egressa est mecum.)) Miseratio
etenim si eius fuit arbitrij vt cum ipso profi
ceret: liquet tamen quia eius arbitrij nõ fu/
it vt cum ipso de vtero exiret. Constat ergo
quia sue virtuti nil tribuit: qui profecto te/
statur quia hoc ex conditoris munere acce/
pit. Bonum igitur quod a conditore ha/
buisse se intimat: liquet proculdubio quia
ad laudem conditoris narrat: indicans ab
ipso se accepisse vt pius esset a quo accepit
vt esset: quia sicut suo opere in vtero condi/
tus non fuit: ita nec sua virtute ab opere
pius fuit. Sed pensandum nobis est: quod
asserit: creuit mecum. Nonnulli enim quo
ad etatem crescunt: ab innocentia decre/
scunt. Electis vero cum foris etas corporis
intus si dici liceat crescit etas virtutis. Se/
quitur.

Capitulum. 13.



I desperi pretereuntez eo
ꝙ non habuerit indumen/
A tum ⁊ absqꝫ opimento pau
perez: si non benedixerunt
mihi latera eius ⁊ de velle
ribus ouium meatum ;cale/
factus est.)) Quod pauperez non despexit:
virtutem humilitatis exhibuit: quod autez
operuit: pietatis. Due quippe iste virtutes
ita sibimet esse cõnexe debẽt: vt vicario sem
per opere fulciantur: quatenus nec humili/
tas cum veneratur proximuz largitatis gra
tiam deserat: nec pietas cum largitur intu/
mescat. Erga indigentiaz itaqꝫ proximi hu
militatem pietas fulciat: humilitas pieta/
tem: vt cum indigentem rebus necessarijs
nature tue consortem videris: nec per im/
B pietatem desinas tegere: nec per superbiaz
negligas venerari quem tegis. Nam sunt
nonnulli qui mox vt ab egenis fratribꝰ fue
rint necessaria postulati: post dona largita
ri in eos prius contumeliosa verba iaculan
tur. Qui ⁊ si rebus ministeriuz pietatis per
ficiunt verbis tamen gratiam humilitatis
perdunt: ita vt plerũqꝫ videatur quia illa/
te iam iniurie satisfactionem soluunt: cum
post contumelias dona largiuntur: nec ma/
gni est operis ꝙ postulata tribuunt: quia
ipse dationis sue munere vix eundem exces/
Eccl. 18. sum sermonis tegunt. Quibus bene per ec/
clesiasticum librum dicitur. Omni dato nõ
des tristiciam verbi mali. Et rursum. Ecce C
verbum super datum bonum ⁊ vtraqꝫ cum
homine iustificato: videlicet vt datum exhi
beri debeat per pietatem: ⁊ bonum verbum
tribui per humilitatem. At contra alij ege/
nos fratres non student rebus fulcire cum
possint: sed blandis tantum sermonibus fo
uere. Quos vehemẽter Jacobi predicatio Jaco. 2.
sancta reprehendit dicens. Si autem frater
aut soror nudi sunt ⁊ indigent victu quoti/
diano. dicat autem aliquis ex vobis illis.
Ite in pace calefacimini ⁊ saturamini: non
dederitis autem eis que necessaria sunt cor
pori quid vobis proderit. Quod Joãnes
quoqꝫ apostolus ammonet dicens. Filioli i. Cor. 3
mei non diligamus verbo nec lingua: sed
opere ⁊ veritate. Dilectio nãqꝫ nostra sem
per exhibenda est ⁊ veneratione sermonis
⁊ ministerio largitatis.

Capitulum. 14.



Ultum vero ad hebdoma/
dam dantis superbiam va/ A
let: si cum terrena tribuit:
verba sollicite magisterij ce
lestis penset qui ait. Facite Luc. 16
vobis amicos de mãmona
iniquitatis: vt cum defeceritis: recipiãt vos
in eterna tabernacula. Si enim per eorum
amicitijs eterna tabernacula acquirimus
dantes proculdubio pensare debemus: quia
patronis potius munera offerimus: ꝙ ege/
nis dona largimur. Hinc per Paulum di/
citur. Uestra abundantia illorum inopiaz 2. Cor. 8.
suppleat vt ⁊ illoruz abundantia vestre ino
pie sit supplementum: vt videlicet sollicite
perpendamus: quia ⁊ eos quos nunc ino/
pes cernimus abundantes quandoqꝫ vide
bimus ⁊ qui abundantes aspicimur: si lar/
giri negligimus: quandoqꝫ inopes erimus.
Qui itaqꝫ nunc temporale subsidium pau/
peri tribuit: ab eo postmodum perpetua re
cepturus ((vt ita dicam)) quasi ad frugem
terram excolit: que quod acceperit vberius
reddit. Restat ergo vt nunquã elatio sur/
gat ex munere: quando videlicet diues ex
eo ꝙ pauperi tribuit agit vt imperpetuum
pauper non sit. Beatus igitur Job vt dili/
genter ostenderet: humilitas atqꝫ misericor
dia quanta in eum fuerit consideratione
sociata ait. Si despexi pretereuntem eo
ꝙ non habuerit indumentum: ⁊ absqꝫ ope/

B rimento pauperum: si non benedixerūt mi-
hi latera eius: ꝛ de vellcribus oviū mearū
calefactus est. Ac si aperte diceret. In amo
re proximi vno eodemqꝫ ordine ꝛ superbie
vicium ꝛ impietatis premens: pretereuntē
quēpiam ꝛ humiliter aspiciens non despe-
xi ꝛ misericorditer calefeci. Quisquis enim
super eum cui aliquid tribuit fastu se ela-
tionis extollit: maiorem culpaꝫ intrinsecus
superbiendo peragit quam extrinsecus lar
giendo mercedem. fitqꝫ ipse bonis interio-
ribus nudus cum nuduꝫ despicit vestiens:
eoqꝫ fit vt seipso deterior fiat se indigenti
proximo meliorem putat. Minus quippe
inops est qui vestem non habet qꝫ qui hu-
militatē. Unde necesse est vt cū nature no-
stre consortes exteriora non habere conspi
cimus: qꝫ multa nobis desint bona interio-
ra pensemꝰ: quatenus sese super inopes co
gitatio nostra non eleuet cū solerter videt:
quia nos tanto verius quanto ꝛ interiꝰ in-
digentes sumus. Et quia sunt nonnulli qui
pietatis sue viscera tēdere vsqꝫ ad incogni
tos nesciunt: sed solis quos per assiduitatē
noticie didicerint miserentur. apud quos ni
miruꝫ plus familiaritas qꝫ natura valet dū
quibusdā necessaria non qꝛ homines: sꝫ qꝛ
C non sunt largiuntur: bene nunc per beatū
Job dicitur. Si despexi pretereuntem: eo
qꝫ non habuerat indumentū. Ignoto enim
primo misertum se indicat: queꝫ pretereun
teꝫ vocat: quia videlicet apud piaꝫ mentem
plus natura valet qꝫ noticia. Nā ꝛ vnusqs-
qꝫ qui indiget eo ipso quo homo est ei iā in-
cognitus non est. Sequitur. ((Si leuaui su
per pupillū manū meā etiaꝫ cū viderem me
in porta supiorē.)) Mos apud veteres fuit
vt ad portā seniores sederent qui certantiū
iurgia iudiciaria examinatione discernerēt
quatenus vrbē in qua concorditer oporte-
ret viuere discordes minime intrarent. Un
de ꝛ per pphetā dn̄s dicit. Constituite i por
Amos.5. ta iudiciū. Hoc itaqꝫ loco quid porte nomi-
ne exprimitur nisi id qđ agebatur in porta:
Sicut enī pugnare castra dicimus: pro eo
qꝫ pugnatur ex castris: ita iudiciū qꝫ in por-
ta agi consueuerat porta nominatur. In
porta ergo se superioreꝫ videt: qui se melio
ris partis esse in iudicio equitatis merito
conspicit. Beatus igitur Job quia nec tunc
contra pupillū manū exercuit: cū se etiam
per iusticie meritū potentiorē vidit: nobis
timoris regulā insinuans dicit. Si leuaui su
per pupillū manū meaꝫ: cum viderē me in
porta superioreꝫ. Ac si patenter dicat. Ne-
qꝫ tunc vtilitatis mee negocia virtute con-
tra pupillum exequi volui: quando me i iu-
dicio etiā ex iusticia potioreꝫ vidi.

Capitulum. 15.



A Ancti etenīꝫ viri quan
do cū personis minori-
bus contentionuꝫ nego
cia subeunt duꝫ graua-
re vel in minimis timēt
ipsi contra iusticiā gra-
uari nequaqꝫ refugiūt.
Sciunt quippe qꝫ ois
humana iusticia iniusticia esse reprehendi-
tur: si diuinitus districte iudicetur. Unde
hoc quod sibi cōpetit cauent vehemēter exi
gere: ne eorū actus superna rectitudine con
tingat subtiliter examinare. Sed vt inueni
ri iusti in diuino examine valeant: plerūqꝫ
apud humanū iudicia grauari se ꝛ iniuste
patiuntur. Beatus autē Job vite sue celsitu
dineꝫ narrans: ꝛ multa sunt ꝛ mira que di-
xit. Sed quia plerūqꝫ humana mens rēnuit
bona credere que nescit operari: maledicti
sibi sententiaꝫ protinus subiicit si qua borū
que dixerat opere non īpleuit dicens. ((Hu
merus meus a iunctura sua cadat: et bra-
chiū meū cū suis ossibus conterat.)) Quia
operatio corporea per humerū ac brachiū
agitur bona que ore protulit si opere nō im
pleuit: cadere sibi humerum ꝛ conteri bra-
B chiū exoptat. Ac si aperte dicat. Si ea que
dixi operari renui: ipsuꝫ quod mihi ad ope
randum datū est corporis mēbrum perdaꝫ:
vt videlicet cadat a corpore quod exerce-
re nolui ad vtilitatem. si vero hec maledicti
sententia ad spiritualem est intelligentiā re
ferenda: liquet profecto qꝫ brachiū corpori
per humerū iungitur. Et sicut per brachiuꝫ
bona operatio: ita per humerum socialis vite
coniunctio designatur. Unde propheta quo
qꝫ intuens sanctos vniuersalis ecclesie po-
pulos deo concorditer seruituros ait. Et ser
Sap.3. uient ei humero vno. In eo ergo quod dicit
Si leuaui super pupillum manū meā: cum
viderem me in porta superiorē: mirā virtu
teꝫ patientie seruasse se asserit qui grauari
se a personis minimis nec contra hoc quod

sibi iuste competere poterat declauit. Quod
tamen si minime fecerit adiungit: Humerus
meus a iunctura sua cadat: quia nimirum qui
C patientiam seruare contemnit socialem vitam
citius per impatientiam deserit. A iunctura
etenim humerus cadit: cum aduersitatis ali-
quid ferre non valens fraternam concordiam re-
linquit: et quasi membrum separatur a corpo
re cum is qui operari bona poterat a bonorum
omnium absciditur vniuersitate. Neque enim
vnitas seruari concordia nisi per solam patien-
tiam valet. Crebro namque in humana actio-
ne nascitur: vnde mentes hominum vicissim a
sua vnitate ac dilectione separentur: et nisi ad
aduersa toleranda se animus preparet pro
culdubio humerus corpori non inheret.
Gal. 6. Hinc etenim Paulus ait: Inuicem onera ve-
stra portate et sic adimplebitis legem chri-
sti. Hinc per semetipsam veritas dicit: In
patientia vestra possidebitis animas vestras.

Capitulum. 16.



A Ecte autem humero caden-
te subiungitur et brachium
meum cum suis ossibus con
teratur: quia nimirum cun-
cta nostra operatio cum
quibuslibet videatur esse
fulta virtutibus: soluitur nisi
per charitatis vinculum patientia conseruet.
Sua enim bona perdit operari qui aliena mala
renuit perpeti. Feruore quippe iracundi spiri
tus lesus quisque a dilectione resilit: et cum se ex
terius grauari non tolerat: intus se per amissum
lumen charitatis obscurat; nec videt iam
quo tendat pedem boni operis: quia oculum per-
didit dilectionis. Sed sancti viri humerus
a iunctura sua non cadit: quia videlicet eius di-
lectio a socialis vite concordia per impatien
tiam non recedit: eiusque brachium minime fran
gitur: quia omnis eius operatio in coniunctione hume-
ri. i. in charitatis concretione custodit. Sed quia
consideratione bona hec tanta egerit atque a
malis omnibus se abstinuerit adiungit dicens:
((Semper enim quasi tumentes super me fluctus
timui deum: et pondus eius ferre non potui.))
A pauore tante similitudinis pensemus si
possumus: quanta in sancto viro fuerit vis
timoris. Fluctus etenim cum tumentes de
super iminent: cunctique eam quam deferunt mor
tem minantur: nulla tamen nauigantibus re
rum cura temporalium: nulla carnis dilectio
ad mentem reducitur: ea ipsa quoque ex na
ui proijciunt pro quibus longa nauigia sum
pserunt: cuncte res in despectum mentis ve
niunt amore viuendi. Quasi ergo tumentes B
super se fluctus deum metuit: qui dum veram
vitam desiderat: omnia despicit que hic pos
sidens portat. Nam velut tempestate depre
hensi pondus nauis abijcimus: quando ob
oppressa mente desideria terrena remoue-
mus: sitque vt subleuata nauis enatet: que
emergebatur onerata: quia nimirum cure que
in hac vita deprimunt: mentem in profundum
trahunt. Quia videlicet mens tanto altius in-
ter temptationum fluctus attollitur quanto so-
licitius ab huius seculi cogitatione vacuatur.
Est vero et aliud quod de maris concussione
debeat solerter intueri. Tempestas quip-
pe cum oritur prius leues vnde et postmo-
dum volumina maiora concitantur: ad extre
mum fluctus se in alta erigunt: et nauigan
tes quosque ipsa sua valitudine subuertunt.
Sic nimirum extrema illa properat: que vni-
uersum mundum subruat tempestas anima
rum. Nunc enim bellis et cladibus quasi qui
busdam vndis sua nobis exordia ostendit:
et quanto ad finem quotidie propingores essi
cimur tanto grauiora irruere tribulationum
volumina videmus. Ad extremum vero commo
tis omnibus elementis supernus iudex veni-
ens finem omnium apportat: quia videlicet tunc
tempestas fluctus in celum leuat. Unde et
dicitur: Adhuc modicum et ego mouebo non solum
terram sed etiam celum. Quam tempestatem quia
sancti viri vigilanter aspiciunt quasi tumen
tes super se quotidie fluctus expauescunt:
atque ex his tribulationibus que mundum fe
riunt preuident que sequantur. Bene autem
subditur. Et pondus eius ferre non potui:
quoniam qui extremi iudicij aduentum inten
ta mente considerat: profecto videt quia tan-
tus pauor iminet quantum non solum tunc
videre: sed etiam nunc preuidere pertimes
cat. Consideratione namque tanti terroris me
tu animus palpitat: et intentionis sue ocu- C
los declinans intueri quod preuidet recu-
sat. Bene ergo dicitur: Et pondus eius fer
re non potui: quia cum superne maiestatis
vi ad iudicium venientis terroremque tanti
examinis considerando animus conatur
exquirere: moxque ad semetipsum refugiens
sese expauescat inuenisse. Sed inter hec pen-

sandum est: q2 beatus Job ista de se loquitur: laudatus ⁊ flagellatus. Si igitur saltem ad meritorum perfectum ita percussus est q sic timuit: quomodo feriendus est q contēnit. Quomodo depressura sunt dei iudicia eos q se eleuant si ⁊ illos ad tempus deprimūt q hec semper in humilitate formidāt. Quomodo pōdus dei poterit ferre q despicit: si hoc ⁊ ille in verbere pertulit q per timorē prouidet. Unde summopere formidandū nobis est illud tante districtōis examē. Cōstat autem q2 in hac vita cum percutit: si percussionem correctio sequtur: disciplina patris ē nō ira iudicis: amor corrigentis est non districtio punientis. Ex ipso ergo presenti verbere iudicia eterna pensanda sunt. Hinc enim perpendere summopere debemus quomodo feratur illa que reprobat si ferri mō vix valet ira eius que purgat.

Sancti Gregorij. Liber. 22.
Capitulum primū.

a Quod a me sepe iam dictum ē hoc me crebro repetere onerosum nō est q2 ⁊ predicator egregius dicit: Eadem vobis scribere mihi quidem non pigrum: vobis autem necessarium. Beatus Job iccirco gestas virtutes narrat: quia inter increpationis verba ⁊ percussionis verbera deprehensus: a spei fiducia mentē suam labefactari considerat. Multa quippe ⁊ egisse se mala ab increpantib9 amicis audierat: ⁊ ne verbis pariter ⁊ flagellis pressa in desperationem mens corrueat hanc per suarum virtutum memoriam ad spem reformat: vt nequaq̄ se debeat i calamitate deijcere que tranquillitatis sue tempore se meminerat tam sublimia egisse. Quia igitur intentionis eius causam diximus restat vt auditas virtutes illius subtiliter perpēdam9.

b Hoc autem primum sciendum est: quia qsquis virtute aliqua pollere creditur: tunc veraciter pollet: cum vitijs ex alia parte nō subiacet. Nam si ex alia vitijs subdit: nec hoc est solidum vbi stare putabatur. Unaqueq̄ enim virtus tanto minor est quanto desunt cetere. Nam sepe quosdam pudicos quidem vidisse nos contingit: sed non humiles: quosdam vero quasi humiles: sed non misericordes: quosdam quasi misericordes: sed nequaq̄ iustos: quosdam p̄o quasi iustos: sed in se potius q̄ in domino confidentes. Et certum est quia nec castitas in eius corde vera est cui humilitas deest: quippe quia superbia se intrinsecus corrumpente fornicatur ⁊ semetipsum diligens a diuino recedit amore: nec humilitas vera ē cui misericordia iuncta nō est: quia nec dz humilitas dici que ad compassionem fraterne miserie nescit inclinari. Nec misericordia vera est: que a rectitudine iusticie existit aliena: quia que potest per iusticiam polluti nescit proculdubio sibimetipsi misereri. Nec iusticia vera est: que fiduciam suam nō cōditore omnium: sed in se fortasse aut in rebus conditis ponit: quia dum a creatore spem subtrahit: ipse sibi principalis iusticie ordinem peruertit. Una itaq̄ virtus sine alijs aut omnino nulla est: aut imperfecta.

Ut enim sicut quibusdam visum est: de primis quattuor virtutibus loquar: prudentia: temperantia: fortitudo: atq̄ iusticia: tanto perfecte sunt singule quanto vicissim sibimet coniuncte. Disiuncte autem perfecte esse nequaq̄ possunt: quia nec prudentia vera est que iusta temperans ⁊ fortis nō est: nec perfecta temperantia que fortis iusta ⁊ prudens nō est: nec fortitudo integra que prudens temperans ⁊ iusta non ē: nec vera iusticia que prudens fortis ⁊ temperans non est. Beatus itaq̄ Job quod non vnam sine alia sed coniunctas in se virtutes habuerit enumerando singulas innotescit: nam bona pudicitie insinuans dicit: Si deceptum est cor meum super mulierem. Atq̄ vt eisdem pudicitie demōstraret humilitas gratiam nullatenus defuisse post cetera subiungit: si contempsi iudicium subire cum seruo meo. Qui vt humilitati sue ostēderet misericordiam fuisse cōiunctam: paulopost dicit. Si negaui quod volebant pauperibus. Atq̄ vt misericordiam suam ostēderet de iusticie radice descendere: Paulo superius premisit dicens: Si ambulaui ī vanitate. ⁊ festinauit in dolo pes meus. Atq̄ vt monstraret quam fuerit ad cuncta prudens ad omnia circūspectus: inferius c

asserit dicens: Semper enim quasi tumen-
tes super me fluctus timui deum. Qui scili-
cet in prosperis positus atq; abundantia
rerum fultus: si spem aut in suis actibus:
aut in circũfluentibus rebus poneret: p-
fecto iustus non esset. Sed quando iste vir
sanctus in se spẽ posuit qui aperte dicit:
Ecce non est auxilium mihi in me:

Capitulum 2.

A 
Uid ergo nunc superest ni-
si vt ipsas quoq; diuitias
qua mente possederit inno-
tescat. Ait enĩ. Si putaui
aurum robur meum ꝛ obri-
zo, dixi fiducia mea. O bri-
zum dicimus ob rude aurum. Sanctus er-
go vir nec aurum robur nec sibi esse obrizũ
idest rude auri molem fiduciam credidit:
quia spem atq; delectationem suam in so-
lius gratia conditoris figens: neq; de quã-
titate auri: neq; de spe peccauit. De creato-
re quippe desperasse fuerat: spẽ in creatu-
ra posuisse. In rebus autem dubijs spem si-
Luc.12. perat diues ille: qui dicebat: Anima habes
multa bona reposita in annos plurimos: re-
quiesce comede: bibe: epulare. Sed hunc su-
perna vox increpat dicens: Stulte hac no-
cte animam tuam repetunt a te: que autẽ
parasti cuius erunt? Eadẽ enim nocte sub-
latus est: qui in rerum sibi abundantia mul-
ta tempora fuerat prestolatus vt scilz qui
in longum sibi subsidia colligendo prospi-
ceret: subsequentem diem vel vnum mini-
me videret. Quasi in aquis enim defluen-
tibus fundamentum ponere est: in rebus la-
bentibus spei fiduciam velle solidare. Crã-
B te enim i perpetuum deo transeunt omnia.
Quid ergo nisi instante fugere est: transeũ-
tibus rebus inherere. Quis nanq; vnq; de-
currentium fluminum tumidis verticibus
raptus: manere ipse fixus potuit deorsum
vnda defluente? Quisquis ergo defluere
denitat: superest vt quod defluit fugiat: ne
per hoc quod amat in hoc cogatur perue-
nire quod vitat. Qui enim rebus labenti-
bus inheret: illo videlicet trahitur: quo ten-
dit quod tenet. Prius itaq; curandũ est:
ne quis temporalia diligat: ac deinde ne in
eisdem temporalibus que non ad delecta-
tionem sibi sed ad vsum retinet fiduciam
ponat: quoniam conturnctus decurrentib⁹
mor statum suum animus perdit. Nam vi- C
te presentis fluctus trahit quẽ leuat: ꝛ val-
de demens est qui in vnda voluitur ꝛ plã-
tam figere conatur. Sed sunt pleriq; qui
ꝛ si in rebus transeuntibus fiduciã nequa-
q; ponunt: cum tamen sibimet ad vsus ne-
cessarios abunde: assunt mente tacita letã-
tur. Qua in re dubium non est: quia tanto
quisq; minus dolet ꝙ desint eterna: quãto
magis gaudet ꝙ assint tempalia: ꝛ qui mi-
nus dolet ꝙ desunt temporalia: certius ex-
pectat ꝙ assint eterna. Hoc itaq; de terre-
nis rebus gaudium beatus Job non se ha-
buisse testificans subiungit dicens. Si le-
tatus sum super multis diuitijs meis: ꝛ quia
plurima reperit manus mea.

Capitulum. 3.


Ancti quippe viri in hu- A
ius peregrinationis erũ-
na: qũ eam quam appe-
tunt adhuc creatoris sui
speciem contemplari mini-
me finuntur: omnem pre-
sentis vite copiam inopiã
deputant. Quia videlicet nil extra deũ suf-
ficit menti que veraciter deuz querit: ꝛ ple-
rũq; eis ipsa sua abundantia fit vehemen-
ter onerosa: quia hoc ipsum grauiter tolle-
rant: quod festinantes ad patriam in itine-
re multa portant. Unde fit vt hec cum in-
digentibus proximis deuote partiant: qua-
tenus dum sumit iste quod non habet: de-
ponat ille quod amplius habebat: nec com-
uiator vacuus ambulet: ne eum quem re-
tardare in via poterat nimium onus gra-
uet. Electi ergo de multa abundantia mini-
me letantur: quoniam videlicet pro amore
celestis patrimonij aut largiendo dispgũt:
aut despiciendo deserunt. Sequitur. Si
vidi solem cum fulgeret ꝛ lunam incedentẽ
clare: ꝛ letatum ẽ in abscondito cor meuz
ꝛ osculatus sum manũ meã ore meo: que
est iniqtas maxima ꝛ negatio contra deuz
altissimũ. Incertũ nõ est ꝙ vtraq; hec lu-
minaria humanis ministerijs deputata celi
militie vocant. In quoꝝ cultu multos no- B
uimus scriptura teste cecidisse: sicut scriptũ
ẽ: Adorauerũt vniuersã militiã celi. Et quia 4.Re.17.
sol ꝛ luna aliter videntur ad vsuz aliter ad
venerationẽ eo more quo a cultoribus su-
is venerari solent: solem ꝛ lunam beatus

Job nequaq̃ vidisse se perhibet : nec leta-
tum fuisse cor suum nec osculatum manum
ore suo. In qua videlicet osculatione: quid
aliud q̃ grauis venerationis exprimitur?
Quod si fecisset vnq̃ hoc iniquitatem ma-
ximam et dei negationem vocat. Sed postq̃
tanta de se locis superioribus virtutum cul-
mina narrauit: quid nunc mirum memorat si
solem ac lunam non se adorasse manifestat?
Unde pensandum est q̄ postq̃ in auro nõ
habuisse fiduciam: nec in multis diuitijs le-
tatum se fuisse testatur: adhuc ad sublimio-
ra ducitur vt tãto nos magis erudiat: quã-
to de se aliqua subtilius narrat. Ait enim.
Si vidi solem cũ fulgeret: et lunam inceden-
tem clare: et letatũ est in abscõdito cor meũ.
C Quid hoc loco videre dicitur: nisi desiderã-
Ps. 65. ter intueri? Unde ps ait. Iniquitatem si con-
speci in corde meo: nõ exaudiat deus. Que
nimirum iniquitas in ore exprimi non pos-
set si non conspiceretur in corde. Sed aliud
est videre per iudicium: aliud per appetitũ.
Beatus ergo Job fulgentem solem et clare
incedentem lunam nequaq̃ vidisse se phi-
bet: vt se demonstret presentis lucis speciem
non appetisse. Ac si post despectum terrene
sue abundantie patenter insinuet: quid di-
cam quia nequaq̃ in auro letatus sum: qr
in ipsa quoq̃ luce corporea delectatus non
sum. Sancti etenim viri postq̃ omnia pre-
sentis vite oblectamenta despiciunt: pro il-
lius lucis interne dulcedine ab hac exterio-
ri animũ luce quasi a tenebris auertũt: mul-
tumq̃ secum intrinsecus contendunt: ne hu-
ius lucis que fulget extrinsecus delectatio-
ne rapiantur. Lux quippe visibilis si incau-
D te diligitur a luce inuisibili cor cecatur: quia
quanto extra se inhians animus funditur: tã-
to amplius in internis obtutibus tenebre-
ratur. Unde solerter quiq̃ ne corporeis sen-
sibus nimis ad exteriora dilabantur: conti-
nuo studio intra mentem suam occulta cu-
stodie disciplina se colligunt: vt tanto ma-
gis inueniantur interius integri: quãto mi-
nus sunt exterius fusi. Hoc enim vigore di-
scipline intra mentis sue se archana cõstrin-
xerat: qui exterioris vite appetitũ fugiens:
dicebat: diem hominis non cõcupiui: tu scis.
Hiere. 7. Quod ergo apud pphetam dicitur. Diem
hominis non cõcupiui tu scis: hoc de semet
ipso beatus Job verbis alijs asserit q ful-
gentem solem et lunam incedẽtem clare nõ
viderit: atq̃ ex his cordis abditis letat' nõ
sit: quia nimirum gaudere non poterat de
his que per delectationis desiderium non
videbat. Ca. 4.



I vero cuncta hec que
iuxta hystoriam tractã-
do transcurrimus: per
A allegorie quoq̃ myste-
ria perscrutemur: quid
hoc in loco aurum acci-
pimus nisi preclari intel-
lectus ingeniũ: quid obri-
zum nisi mentem? Que dum igne amoris
excoquitur: semper in se seruat claritatẽ pul-
chritudinis quotidiana innouatione feruo-
ris. Nescit enim mens per torporem vetere-
scere que studet per desiderium semp ichoa-
re. Hinc nãq̃ per paulũ dicitur. Renouami- Ephe. 4.
ni spiritu mẽtis vestre. Hinc psalmista qui
ad perfectionis iam culmen puenerat: qua-
si inchoans dicebat. Dixi nunc cepi: qr vi-
delicet si lacessere ab inchoatis bonis nolu-
mus: valde necesse est: vt ichoare nos quo-
tidie credamus. Nec abhorret a ratiõis or-
dine quod auro dicimus ingenium designa-
ri: qr sicut in ornamento aurum supponitur
vt gemmarũ desuper ordo disponatur: ita
clara sanctorum ingenia diuinis munerib'
humiliter substernuntur et distincta sup se
gratiarum dona percipiunt. Et nisi quid si-
mile aurum cũ sapientia haberet: quidã sa-
piens minime dixisset. Sapientia absconsa B
et thesaurus inuisus que vtilitas in vtrisq̃? Eccl. 20
Sancti autẽ viri robur suũ aurum nõ de-
putant: quia quãtolibet ingenio fulgeant:
nihil se esse ex suis viribus pensant. Et cum
sentire omnia valenter possunt: prius intelli-
gere semetipsos cupiunt: quatenus lumen
ingenij more solis prius illustret locũ i quo
oritur: et postmodũ cetera ad que pceden-
do dilatatur: ne si intendendo cognoscẽdis
alijs semetipsos nesciant: ibi solis radius
vbi oritur obtenebrescat. Ingenij itaq̃ vir-
tutem ad cognoscendam ppriam infirmita-
tem dirigunt: atq̃ ex infirmitatis sue me-
lius cognitione conualescunt. Aurum ergo
robur non creditur: si in accepto ingenio fi-
ducia non habetur. Quod bene Salomon
ammonens ait. Habe fiduciam in domino Pro. 3.
ex toto corde tuo: et ne innitaris prudentie

tue. Dicat ergo. Si putaui aurum robur
meum & obrizo dixi: fiducia mea. Ac si aper
te fateatur dicens. Nec que veraciter intel
C lexi meo ingenio tribui nec menti proprie si
qua egisse me bona contigit: hec principali
ter deputaui. Qui adhuc subtilius humili
tatem nobis sui cordis insinuans adiungit
dicens. (Si letatus sum super multis diui
tijs meis: & q2 plurima reperit manus mea.)
Quid multas diuitias appellatas p significa
cationem credimus nisi abundantis acumi
na consiliorum: Que querentis manus in
uenit: cum hec cogitatio tractantis gignit.
Has etenim Salomon sapiētie diuitias cō
Pro.14. templatus ait. Corona sapientium diuitie
eorum. Qui quia diuitias non metalla ter
rena sed prudentiam nominat: ilico p con
trarietatem subdit. Fatuitas stultorū im
prudentia. Si enim coronam sapientū ter
renas diuitias diceret: procul dubio fatuita
tem stultorū paupertatem potius quam impru
dentiam fateretur. Sed dum fatuitatē stul
torum imprudentiam subdidit: sapientum
diuitias quia prudentiā dixerit indicauit.
D Has in se paulus scientie diuitias contem
platus: & contemplationem suam considera
tione humane fragilitatis humilians ait.
2.Cor.4 Habemus thesaurum istū in vasis fictilib9.
Multas itaque apud nos diuitias tenemus
cū dona abundantis intelligentie sacra elo
quia inuestigando percipimus: atque plura
in his nec tamen sibimet diuersa sentimus.
Non est autem secura leticia in diuinis pa
ginis vel fortia: vel multa cognoscere s3 co
gnita custodire. Nam qui bene intelligit: qd
intelligēdo operari debeat agnoscit. Quan
to enim intellectu latius extenditur: tanto
ad explēda opera enitius ligatur. Unde in
euangelio veritas dicit. Cui multum datū
est: multum queretur ab eo: & cui cōmenda
uerunt multum plus petunt ab eo.

Capitulum. 5.



A Deputemus igitur intelligē
tiam datam quasi pecuniā
mutatam: que quo plus no
bis creditur ex benignitate
eo debitores amplius tene
mur in opere. Et plerū que ea
dem intelligentie accepta pecunia cum ad
vsuras auditoribus datur amittit: nisi cau
4.Re.6 te tribuatur. Neque enim negligenter inuen
dum est: quod prophetarum filij cum in iorda
ne ligna cederent: vni eorum securis ex ma
nubrio in profundū lapsa disparuit. Ferrum
quippe in manubrio est: donum intellectus
in corde. Ligna vero per hoc cedere est: pra
ue agentes increpare. Quod nonnunquam dum
flure agitur: dum ipsius vane glorie in ac
cepta eadem scientia non vitatur: ferrū3 in
aqua perditur: quia ex dissoluto ope intelli
gentia fatuatur. Quam profecto intelligen
tiam ad hoc nouimus dari vt ante dantis
oculos ex bona debeat actione restitui. Unde
& recte is q ferrū3 amiserat clamabat. Heu
heu heu dñe mi & hoc ipm mutuo acceperā. B
Habent enim hoc electi proprium: vt si quan
do eis in sua sciētia furtiua vane glorie cul
pa surripit ad cor velociter redeant: & quic
quid in se ante districti iudicis oculos dam
nabile inueniunt lachrymis insequantur.
Qui flentes non solū3 caute inspiciunt: que
mala cōmiserunt: sed ex accepto munere quam
reddere etiam bona debuerunt: qui nimirū
tanto se amplius peccatores sentiunt: quā
to ex neglectis bonis que agere poterāt de
bitores tenentur. Recte ergo qui ferrū per
didit clamabat. Heu heu heu & hoc ipsum
mutuo acceperam. Ac si dicat. Illud p dis
solutionem negligentie perdidi: qd vt p bo
na opera redderem ex gratia cōditoris ac
cepi. Sed nunquam deus mentē deserit: que in
peccatis se veraciter agnoscit. Unde & mox
helyseus veniens: lignum deorsum mittit: &
ferrum in superficiem attollit: quia videlicet
redemptor noster pie nos respiciens cor pec
catoris humiliat: & ei quā amiserat intelli
gentiam reformat: lignum mergit: & ferrum
releuat: quia cor affligit: & scientiam repa
rat. Unde bene alia translatione dicitur: q C
confregit lignum atque iactauit & sic ferrū su
stulit. Lignū namque confringere est: cor ab ela
tione conterere. Lignum ad ima iactare ē:
eleuatum cor in cognitione vt diximus pro
prie infirmitatis humiliare: atque ilico ferrū
ad superficiem redit: quia ad vsum exercita
tionis pristine intelligentia recurrit. Igitur
quomodo donum intellectus qd accipitur vix
cum difficultatibus custoditur: curandum
quippe est: ne ocio torpeat: curandum ne in
exercitatione operis vicio elationis euane
scat. Sancti viri minime exultant: cum co
gnoscunt que faciunt: sed cum faciunt que

cognouerant etsi intelligendo congaudent muneri largitoria: merentes tamen considerant debitum operis: vt videlicet actiõe persoluant: qđ eis prerogatum est in cognitione. Stultus nãq; est debitor: qui gaudẽs pecunias mutuas accepit: τ tempus quo reddere debeat non attendit. Moderatur autem leticia accipiendi: quando solerti prouidentia etiam constitutum tempus reddẽdi cogitatur. Quia igitur viri iusti in his que vigilanter intelligunt: secura leticia non extolluntur: dicatur recte. Si letatus sum super multis diuitijs meis: τ quia plurima reperit manus mea. Ac si aperte diceretur. Nequaquã me in eo locupletem ex iusticia credidi: quo recta que agere debui etiam multa cognoui: nec intelligentia eor extulit: q2 illud consideratio debite operationis pressit.

Capitulum. 6.

Ciendum vero est q plerũq; contingit: vt cũ intelligentie altitudo percipitur circa semetipsm anim⁹ valde sollicitus ab elationis lapsu teneatur. Sed cum mira que intelligit etiam operari ceperit: eo ipso nõnunq; quo foras ostenditur labitur: atq; in suis actibus se ceteros preire gloriatur. Beatum igitur Job sicut intelligentie statum nõ extulit neo lumen quoq; ante humanos oculos mire operationis eleuauit. Unde τ apte subiungit. Si vidi solem cũ fulgeret. Sol quippe in fulgore est bonũ opus in manifestatione. Scriptũ namq; ẽ. Luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona τ glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et rursum. Sint lumbi vestri precincti: τ lucerne ardentes. Quod enim hoc in loco fulgente sole: id in euangelio lucernis ardẽtibus designatur. Bonum quippe opus cũ in medio perfidorum lucet lucerna ardet in nocte. Cum vero in ecclesia resplendet: sol fulget in die. Bonum opus si adhuc tale est qđ soli mali mirantur lucerna videlicet in nocte est: si autem ita proficit vt mirari a bonis se perfectioribus possit: nimirum sol est in die. Bonum opus cum per actiuam vitam corporis lucet quasi lucerne more lumen ex testa resplendet: cum vero per solam virtutẽ mẽtis in contemplatione attollitur: quasi more solis de celo veniens lux videtur. Quia igitur multa beatus Job hospitalitatis ac misericordie de se bona narrauerat que profecto tanto adhuc minima quanto corporaliter nonerat gesta ad virtutum spiritualium culmen mentis oculum reuocans perfectionis sue meminit: τ lucem exemplorum quã de se alijs tribuit solem vocauit. Sunt vero nonnulli qui cum bona aliqua faciunt: iniquitatum suarum protinus obliuiscuntur: τ cordis oculum in consideratione bonorum operũ que exhibent figunt: atq; eo se iam sanctos estimãt: quo inter bona que agunt malorum suorũ in quibus τ fortasse adhuc implicati sunt memoriã declinãt. Qui scilicet si districtionem iudicis vigilanter attenderent: plus de malis suis metuerent q̃ de imperfectis bonis exultarẽt: plus inspicerẽt: quod de his que adhuc eis agẽda sunt debitores tenentur: q̃ quod operãtes quedam iam debiti partẽ soluunt. Neq; enim absolutus ẽ debitor qui multa reddit: sed qui omnia nec ad brauium victorie peruenit: qui in magna parte spectaculi velociter currit sed iuxta metas veniens in hoc quod reliquum deficit. Nec ad quelibet destinata pergentibus inchoando prodest longum iter carpere: si non etiam totũ valeant consumare. Qui ergo eternam vitam querimus quid aliud q̃ quedam itinera agimus: per que ad patriã festinamus? Sed quid prodest q carpimus multa: si ea que ad perueniendum restant negligimus reliqua: More itaq; viatorum nequaquã debemus aspicere quantum iam iter egim⁹ sed quantum superest vt pagamus: vt paulisper fiat preteritum quod indesinenter et timide adhuc attenditur futurum. Amplius igitur debemus inspicere que bona nec dũ fecimus: q̃ ea que iam nos fecisse gaudemus. Sed habet hoc humana infirmitas proprium vt plus ei intueri libeat quod sibi in se placet: q̃ sibi in se displicet. Eger quippe oculus cordis dum laborare in consideratione sua metuit quasi quoddam stratum delectationis in animo vbi molliter iaceat requirit: atq; iccirco que comoda de peractis bonis sit assecutus intelligit sꝫ que damna de neglectis patitur nescit. Plerumq; enim hoc vicio temptantur etiam electi: plerũq; eorum cordi suggeritur: vt bo-

Margin: B (beside "ne. Stultus"), A (beside "Ciendum"), Mat. 5. (beside "Luceat lux"), Luc. 12. (beside "tes. Quod enim"), B (beside "solis de celo"), C (beside "dest longum iter"), D (beside "damna de neglectis").

na queq̃ que fecerint ad animum reuocent et securitatis iam leticia exultent. Sed si vere electi sunt ab eo in quo sibi placent mentis oculos diuertunt: omnem in se de peractis bonis leticiam deprimunt: et de his que se minus egisse intelligunt tristiciam requirunt indignos se estimant et pene solis bona sua non vident: que in se videnda omnibus ad exemplum prebent. Hinc est q̄ paulus dum expleta in se bona postponeret: et sola adhuc reliqua que essent explenda cogitaret dicit. Ego me non arbitror apprehē-
Phi.3 disse. Hinc est q̄ vt posset se de bonis que agebat humiliare studebat ad animũ preterita mala reducere dicens. Qui prius fui blasphemus et persecutor et contumeliosus.

Capitulum. 7.

A 

Ui et si aliquando dixit. Bonum certamen certaui: cursum consumaui: fidem seruaui intuendum summopere est quia eo illud tempore intulit quo iam ex corpore discessurum se esse cognouit. Ibi quip-
Thi.4 pe premisit dicens. Ego enim iam delibor et tempus mee resolutionis instat. Tunc ergo ad memoriam perfectionem reduxit operis: cum iam preuidet ad largitatis spaciũ minime subesse tempus operationis. Sicut enim dum viuimus debemus bona nostra a memoria repellere ne extollant: ita appropinquante exitu: plerũq̄ ea ad memoriam iuste iterum reuocamus: vt videlicet fiduciam prebeant et desperatum timorem premant. Qui etsi corinthijs bona sua enumerando narrauit illos confirmare studuit non se ostendere. Nam quia eadem bona non in se attenderet patefacta tribulatione propter temptationis edocuit qui expresse subiunxit: propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis. Ut ergo discipulos instrueret de se summa referebat: vt vero se i humilitate custodiret considerationis oculum non in virtutibus suis sed in infirmita-
B tibus fixerat. Habent itaq̄ proprium sancti viri vt bona quidem que agunt videāt: et tamen cum peregerint ab eorum memoria oculos auertant. Unde recte per beatum Job dicitur. Si vidi solem cum fulgeret. Ac si aperte diceret. Opus meũ etiam cum alijs exemplorum lucem tribueret: ad presumptionis gratiam non attendi quia dum de eo extolli timui ab intuendo eo oculos auerti. Sequitur. ¶ Et lunam incedentē clare. ¶ Post premissum solem apte quasi incedentem clare lunam subdidit: quia videlicet post opus bonum fama laudabilis sequitur: per quā celebre nomen in hac presentis vite nocte possidetur. Si enim verũ est: q̄ quidam putant illustrationem lunã per occultum circulum a radio solis accipere: vt possit lucem nocturnis cursibus exhibere: ab huius significatiōis ordine hec quoq̄ suspitio non abhorret. Fama quippe a bono opere vires accipit et fauoris gratiã quasi claritatē luminis aspergit. Est et aliud in luna quod per similitudinē bonam spargenti fame cōueniat. Lux nāq̄ eius etiam in tenebrarum tēpore iter ambulantibꝰ ostē- C
dit: q2 et dum aliena vita lux laudis emicat alios ad exercitium boni operis illustrat. Cũq̄ illius opinio clara cognoscitur: huic quasi pergenti in itinere exempli lumen prebetur. Sed nōnunq̄ opus quod ab aliena opinione sumitur: minus mundo desiderio in animo formatur. Nā infirme mentes cũ bona de alijs audiũt: aliquando se ad operationē rectā non amore v̄tutis: sed delectatione laudis accendunt. Et profecto liquet q2 sicut natura solis ē vt queq̄ attigerit accendat et siccet: ita lunaris ignis est propriũ: vt quecquid contigerit exurat quidem sed vrendo humidum reddat. Ad vitam igitur bonam alios pro amore dei affectus recti operis: alios vero amor laudis inflammat. sed cum recti operis affectu accendimur quasi per ignem solis a vitiorũ humore siccemur. Cum vero quem ad opus bo- D
num amor laudis prouocat: concupita fama quasi luna attingit: quia vim eius animum et accendit et resoluit. Accendit. s. ad exercitiũ operis: resoluit vero ad concupiscentiam fauoris. Plerũq̄ tamē ad exercēda bona opera aliena nos vtiliter exempla persuadēt. Et cum mente humili opinionis aliene bona suscipimus: nostra vel ad melius bona producimus: vel ad bonũ mala permutamus. Cũq̄ nos de vita proximi fame splendor irradiat: mens nostra vt predixim9 q ad obtinendũ virtutis iter se dirigit quasi i lune lumine gressus ponit. Sz si

cut ex aliena opinione proficimus: sic plerumq
deteriores efficimur si laudibus fame nostre in-
hiamus: quia cum delectatur animus in hoc: quod
se extrinsecus habere considerat: illud obliui-
scitur ad quod introrsus anhelabat.

Capitulum. 8.



A Uia igitur sanctum virum in-
telligentia scientie non cor-
rupit de multis diuitijs gau-
dere despexit. Quia vero eum
magnitudo operis non infla-
uit: solem fulgentem non vi-
dit: Quia autem illum nec fama laudis extu-
lit: clare incedentem lunam minime attendit.
Sunt enim nonnulli qui in elationem corruunt:
quo per subtilem intelligentiam vel que non fa-
ciunt bona cognoscunt. Hi nimirum super multis
diuitijs letantur: cum quelibet summa intelligen-
do reperiunt: atq in elatione ipsis inuentionibus
corrumpuntur. Sunt vero nonnulli quos intelli-
gentia quidem non eleuat: sed exhibita operatio
exaltat. Qui dum actiones suas respiciunt
apud mentem suam sibi ceteros dedignando
postponunt. Hi videlicet: etsi in multis diuitijs
non gaudent solem tamen fulgentem vident. Et
sunt nonnulli quos nec operatio propria extol-
lit: sed cum laudari ab hominibus pro hac eadem
bona operatione ceperint: ipsis hominum fa-
uoribus deuicti: quasi magnos se quosdam in
B sua cogitatione conspiciunt: atq a cordis cu-
stodia dissoluuntur. Hi profecto etsi fulgentem
solem videre noluerunt lunam tamen cla-
re incedentem respiciunt: quia inter huius vi-
te tenebras dum in opinionis sue claritate
animum defigunt: humilitatis gratiam quasi ex
nocturno lumine amittunt: et intuentes lunam
non se vident: quia semetipsos nescire incipiunt:
dum mentis oculos in transitorium fauorem de-
figunt. Sic autem profectus est hominum: sicut incre-
menta esse conspicimus arbustorum. Uis quippe fu-
ture arboris prius in semine est: postmodum
in ortu: atq ad extremum producitur in ramis:
sic nimirum vniuscuiusq virtus succrescit opera-
tis. Seminatur namq in intelligentia: oritur in
operatione atq ad vltimum conualescit vsq ad
profectus magni latitudinem. Sed cum quelibet
bet sua intelligentia extollit: arbor que oriri po-
terat: in semine putrescit. Cum vero post operatio-
C nem bonam elationis peste corrumpitur: quasi
iam orta siccatur. Cum autem neq operatio ne-
q intelligentia corrumpit: sed excrescente ma-

gnitudine dum fauor laudantium sequitur:
atq a statu suo boni operantis animum euertit
linguarum ventos arbor pertulit: et omne quod
in ea robustum creuerat tempestas fame ra-
dicitus euulsit. Quo enim arbor altius ad su-
periora surrexerit: eo ventorum vim vehemen-
tius sentit: quia quo plus quisq in bonis operi-
bus attollitur: eo ampliori ab ore laudanti-
um flatu fatigatur. Si itaq adhuc arbor in
semine est: metuendum est ne in ipsa scientie
cogitatione putrescat. Si iam ad virgultum
perducitur: curandum est ne hanc manus elationis tan-
gat: atq a viriditate sue actionis arefaciat.
Si autem valenti robore iam ad alta se suble-
uat valde formidandum est ne hanc admo-
te laudis ventus grauior radicitus euellat.

Capitulum 9.



A Ed inter hec sciendum est quia
ne inmoderatis laudibus extua-
mur plerumq miro rectoris
nostri moderamine et detractio-
nibus lacerari permittimur: ve-
cum nos vox laudantis eleuat: lingua detrahen-
tis humiliet quia et arbor sepe que vnius ven-
ti impulsu ita impellitur vt pene erui posse
videatur: alterius e diuerso venientis flatu
erigitur: et que hac ex parte inflexionem pertu-
lit ab alia ad statum redit. Unde et illa ar-
bor alte radicata quasi inter aduersantes
ventos firma steterat: que dicebat: Per glori- 2.Cor.6
am et ignobilitatem: per infamiam et bonam fa-
mam. Sepe enim laus bene agentis auribus
insolenter admota: dum foris sermonibus per-
strepit: intus quandam menti tacitam ela-
tionis tempestatem gignit: fitq vt hoc quod
animus de humanis fauoribus gaudet: non
facile exterius ostendat: sed tamen corruptio-
nis vim non tenuiter interius sentiat. Et sunt
nonnulli quos ita laus inflat: vt vsq ad ver-
ba elationis pertrahat. Quidam vero vt perdoci-
mus: hoc ipsum patefacere quo eleuantur eru-
bescunt: atq audiunt suis preconijs extolluntur: sed
tamen vsq ad elationis verba non exeunt: et gaude-
re se in talibus non ostendunt. Unde beatus Job B
quia nouerat arrogantem se non solum nullo mo-
do in verbis: sed etiam in cogitatione tacita minime
fuisse: postq dixit: si vidi solem cum fulgeret:
et lunam incedentem clare: illico subdidit et le-
tatum est in abscondito cor meum. Qua videlicet
attestatione quid nobis innuitur nisi quod nobis ma-
gno metu et circumspectione opus est. ne mens

nostra vnq̃ de suis laudibus vel tacita letetur. Quisq̃s eni quasi claritatem lune fame sue magnitudinem cõspicit: sibiq̃ in occulto mentis gaudiũ facit: cui iste nisi auctori se pretulit: cuius dono vt bene operaretur percipit: ⁊ tamẽ in eius munere d̃ gratia sue laudis hylarescit. Despecto eniz honore cõditoris semetipsum plus amare cõuincitur: cuius preconijs letatur. Quãuis nõnunq̃ etiam sancti viri de bona sua opinione gaudeant: sed cum p̄ hanc ad meliora pficere audientes pensant: nec iã de opinione sua sed de pximorum gaudent vtilitate: q2 aliud est fauores querere ⁊ aliud d̃ pfectibus exultare. Qua in re necesse ẽ: vt cum audientiũ vtilitati nõ pficit: mentem nostram fama laudabilis nõ eleuet sed fatiget. C Cũ enim humane lingue attestatione laudamur: occulta pulsatiõe regrimus qd de nobis ipsis sentiamus: vt i hoc humiles permaneamus. Superba etenim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur exultat: q2 nõ apud deum qualiter viuat sz apud homies qualiter inotescat excogitat. Judicium enim oipotentis dei despiciens ⁊ solũmodo hominum querens: iter auditas laudes attollitur: ⁊ q2 quod solum quesierat quasi de brauio operis letatur. At cõtra si cor veraciter humile est: bona que de se audit: aut mĩme recognoscit: ⁊ quia falsa dicũtur metuit: aut certe si adesse sibi veraciter scit eoipso formidat ne ab eterna dei retributione sint perdita quo hec cõsiderat hominibus diuulgata pauetq̃ vehemẽter: ne spes futuri muneris in mercedẽ pmutetur transitorij fauoris. Quae ex re agit: vt electorum anim⁹ magno laudum suarũ igne excoquatur: atq̃ ab oi temporis sui rubigine merore cogitatiõis excoquatur. Tanta eni consideratione trepidat: ne aut de his in qbus laudatur ⁊ nõ sunt maius dei iudicium incurrat: aut de his in qbus laudatur ⁊ sunt: cõpetens premium perdat. D Unde plerũq̃ fit: vt sicut iniustus ex laude sua polluitur ita vir iustus audita sua laude purgetur. Nã dum bona que egit ab hoibus proferri cognoscat: subtile contra se vt dictum ẽ extremi iudicij examẽ metuit: ac trepidus ad cõscientiam recurrit: ⁊ qcqd illic inest rephensibile corrigit. Dum enim bona sua inotuisse formidat: subtilitatem secuturi examinis primescẽs si qua in se mala occulta sũt amputat. Putat nãq̃ si saltem talis deo nõ ostenditur: qualis ab hoibus putatur: ⁊ neq̃ cõtentus ẽ: vt in quod potuit innotescere in hoc debeat remanere. Jam enim de bonis suis quasi retributionẽ sibi factã estimat: nisi eis ⁊ alia que ab hoibus nesciunt ur adiungat. Unde bñ per Salomonẽ dr̃: Sicut probatur in pflatorio argentum ⁊ in fornace aurum: ita pbatur hõ ore laudantis. Pro. 27 E Argentum qppe vel aurũ si reprobum est: igne psumitur: si pbum p̃ igne declaratur. Sic nimiz est sensus opantis. Nam qualis sit in eo quod laudatur ostẽditur. Si eni se de auditis suis laudibus extollit: quid iste aliud q̃ aurum vel argentũ reprobum fuit: quem videlz fornax lingue psumpsit: Si aũt fauores suos audiẽs ad superni iudicij cõsiderationem redit ac ne de his apud occultum arbitrem grauet̃ metuit: quasi expurgatõis igne ad magnitudi- F nem claritatis excrescit ⁊ vnde incendium trepidatõis sustinet inde clari⁹ fulget. Beatus igitur Job q2 nequaq̃ de opatione se extulit: fidenter dicit: si vidi solem cũ fulgeret. Q2 vero hunc a iudicij interioris intuitu fama laudabilis nõ diuertit adiungit: ⁊ lunam incedentem clare. Quia opinionis sue gr̃a animũ deuinci ne tacita cogitatione permisit: ptinus subdidit: ⁊ si letatum est in abscõdito cor meum. Ca. 10.

Et quia plerũq̃ incõsiderata mens dũ transitorio fauori nõ renitit: ad hoc vsq̃ ptrahitur: vt laudet ipsa qd facit cõditoniq̃ A premissa est: qua dr̃: si letatũ est in abscõdito cor meum cõgrue subinfertur: quod osculatus sum manũ ore meo. Per manuz qppe opatio: per os aũt locutio designatur: sicut per Salomonem dr̃: Abscondit piger manum suam ab ascella: ⁊ laborat si ad os suũ porrigit eam. Pro. 19. Pigro labor est manuz suã ad os porrigere: q2 desidiosus qsq̃ predicator nec hoc vult opari quod dicit: Manũ qppe ad os porrigere est: voci sue ope cõcordare. Manum ergo suaz osculatur ore suo q laudat quod facit ⁊ testimonio pprie locutiõis sibi virtutem tribuit opis. Qua in re qs despicitur: nisi is q ipso opandi mune

re largitur? Unde bene per egregium predicatorem dr: Quid aut habes quod non accepisti. Si aut accepisti: qd gloriaris q̃si nõ acceperis? Sancti aut viri sciunt: post primi parentis lapsum de corruptibili stirpe se editos & nõ virtute ꝓpria: sed preueniente superna grã ad meliora se vota vel opera cõmutatos & gequid sibi mali inesse cognoscunt: de mortali ꝓpagine sentiũt meritum: gegd ṽo in se boni inspiciunt: imortalis grẽ cognoscũt donum eiqz de accepto munere debitores fiunt: q & preueniẽdo dedit eis bonum velle quod noluerũt & subsequendo ꝯcessit bonum posse quod voluit.
Apoc.4. Unde bñ per Joãnem dr: Adorauerũt viuentez in secula seculoꝝ mittentes coronas suas añ thronum dñi. Coronas nãqz suas ante thronum dñi mittere ẽ: certaminuz suorum victorias non sibi tribuere: sz auctori vt ad illum referant gloriam laudis a quo se sciunt vires accepisse certaminis. Beat⁹ ergo Job qr sic bona que operatus ẽ narrat vt tamẽ hec sue opationi nõ tribuat: sz ad auctoris laudem recurrat: manuz suam ore suo osculatuz fuisse se denegat. Ac si patenter dicat: Ego mea opera tanq̃ mea nõ ꝓfero: qr auctoris sui grãm negare cõuincitur qsqs sibi tribuit qđ opatur. Unde & ꝓtinus subdit: ¶ Que est iniqtas maxima & negatio ꝯtra deum altissimum?) Liquet etenim qr illum negat. cuius despecta grã sibi vires boni opis arrogat. Quod recte quoqz & iniqtas maxima vocatur: quoniaz omne peccatuz qđ ex infirmitate ẽ spem nequaq̃ perdit qr a superno iudice veniam reqrit. Presumptio aũt virtutis ꝓprie tanto grauius in desꝑatione est: quãto lõgius ab humilitate. Cũqz vires sibi tribuit opis ad adiutorium non recurrit auctoris: sitqz vt eo grauius peccator pereat quo & ipsuz hoc qr est peccator ignorat. Sequitur. ¶ Si gauisus sum ad ruinam eius q me oderat: & exultaui q̃ inuenisset eũ malum.) O ĩpotentis dei nos esse discipulos sola custodia charitatis ꝓbat. Hinc est enim q̃ ꝑ semetipsaz veritas dicit:
Jo. In hoc cognoscent oẽs q a mei discipuli estis: si dilectionẽ habueritis adinuicem. Que nimirũ dilectio si cor nostrũ veraciter replet duobus modis ostẽdi solet. s. si & amicos in deo & inimicos diligimus ꝓpter deum. Sed sciendum ẽ qr inimici dilectio tũc veraciter custoditur cum nec de profectu ab ĩcimur nec de ruina illi⁹ letamur. Nam sepe in dilectionis imagine erga inimicũ animus fallitur: seqz hunc diligere estimat si eius vite cõtrarius nõ existat. Sed dilectionis vim occulte & veraciter aut ꝓfectus inimici aut casus interrogat. Hac etenim de re ad plenũ semetipsaz mens hoĩs nescit nisi eum quem sibi aduersarium credit in defectu vel ꝓfectu mutasse modum sui status inuenerit. Si enim de ꝓsperitate afficitur: & de calamitate se odientis letatur: cõstat qr nõ amat quem non vult eẽ meliorem: eũqz etiam stantem voto ꝓseqtur quem cecidisse gratulatur.

Capitulum xi.



Ed inter hec sciendum ẽ: qr euenire pleruñqz solet vt nõ amissa charitate: & inimici nos ruina letificet: A & rursum ei⁹ gloria sine inuidie culpa contristet: cuz et ruente eo quosdam bñ erigi credimus & ꝓficiente illo plerosqz iniuste opprimi formidamus. Qua in re mẽtem nostram nec ei⁹ iam defectus erigit: nec eius ꝓfectus afficit si recta nostra cogitatio nõ quid in ipso sed qd de ipso circa alios agat attendit. Sz ad seruandũ valde est necessariuz subtilissime discretionis examen: ne cuz nostra odia exequimur fallamur sub specie vtilitatis aliene. Si autẽ de inimici morte gaudendum oĩno nõ eẽt. ps. nõ diceret: Letabitur iust⁹ Ps.57. eũ viderit vindictam ipsorum. Sz aliud ẽ impiũ: aliud ṽo inimicũ perpeti. Nã sunt pleriqz inimici q nõ sunt impij: & sunt nõnulli impij q nobis spãliter nõ videntur inimici. humana aũt mens oẽm inimicũ quez tolerat etiam ipsum & iniquum putat: qr ei⁹ culpas apud cogitationẽ suam liuor accusator exaggerat. Quibuslibet ṽo flagitijs B premitur: min⁹ iniquus creditur si aduersarius minime sentitur. Qua in re discernendum ẽ aliud eẽ quod nobis aliud ṽo qđ sibi & ceteris noster inimicus nocet. Nã si alijs bon⁹ est: sine nostra forsitan culpa eẽ nõ põt nobis malus: nec omnino iam de eius ruina gaudendum est: cuius nos solos certum est aduersa tolerasse. Cuz vero noster ac multoꝝ hostis perimitur: de ereptione ꝓximorum potiusqz de inimici interitu neces

se ē vt anim⁹ letetur. Oportet nāq; vt pēsan
te aduersario subtiliter pensare debeam⁹:
⁊ qd debemus ruine peccātis ⁊ qd iusticie
ferientis. Nam cum peruersū quēq; oīpo
tens percutit: ⁊ ꝯdolendum est miserie peccā
tis: ⁊ cōgaudendum iusticie iudicis: vt no
bis ⁊ in luctu sit pena morientis ꝓximi: ⁊ rur
sus in gaudium veniat exhibita equitas iudi
cantis dei: quatenus nec pereunti hoī exulta
mus aduersarij: nec iudicanti deo inuenia
mur ingrati. Beatus igitur Job: qꝛ cuncta
ī aduersitate odia pfecte calcauit dicat: Si
gauisus sum ad ruinam eius q̄ me oderat
⁊ exultaui qd inuenisset eū malum: qꝛ vide
licet ⁊ inimicum diligens dum aduersario
ruenti ꝯdoluit: in malis illius ipse ad bonū
creuit: vt inde iste ad benignitatem cresce
ret. Vn̄ illū malis quē merebatur inuenisset.
C Quia ḋo sepe nōnulli eos quos sibi aduer
sarios estimant: maledictōe feriunt: quoni
am virtute nequaq; possunt: in quibus patē
ter apparent que mala si possent facerent:
qꝛ ea que facere nequeunt imprecari mini
me desistūt: beatus Job ostendens se a cul
pa etiam maledictōis alienum secutus ad
iunxit. ¶ Nō enī dedi ad peccandū guttur
meū: vt expeterē maledicēs aīam eius.)
Peccaret quippe si hoc optaret a deo fieri:
qd ipse facere vel oīno nō posset: vel si pos
set minime deceret. Nam q̄ maledictionib⁹
inimicū impetūt: qd aliud in illo facere de
tum volunt nisi qd ipsi facere aut nequeūt:
aut erubescunt? Mortem nāq; aduersario
exoptant: quam etsi possunt inferre metuūt
ne aut ꝑpetrati homicidij rei teneātur: aut
iniq; appareant etiam cū sint. Quid est er
go deo dicere: occide quem odi: nisi apertis
ei vocibus clamare hoc fac in eo aduersa
rio qd me in illum facere nec peccatorē de
D cet. In quibus ꝑfecto ꝯsiderādū nobis
ē vbi iste vir legerat. Diligite inimicos ve
Luc. 6 stros vbi legerat: Benedicite ⁊ nolite maledi
cere. Et rursum. Nō reddentes malum pro
i. Pe. 3 malo: nec maledictum pro maledicto. Sed
exterius non audita superne grē precepta
seruabat: qꝛ hec in mente illius sanctispūs
afflatus scribebat. Cui tamen minus esset
q̄ positos extra diligeret: nisi ⁊ interius vi
uentes secū q; quotidie cōuersantes: etiam
familiares aduersarios toleraret. Vn̄ sub
iungit. ¶ Si non dixerunt viri tabernaculi
mei qs det de carnibus eius vt saturemur?
Que nimirū sn̄ia pōt quoq; ꝑ mysteriū ex
voce redēptoris intelligi. Viri quippe ei⁹ ta
bernaculi de carnib⁹ illi⁹ saturari cupierūt:
vel iudei. s. ꝑsequētes: vel gentiles creden
tes: qꝛ ⁊ illi moliti sunt corpus illius quasi
ꝯsumendo extinguere: ⁊ isti esurientem mē
tem suā desiderauerunt quotidiane imola
tionis sacrificio de eius carnibus saciare.

Capitulum. 12.

Sed nunc solius hystorie
virtutē sequentes: pēsemus A
quāta fortitudine sancti
viri animus extra intraq;
solicitus ad oīa partitur.
Qui si iniuste agentibus
aut vnq; per silentium ce
deret: aut ꝑ rectitudinē nō ꝯtrairet: ꝑfecto
aduersarios nō habuisset. Sed in eo q̄ vi
as vite tenuit exoptatores sue mortis inue
nit. Foris patētes aduersarios pertulit: in
tus latētes. Minor ē autē virtus certaminis
foris quēpiam videre malis que supꝑet: ⁊ in
tus qd toleret nō habere. Perfecte autem
magnitudis laus ē: aduersa perpeti ⁊ exte
rius fortiter: ⁊ interius clemēter. Nā sunt
nōnulla q̄ in ipsa quoq; familiarium ꝯuer
satōe corrigi nequeūt sine culpa corrigētis
atq; iō eū vel corrigentē inquināt: vel non oī
modo hec agentē grauāt: magna magiste
rij arte dissimulanda sunt: ipsaq; hac dissi
mulatōe tolerāda. Que ꝯtra nos illata ci
tius a corde laxam⁹: si nr̄a circa ꝓximos ex
cessa cognoscim⁹. Vn̄ bn̄ quoq; ꝑ Salomo
nē dr̄: Cūctis sermonib⁹ q̄ dicūtur ne acco Eccl. 7.
modes cor tuū: ne forte audias seruū tuū
maledicentē tibi. Scit. n. tua ꝯsciētia: qꝛ ⁊
tu crebro maledixisti alijs. Dum enim pen B
samus quales erga alios fuim⁹ eē circa nos
tales alios min⁹ dolem⁹: qꝛ aliēā iniusticia
in nobis vindicat: quod in se iuste nr̄a con
scientia accusat. Sequitur. ¶ Foris nō mā
sit peregrinus: hostium meum viatori pa
tuit.) Quia teste Paulo charitas patiēs
⁊ benigna describitur. per patientiam alie i. Cor. 13.
na mala equanimiter toleret: per benigni
tatē q̄q; bōa misericordit ipēdit sua. Vn̄ bea
t⁹ Job ⁊ patiēter domesticos maledicētes ꝑ
tulit: ⁊ viatores atq; pegrios apud se beni
gne suscepit: ill' mox exēpla tribuēs: istis ex
terioꝝ ope ꝯcurrēs: ill' ꝑ māsuetudinē si ꝯeu⁹

ad irascendum: istis ad misericordiam ad subueniendū paratus. Uir etenim sanct⁹ redemptorem generis humani per ꝓphetie spūz intuens predicamenta quo ꝗ illius in opere seruabat qbus nos ammonet dicēs:
Luc. 6. Dimittite ꝛ dimittetur vobis: date ꝛ dabitur vobis. Dare nāqꝫ nostrum ad res pertinet quas exterius habemus: dimittere autem ad relaxandum dolorem quē interius ex aliena culpa cōtraximus. Sed sciendū qꝛ qui dimittit ꝛ nō dat: ꝛ si nō plene operatus est: meliorem tamen ꝑtem misericordie
C tenuit. Qui autē dat ꝛ minime dimittit omnino misericordiam nullam facit: qꝛ ab oīpotente deo munus ex manu nō accipitur qđ corde obligato in malicia profertur. Mundari etenim dꝫ prius animus q̄ elemosynā prebet: qꝛ omne quod datur deo ex dātis mente pensatur. Cuncta itaqꝫ malicie macula ab interiori nostro hoīe cogitatōis immutatōe tergenda est: qꝛ iram iudicis placare nescit oblatio: nisi ex mundicia placeat offerentis. Unde scriptū est: Respexit deus ad Abel ꝛ ad munera eius. Ad Chayn autē ꝛ ad munera ei⁹ nō respexit. Neqꝫ etenim sacrum eloquium dicit: Respexit ad mu-
Gen. 4. nera Abel: ꝛ ad Chayn munera nō respexit: sed prius ait: Quia respexit ad Abel: ac deinde subiunxit: Et ad munera eius. Et rursum dicit: quia nō respexit ad Chayn: ac deinde subdit: nec ad munera eius: Ex dātis quippe corde: id quod datur accipitur. Iccirco nō Abel ex muneribus: sed ex Abel munera oblata placuerunt. Prius nāqꝫ ad eū legitur dn̄m respexisse q̄ dabat ꝗ ad illa q̄ dabat. Unde bene beatus Job dictur⁹ nobis in hospitalitatis grā largitatem suam prius circa aduersarios protulit patientiā suam ꝛ benignitatem: ꝙ de ruina non exultauit inimici: ꝙ verbis maledicis persecutores suos nō impetijt: ꝙ seuientes intrinsecus equanimiter tolerauit: ꝛ tunc demū hospitalitatis sue munificentiam protulit:
B vt audito scilicet narrationis eius ordine discamus: qꝛ exteriora munera et interna cordis mūdicia cōdiuntur: vt virtutū eius cōtextio lectorē doceat: qualis apud se eē debeat cū exteriora bona alijs subministrat Sed quis se inter tanta virtutum culmina sanctum eē nō crederet. Quis nō vtcunqꝫ ipsis tot meritis tēptaretur: vt si quādo vt

hō delinqueret delictum suū hoībus nollet innotesci ꝛ leue eē crederet: si qđ in minimis peccaret culpāqꝫ suam mallet silentio tegere. ꝗ voce cōfessionis aperire. Sepe nanqꝫ ꝯtigit vt elatus virtutibus animus dū multa bona in estimatione primorū de se spargi cognouerit: agnosci nō velit si qđ est qđ reprehensibiliter facit: caliganti oculos minus inspiciat: quas videlicet erroris tenebras iccirco mens tolerat: qꝛ cordis oculū tumor grauat. Unde beatus Job iter tot eximia facta virtutum q̄ tam summus extitit in operatione: vt demonstraret. ꝗ humilis fuerit in mente: protinus adiungit: ((Si abscondi quasi homo peccatum meum: et celaui in sinu meo iniqtatem meam))

Capitulum. 13.



Et sunt nāqꝫ vere humilitatis testimonia ꝛ iniquitatē suam queqꝫ cognoscere: et cognitam voce cōfessionis aperire. At cōtra vsitatum humani generis vitium est: A
ꝛ labendo petā cōmittere ꝛ cōmissum negādo abscōdere ꝛ ꝯuictum defendendo multiplicare. Ex illo quippe lapsu primi hominis hec augmēta nequitie ducimus: ex quo ipsam radicem traximus culpe. Sic nanqꝫ dum lignū vetitum cōtigisset abscondit se a facie dn̄i iter ligna paradisi. In qua abscōsione .s. q̄ deum latere non poterat: non latendi effectus describitur: sed effectus notatur. Qui cum argueretur a domino ꝙ de ligno vetito contigisset ilico rn̄dit: Mulier Gen. 3.
quā dedisti mihi sociā: ipsa mihi dedit d ligno ꝛ comedi. Ipsa quoqꝫ mulier inquisita respondit dicens: Serpens decepit me ꝛ comedi. Ad hoc quippe reqsiti fuerant vt peccatum quod trāsgrediendo cōmiserant cōfitendo delerent. Unde ꝛ serpens ille ꝑsuasor q̄ nō erat reuocandus ad veniā: nō est de culpa reqsitus. Interrogatus itaqꝫ homo est vbi esset: vt perpetratam culpam B
respiceret et cōfitendo cognosceret: ꝗ lōge a cōditoris sui facie abesset. Sed adhibere sibimet vtriqꝫ defensionis solacia: ꝗ cōfessionis eligeret. Cūqꝫ excusare peccatū voluit vir per mulierem: mulier per serpentem: auxerunt culpam quam tueri conati sunt: obliquē Adam dn̄m tangens: ꝙ ipse peccati eorum auctor extiterit: q̄ mulierem

fecit: ⁊ eius culpam ad dñm referens: qui ser pentem in paradiso posuisset. Qui ore dia boli fallentis audierant: eritis sicut dij: q̃a deo esse similes in diuinitate nequiuerũt: ad erroris sui cumulũ deũ sibi facere similẽ in culpa conati sunt. sic ergo reatum suum dum defendere moliuntur: addiderunt vt culpa eorum atrocior discussa fieret: q̃ᵹ fue rat perpetrata. Unde nunc quoqᵹ humani generis rami ex hac adhuc radice amaritu dinem trahunt: ⁊ cũ de vicio suo quisqᵹ ar guitur: sub defensionũ verba quasi sub que dam se arborũ folia abscondit: ⁊ velut ad quedam excusationis sue opaca secreta fa ciem conditoris fugit: dũ non vult cognosci
C q̃ fecit. In qua videlz occultatione non se dño: sed dñm abscondit sibi. Agit quippe ne oĩa videntẽ videat: non aũt ne ipse videat. Quo contra cuiusqᵹ peccatoris iam exordium illuminationis ẽ humilitas cõfessionis: q̃a sibimetipsi iam parcere rẽnuit: q malũ non erubescat cõfiteri q̃ fecit: ⁊ qui defendẽdo accusari potuit: accusando se celerrime de
Jo.xi. fendit. Unde ⁊ mortuo Lazaro q mole ma gna premebatur: nequaq̃ᵹ dicitur reuiuisce: sed veni foras. Ex qua. s. resurrectione que gesta in illius est corpore: signatur: qualiter nos resuscitemur in corde: cum videlz mor tuo dicitur veni foras: vt nimirũ homo in peccato suo mortuus ⁊ per molem male cõ suetudinis iam sepultus: q̃z intra conscien tiam suã absconsus iacet per nequiciam a semetipso foras exeat per confessionem. Mor tuo enim foras dicitur: vt ab excusatiõe at qᵹ occultatione peccati ad accusationẽ suã
2.Re.12. ore pprio exire puocet. Unde Dauid pro pheta ab illa tanti mole facinoris reuiui scens ad vocẽ dñi quasi foras exijt: dũ per nathan correptus q̃ fecerat accusauit. Q̃z igitur h̃ occultationis culpa in humano ge nere vehementer excreuit: bene beatus Job cũ diceret si abscondi peccatũ meũ interpo suit quasi homo. Hoĩs quippe esse pprium cõspicit: q̃ ex parentis veteris imitatiõe de scendit. Ubi apte subditur. Et celaui in sinu
D meo iniqtatem meã. Ca. 14.



Scriptura etenim sacra ple rũqᵹ sinũ ponere pro mẽte cõsueuit sicut voce ecclesie de persecutoribus nostris qui nobis natura quidem coniuncti sunt sed vita disiuncti: per ps dr.
Ps.78. Redde vicinis nostris septuplũ in sinu eo rum. Ac si apte diceretur. In mẽte sua reci piant hoc q̃ in nostris corporibus seuien tes operantur: vt dũ nos exterius ex pte pu niunt: ipsi interius pfecte puniantur. Quia igitur sinus secretum mentis accipitur in si nu iniquitatem celare est: hanc in conscien tie latibulis occultare: nec per confessionem detergere sed per defensionẽ velare. Quo cõ tra Jacobus dicit. Confitemini alterutrum peccata vestra ⁊ orate pro inuicẽ vt salue
Iaco.5. mini. Salomon quoqᵹ ait. Qui abscondit
Pro.28. scelera sua non dirigetur qui aũt confessus fuerit ⁊ dereliquerit ea misericordiam cõse quetur. Sed inter h̃ sciendum ẽ q̃ plerũqᵹ homines ⁊ culpas cõfitentur ⁊ humiles nõ
B sunt. Nam multos nouimus q arguẽte nul lo peccatores se esse cõfitentur: cum so de culpa sua fuerint fortasse correpti defensio nis patrociniũ querũt ne peccatores esse vi deantur. Qui si tunc cũ id sponte dicũt pec catores se esse veraci humilitate cognosce rent: cũ arguuntur ab alijs esse se q̃ cõfes si fuerant non negarent. Qua ipsa indicia vere confessionis sunt: si cum quisqᵹ se pec catorem dicit: id de se dicenti etiã altero nõ contradicit. Nam q̃z scriptũ est. Justus in
Pro.18. pncipio accusator est sui: non magis pecca tor sed iustus videri appetit cum peccatorẽ se quisqᵹ nullo arguente confitetur: sed con fessionis veritatem probat: cum alter malũ quod fecimus increpat. Quod si supbe de fendimus: liquet q̃z peccatores nos ex no bis ficte dicebamus. Unde summope curã dum est vt mala que fecimus ⁊ spõte fatea mur ⁊ h̃ alijs arguentibus non negemus. Supbie quippe vitiũ est: vt q̃ de se fateri quisqᵹ quasi sua sponte dignatur: hoc sibi di ci ab alijs dedignetur. Beatus itaqᵹ Job quante fuerit humilitatis ostendit: qui se ⁊
C A inter aduersarios nouerat viuere: ⁊ tñ non verebatur culpas voce cõfessionis aperire. Sed notandum q̃ superius virtutes suas loqtur: inferius peccatũ fatetur. Hinc eniz liquido demõstrat q̃ᵹ vera de bonis suis di xerat: qui noluit tacere de malis. Mõ vir tutes suas indicat modo culpã: q̃z ⁊ perpe trauerit ⁊ non tacuerit manifestat. Ubi cer tissime apparet quante mũdicie in oĩpotẽ tis dei oculis fuerit: qui ⁊ vitauit mala ne

cōmitteret: ⁊ tñ que vtĩ cōmittere contingit hominib⁹ nō abscondit: quatenus ei ⁊ iusticie sit gloria declinasse peccatũ: ⁊ iusticie custodia qđ nō potuit declinare ꝑdidisse videatur. Uir iste cuilibet magnus in virtutibus suis: mihi certe sublimis apparet: etiam in peccatis suis. Mirentẽ in eo q voluit castitatis continentiã: mirentur integritatẽ iusticie: mirentur viscera pietatis: ego i eo nō minus admiroꝛ cōfessionẽ similimã peccatoꝝ q̃ tot sublimia gesta virtutũ. Scio enĩ
B q per infirmitatẽ verecundiã plerũq̃ grauioris est certaminis cōmissa peccata ꝓdere: q̃ nō admissa vitare: ⁊ vnũqđq̃ malū quãto robustius vitetur tanto humili⁹ proditur. Tractus ergo Job q tot magnis operibus fultus cōfiteri culpã nō erubuit ostẽdit in virtutibus q̃ humilis fuit. Sed quia ex humilitate vera secura semꝑ auctoritas nascitur: vt tanto foris nil metuat: quanto ad rerum culmina animus per elationis desideriũ nō anhelat: expressa cōfessione peccati recte subiungitur. Si expaui ad multitudinem nimiã: ⁊ despectio ꝓpinquoꝝ terruit me: ⁊ non magis tacui nec egressus sū ostiũ. Magna est securitas cordis: nil concupiscentie habere secularis. Nã si ad terrena adipiscenda coꝛ inhiat: securum tranquilliũq̃ esse nullatenus pōt: q2 aut nō habita concupiscit vt habeat: aut adepta metuit ne amittat: ⁊ dũ in aduersis sperat ꝓspera: in prosperis formidat aduersa: huc illucq̃ quasi qbusdam fluctib⁹ voluitur: ac per modos varios rerum alternantiũ mutabilitate versatur. Ca. 15.

A 

Sin vero semel in appetitione superne patrie forti stabilitate animus figitur: minus rerũ tēporaliũ perturbatione vexatur. A cunctis quippe externis motib⁹ candẽ intentionẽ suã q̃si quendam secretissimũ secessum petit: ibiq̃ incōmurabili inherens ⁊ mutabilia cuncta trãscendens: ipsa iam tranquillitate qetis sue in mundo extra mundũ est. Excedit profecto ima oĩa intentione summoꝝ: ⁊ cunctis rebus quas non appetit: libertate quadaꝫ super se sentit nec tempestatem rerũ tēporaliũ intus sustinet q̃ intuetur foris: q2 terrena oĩa que cōcupita opꝓmere mentez poterãt: despecta subteriacẽt. Unñ bñ ꝑ ꝓphetã dicit. Statuet ibi speculã vt dum quisq̃ speculatur summis supemineat infimis. Hinc Isa. 21
etiã Abachuc dicit. Suꝑ custodiã meã stabo: stat quippe suꝑ custodiaꝫ suã qui ꝑ solertiam discipline terrenis desiderijs nō succũbit: sed supeminet vt dũ semꝑ stantẽ appetit eternitatem: infra se sit ei oẽ qđ transit. Aba. 2
Tamẽ q2 sanctus vir quãtalibꝫ virtute ꝓfecerit cum in hac vita positũ adhuc extrinsecus carnis infirmitas p2emit. Unñ scriptũ B
est: q̃q̃ in imagine dei ambulet hō: tñ vane cōturbabitur plerũq̃ agitur vt ⁊ turbetẽ exterius: ⁊ imperturbabilis duret interius: ⁊ qđ vane cōturbaꝫ pōt de infirmitate carnis sit: quamuis qđ in imagine dei ambulet de virtute mentis: quatenus vt roborẽt intus diuino adiutorio: ⁊ isi adhuc foris sarcina ꝑmatur humana. Unñ bñ Abachuc iterꝫ vnã sniam ꝓtulit ad vtraq̃ seruientẽ. Ait enim. Et introiuit tremoꝛ in ossa mea: ⁊ subtus me turbata est ꝟtus mea. Ac si diceret. Non mea virtus est in qua superius rapt⁹ imꝑturbabilis maneo sed mee infirmitatis est: in qua inferius turboꝛ. Ipse ergo super se imꝑturbabilis est: ipse sub se ꝑturbabilis q2 sup se ascendebat inquantũ rapiebatur ad summa: ⁊ sub semetipso erat: inquantuꝫ adhuc reliquias trahebat in infima. Ipse super se imperturbabilis q2 in dei iam contemplatione transierat. Ipse sub se ꝑturbabilis q2 sub semetipso adhuc infirmus hō remanebat. Huic sententie Dauid ꝓpheta cōcinnens ait. Ego dixi i excessu mẽtis mee C
oĩa homo mendax. Cui responderi pōt. Si oĩs: ⁊ tu. Falsaq̃ iam erit snia quã mẽdax ipse ꝓtulisti. Si vero ipse non mẽdax: vera iã snia non erit: q2 pum tu verax es: nō oĩa homo cognoscatur mẽdax. Sed notãdũ q pre D
mittitur. Ego dixi in excessu mẽtis mee. Per excessum ergo mentis etiã semetipm trãsijt: cũ de hoĩs qualitate definiuit. Ac si patenter dicat. De falsitate oĩum hoĩum idc veram sententiã ꝓtuli: qm ego ipse sup hoĩeꝫ fui. Intantũ vero ⁊ ipse mendax: inquantuꝫ hō intantũ aũt oĩno non mendax: inquãtũ per excessum mentis sup hominẽ. Sic itaq̃ sic ꝑfecti oẽs quãuis adhuc aliqd turbulẽtum de infirmitate carnis tolerãt: iam tñ intrinsecus tranquillissimo secreto ꝑfruunẽ ꝑ

contemplatione mentis vt quicquid decidit exterius in nullo turbet interius. Unde beatus Job securitatē in se esse mentis ostendens: postquam de se tot virtutum iudicamenta protulit: hoc quod premisimus secutus adiunxit.

Capitulum. 16.

A Si expaui multitudinem nimiā & despectio propinquorū terruit me: nō magis tacui nec egressus sū ostiū? Ac si apertius dicat. Turbatis contra me extrinsecus alijs ipse in me intrinsecus imperturbabilis mansi. Quid namque in hoc loco ostium nisi os debemus accipere? Per hoc quippe quasi egredimur dū verbis quibus possumus secreta nostri cordis aperimus: & quales intus manemus in conscientia: tales foras egredimur per linguam. Sunt vero nonnulli qui omnino despici metuunt: ac ne viles fortasse iudicentur: sapientes videri appetunt. Ui coguntur ostium egredi: quia pulsati contumelijs: quam magni apud se lateant loquentes denunciant. Dumque per impatientiā victi quedā de se que nesciebantur produnt tanquam per oris ostiū egrediuntur. Unde beatus iob dicturus quod non fuisset egressus bene premisit tacui: quia videlicet impatientia turbatus: a domo cōscientie exisset si tacere nescisset. Sancti etenim viri in cōmotionis temptatione semetipsos ostendere omnino refugiunt: & cum audientibus prodesse nequeunt etiā despici tacentes volunt. ne de sapientie sue ostentatione glorientur. Cumque aliquid dicunt prudenter: non querunt gloriam suā sed auditorum vitā. Cum vero cōspiciunt quia auditorum vitam loquēdo lucrari non possunt tacendo abscondunt scientiam suam. Ad imitandum quippe viam dni: quasi ad quoddam nobis propositum signum currimus. Ipse

B enim quia Herodem vidit nō profectū querere: sed signa vel scientiam velle mirari requisitus ab eo tacuit: & quia constanter tacuit

C ab eo irrisus erauit. Scriptū namque est. Hero-

Luc. 23. des autē viso iesu gauisus ē valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum eo quod audiret multa de illo: & sperabat signū aliquod videre ab eo fieri. Ubi & subdit. Interrogabat autē illum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Tacens vero dns quam sit despectus ostenditur cum illic protinus subinfertur. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo & illusit. Quod videlicet factum oportet nos audientes discere vt quotiens auditores nostri: nostra volunt quasi laudanda cognoscere: non autē sua peruersa mutare omnino taceamus: ne si ostentationis studio verbum dei loquimur & illorū culpa que erat esse non desinat & nostra que non erat fiat.

Ca. 17.

Sed fortasse aliquis. Unde nouimus quo corde quis audiat? Sed multa sunt: que audientis animum produnt maxime si auditores nostri & semper laudant que audiunt: & nunquam quod laudant sequuntur. Hanc inanem loquendi gloriam predicator egregius fugerat cum dicebat. Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbū dei sed ex sinceritate: sed sicut ex deo coram deo in xpo loquimur. Adulterari namque est verbū dei: aut aliter de illo sentire quam est: aut ex eo non spirituales fructus sed adulterinos fetus querere laudis humane. Ex sinceritate vero loqui est: nil in eloquio extra quā oporteat querere. Sicut ex deo autem loquitur qui scit nō se a se habere: sed ex deo accepisse quod dicit. Coram deo vero loquitur qui in omne quod dicit non humanos fauores appetit: sed omnipotentis dei presentiam intendit: non suā sed auctoris gloriā requirit. Qui autē scit ex deo se accepisse quod dicit: & tamen dicendo propriam gloriam querit: sicut ex deo loquitur sed non coram deo quia eum quem cordi suo non proponit cum predicat: quasi absentem putat. Sed sancti viri ex deo loquuntur & coram deo: quia ab eo se sciunt habere quod dicunt & ipsum suis sermonibus adesse iudicem adiutoremque considerant. Unde fit vt cum se a proximis despici agnoscunt suaque dicta vite audientiū non prodesse abscōdant quante virtutis sint: ne si secretū cordis inutiliter sermo prolatus aperiat ad inanē gloriam prorumpat. Beatus igitur iob inter obstinatas mentes non appetens ex virtutis sue patefactione clarescere ait. Si despectio propinquorum terruit me & non magis tacui nec egressus sum ostium. Qui enim per humilitatem solidus nequaquam despici timuit hanc vt foras linguam eijceret: in patientia non eiecit. Ubi bene premittitur: si expaui ad multitudinem nimiam vt cuius con-

stantie fuerit agnoscatur: q̄z videlz nequaquā terret exterius numerus hominū quē non deuastat interius turba vitiorum. In hac etenim vita qui nulla prospera appetit: nulla proculdubio aduersa pertimescat. Que s. verba si ad intellectū mysticū trahimus in
E cis citius operationē nostri redemptoris inuenimus. Ipse quippe ad multitudinē nimiam non expauit: qui persecutores suos cum gladijs et fustibus venientes vna tm̄ responsione prostrauit dicens. Ego sum. Ipsum despectio propinquorū non terruit: qui nos ab eternis supplicijs liberans palmas in facie equanimiter accepit. Ipse tacuit et hostium egressus non est: qui sub ipsa iam hora passionis cum humanitatis infirma pateretur diuinitatis potentiam exercere noluit. Mediatori quippe dei et hominum quasi egredi hostiū fuisset: si cū teneretur vt homo maiestatis sue potentiam voluisset ostendere: et per diuinitatis magnitudinem suscepte carnis infirma transire. Ut enim aptius homo mori posset: deus mansit occultus q̄z si co-
1.Cor.2. gnouissent: nunq̄ dñm glorie crucifixissent. Non est ergo egressus hostium qui et regis tus a pilato tacuit: atq̄ inter persecutorum manus et corpus passioni obtulit qd̄ pro electis assumpserat: et resistentibus noluit de-
Ps.87. monstrare qd̄ erat. Unde etiam ps dicit. Posuerunt me in abominationē sibi traditus sum et non egrediebar. Cū enim despiceretur quia homo videbatur egressus esset: si occultam maiestatem suā ostentare voluisset. Sed quia infirmitatem prodidit: potentiam abscondit: in eo qd̄ persecutoribus suis incognitus mansit ad eos minime exiuit. Qui tamen ad electos exit: quia diuinitatis sue suauitatem querentibus aperit. Unde ei per prophetam dicitur. Existi in salutem populi tui: vt saluos facias christos tuos. Sequitur.

Capitulum. 18.



Uis mihi tribuat adiutorē
A vt desideriū meū oīpotens audiat. Sanctus vir postq̄ tot virtutū suarum sublimia gesta narrauit: sciens qd̄ istis meritis ad summa peruenire nequeat: adiutorem querit. Et quē nimirū nisi vnigenitū dei filiū contemplatur qui humanā naturā in hac mortalitate laborantē dum suscepit adiuuit. Ipse quippe adiuuit hominem factus homo: vt quia puro homini via redeundi nō patebat ad deum: via redeūdi fieret per hominē deum. Longe quippe distabamus a iusto et imortali nos mortales et iniusti. Sed inter imortalē iustum et nos mortales iniustos apparuit mediator dei et hominū mortalis et iustus qui et mortem haberet cum hominibus et iustitiam cū deo: vt quia per ima nostra longe distabamus a summis in seipso immo iungeret ima cum summis: atq̄ ex eo nobis via redeundi fieret ad deum quo cū summis sua ima nostra copularet. Hunc ergo beatus Job per totius ecclesie significationem loquens mediatorē requirit: qui cum dixisset. Quis mihi tribuat adiutorem apte subdidit vt desiderium meum oīpotens audiat. B
Sciebat quippe ꝙ ad requiē liberationis eterne humane preces nisi per aduocatū suum audiri non possent: de quo per Joannē apostolum dicitur. Si quis peccauerit: aduocatū habemus apud patrē Jesum xpm iustū: et 1.Jo.2.
ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autē tm̄: sed etiā pro totius mundi. De quo Paulus apostolus dicit. Xps Jesus qui mortuus est pro nobis: imo qui et Ro.8.
resurrexit: qui est in dextera dei: qui etiā interpellat pro nobis. Unigenito enim filio pro homine interpellare est: apud coeternū patrem seipsum hominē demōstrare: eiq̄ pro humana natura rogasse est: eandem naturam in diuinitatis sue celsitudine suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dñs non voce: sed miseratione: q̄z qd̄ dānari in electis noluit: suscipiendo liberauit. Adiutor ergo querit vt desiderium exaudiatur: q̄z nisi pro nobis interpellatio mediatoris intercederet ab aure dei proculdubio nostrarum precum voces silerent. Notandum quoq̄ est ꝙ nequaq̄ dicit preces sed desideriū meū oīpotens audiat: vera quippe postulatio non in oris est vocibus: sed in cogitationibus cordis. Ualentiores C
sionis gratiã nunq̃ꝫ pulsatum se esse remi
niscitur: non q꞉ tunc hec eadem radix tenta
tionis deerat: sed q꞉ non apparebat.

Capitulum. 14.

a 

Umanus quippe animꝰ mul
tis cogitationibꝰ occupatꝰ
sepe sibimetipsi aliquo mo
do manet incognitus: vt oĩ
no qḋ tolerat nesciat: q꞉ dũ
per multa spargit: ab interni
sui cognitione remouetur. Si aũt deo vaca
re appetat ꝛ ramos multimode cogitatiõis
abscidat tunc libere conspicit: quod de inti
ma radice carnis pcedit. Carduus nãq̃ꝫ si
nascitur in via: itinerantium pedibus terit:

atq̃ꝫ ipso vsu transeuntiuꝫ eius superficies ne
appareat confringitur. Sed quãuis desup
fructificãtes spine nõ appareant: subter ta
men radix occulta pdurat. Si aũt cum trã
seuntium pedes terere ꝛ calcare cessauerit:
mox in superficiem surgẽdo progreditur: ꝛ p
spinam pdit in publicũ: quicqd in radice vi
uebat occultũ. Ita ꝛ ĩ corde secularium sepe
occulte quedã tentationuꝫ radix non facile
apparet exurgere: q꞉ velut in via actionum b
sita: transeuntiũ teritur pede cogitationũ: ꝛ
per innumeras curas quasi multis itineran
tibus premit: ne videatur. Si aũt p cõuer
sionis gratiã a via cordis curarũ turba re
mouetur: vt nulla actionũ insolentia conte
rat: nullus cogitationũ tumultus pmat: tũc
qḋ occultũ latebat agnoscitur: tunc de radi
ce viciorũ pungit libere spina tentationuꝫ.
Contra quã bene viuentis manu agitur: vt
inquantũ potest fieri non tegatur occulta:
sed radicitus euellat. Qḋ donec fiat vniuſ
cuiusq̃ꝫ conuersi aiam ita hec spine contur
bant: vt sepe pensiõe subita pene supari se
sentiat: eiusq̃ꝫ vulnus medullitus infictum
exitialiter pertimescat. Ca. 15.



Lerũq̃ꝫ vero ipsi tentatio
num stimuli: dũ in vsuꝫ ve a
niunt dilatant: ꝛ nõ qdem
acriores: sed longiores exi
stunt. Minus aũt dolent
sed magis inficiunt: q꞉ duꝫ
menti diutius adherent: tanto fiunt minus
pauendi quanto magis assueti. Inter hec
ergo dephensa mens huc illucq̃ꝫ distendit:
ꝛ multiplicibus tentationuꝫ estibus dissipa
tur ꝛ sepe hincinde puocata cui tentanti vi
cio obuiet vel qḋ primũ impugnet ignorat.
Unde plerũq̃ꝫ euenit: vt dũ nimis insurgen
tia vicia cruciant: dũ repugnãtes aĩum iam
iamq̃ꝫ quasi in lapsum desperationis incli
nant: cõuersus quisq̃ꝫ hanc ipsam sublimita
tis viam quã sibi ad remediũ elegit expaue
scat: ꝛ quasi in summo eductus titubat: q꞉ ĩ
imo solidius stabat. Ita pro circũfrementi
bus tentationũ motibus angustatur: vt re
cte de eo dici debeat abominabilis ei fit in
vita sua panis: ꝛ anime illius cibus aũ desi
derabilis. Uel certe ppinquauit corruptio
ni aĩa eius: ꝛ vita illius mortiferis. Sed q꞉ b
misericors deus pbari nos pmittit tẽtatio
nibus: nõ reprobari: sicut scriptũ est. Fide

i.Cor.10 lis aūt deus qui non patietur: vos tētari su
pra id quod potestis: sed faciet cū tentatio
ne etiam ꝓuentū: vt possitis sustinere: cit⁹
nobis consolationis ope succurrit: ⁊ surgen
tes tentationū stimulos mitigat: īpugnan
tesq̄ se cogitationū motus īterna pace trā
quillat. Morꝫ anima immensaꝫ de spe ce
lesti leticiam ꝑcipit: dū deuictum malū respi
cit qđ tolerauit: vt iure de hoc tētato libera
toꝗ hoīe dici debeat: videbit faciem eius in
iubilo: ⁊ liberauit aīam suā ne pergeret in
interitū: sed viuēs lucē videret. Istis itaq̄
duabus vicibus .i. conuersionis ⁊ ꝓbatiōis
per merorē leticiāq̄ trāsactis: supest tertia:
cuius ⁊ merorem adhuc sustineat: ⁊ gaudia
consequatur. Ca. 16.

A Post conuersionis nāq̄ cer
tamina post ꝓbationis erū
nam: restat adhuc dura ten
tatio: q2 venire non potest
ad pfecte gaudia libertatis
nisi prius soluerit debitum
humane conditionis. Conuersus aūt q̄sq̄ si
bi caute sollicitus tacite secum considerare
non cessat: eternus iudex q̄ȝ districtus adue
niat suumq̄ terminū quotidie ꝓspicit: ⁊ an
te seueritatem tante iusticie quas rōnes vi
te sue sit positurus attendit: ⁊ si cuncta pra
ua opera: que intell gere potuit deuitauit:
venturus tamē corā districto iudice: illa ma
gis que in semetipso nō intelligit ptimescit.
Quis enim considerare valeat: quanta ma
la per momenta tempoꝝ ipsis inconstanti
bus cogitationum motibus ꝑpetram⁹. Fa
cile est enim opa peruersa vitare: sed nimis
difficile est ab illicita cogitatiōe coꝛ tegere.
Mich.2 Et tamen scriptū est. Ve vobis qui cogita
tis inutile. Et rursum in die cum iudicabit
B dominus occulta hominū. Qui etiā p̄emi
sit inter se inuicem cogitationū accusantiū:
Ps.ii. aut etiam defendentiū. Et rursum labia do
losa in corde ⁊ corde locuti sunt mala. Et
rursum etenim in corde iniquitates opami
ni in terra. Humana aūt aīs semel eternita
tis statum deserens: ad fluxum temporalita
tis delapsa hanc mutabilitatem alternan
tium motionū: quā dum caderet volēs ap
petijt: dū conatur surgere cogitur inuita to
lerare. Inde quippe punita est vnde delecta
ta: q2 inde cōuersa habet laborem certami
nis vnde peruersa appetijt gaudium volu
ptatis. Ca. 17.

Sepe ergo electis etiam no
lentibus in cogitatione sub
ripitur: qđ in se quidem so A
lerter inspiciunt: ⁊ ante dei
oculos quanti sit reatus at
tendunt: ⁊ cum de his om
nibus semꝑ iudicia districta ptimescāt: tūc
tamen hec vehementer metuunt: cū ad sol
uendum debitum humane conditionis ve
nientes districto iudicio appropinquare se
cernant: ⁊ fit tanto timoꝛ serioꝛ quanto ⁊ re
tributio eterna viciniōꝛ: ante oculos autem
cordis nihil inane tunc transuolat de phan
tasmate cogitationis: quia subductis e me
dio omnibus se ⁊ illam tantūmodo cōside
rant cui appropinquant: crescit pauoꝛ vici
na retributione iusticie: ⁊ vrgente solutione
carnis: quanto magis districtū iudiciū iā
iamq̄ quasi tangitur: tanto vehemētius foꝛ
midatur: ⁊ si ea que sciunt nunq̄ se preter
misisse meminerint: formidāt tn̄ illa que ne
sciunt: q2 videlꝫ semetipsos diiudicare ⁊ cō B
p̄hendere oīno non possunt: atq̄ vrgente
exitu: subtilioꝛi terrentur metu. Vnde redē
ptoꝛ noster solutioni carnis appropinquāe
⁊ membroꝝ suoꝝ seruans speciem: factus
in agonia: cepit ꝓlixius orare. Quid enim
pro se ille cum in agonia esset peteret qui in
terra positus celestia cum potestate tribue
bat. Sed appropinquāte morte nostre men
tis in se certamen expressit: qui vim quādā
terroris ac formidinis patimur: cum per so
lutionem carnis eterno ꝓpinquemus iudi
cio. Nec enim tunc cuiuslibet aīa immeri
to terretur: quando post pusillū hoc inuenit
quod in eternum mutare non possit.

Capitulum. 18.

Consideramus quippe q̄ viā
vite presentis nequaq̄ sine
culpa transire possumus. cō
sideramus etiam q2 ne hoc
quidem sine aliquo reatu no A
stro est: qđ laudabiliter ges
simus: si remota pietate iudicemur. Quis
enim nostrū vitam p̄cedentiū patrū valeat
vel superare vel assequi: Et tamē Dauid di
xit. Ne intres in iudicium cū seruo tuo: quia Ps.142.
non iustificabitur in ꝯspectu tuo oīs viuēs.
Paulus cū diceret nihil mihi conscius suꝫ i.Cor.4.
caute subiunxit: sed non in hoc iustificatus

sam. Jacobus dicit. In multis enim offen-
Jaco. 3. dimus oēs. Joānes dicit. Si dixerimus qa
1. Jo. 1. peccatum non habemus ipsi nos seducim⁹:
et veritas in nobis non ē. Quid ergo faciāt
tabule si tremunt colūne: Aut quō virgulta
immobilia stabunt: si huius pauoris turbine
etiā ceteri quatiunt: Solutioni ergo carnis
appropinquans: nōnunq̄ terrore vindicte
A etiā iusti anima turbatur. Cui et si qd tran-
quillū in hac vita sapere potuit: mortis ar-
ticulo interueniente concutitur: vt iure dici
debeat: abominabilis ei fit panis in vita sua
et anime eius cibus ante desiderabilis. Uel
certe ꝓpter pauoris penā hoc qd illic subdi-
tur appropinquauit corruptioni anima ei⁹:
et vita illius mortiferis. Sed qz iustorū aīe
a leuibus quibusq̄ contagijs: ipso sepe mor-
tis pauore purgant: et eterne retributionis
gaudia iam ab ipsa carnis solutione perci-
piunt plerūq̄ contēplatione quadā retribu-
tionis interne etiam priusq̄ carne expolien-
tur hilarescant et dum vetustatis debitū sol
uunt: noui iam muneris leticia pfruunt: re-
cte dicitur: videbit faciem eius in iubilo: vel
certe liberauit aīam suam ne pgeret in interi-
tum: sed viuens lucē videret. Justi itaq̄ aīa
in iubilo faciem dei cōspicit: qz tantū de le-
ticia interna pcipit quantū capere vel as-
sumpta vix possit. Ibi igitur lucem viuens
B videt: qz spiritualem oculū in radios inter-
ni solis infigit. Ibi lucem viuens videt: qa
omni iam mutabilitatis vicissitudine atq̄
obumbratione calcata veritati eternitatis
inheret: eiq̄ inherendo quē cernit ad simili-
tudinē incōmutabilitatis assurgit: atq̄ in se
metipsam auctoris sui incōuersibilē speciē
dum respicit assumit. Que enim ad muta-
bilitatem per semetipsam lapsa est: ad im-
mutabilitatis statū immutabilē vidēdo forma-
tur. Igitur heliu de afflicto hoc liberatoq̄
hoie: qz prius meroris amaritudinē et post-
modum gaudia consolationis expressit: apte
subiunxit: hec omnia operat deus tribus vi-
cibus p singulos: videlz cōuersionis: proba-
tionis: et mortis: qz ver, tria hec: et duris pri⁹
stimulis meroris afficitur: et magnis postmo-
dum securitatis gaudijs refouetur. Et qa
electi vniuscuiusq̄ mens hisdem tribus vi-
cibus .i. vel labore conuersionis: vel tētatio-
ne pbationis: vel formidine solutionis atte-
ritur atq̄ ipsa attritione purgata liberatur:
apte subiungitur.

Capitulum. 19.

Et reuocet aīas eorū a cor-
ruptiōe: et illuminet luce vi-
uentium. Lux quippe mo-
A rientium est quā corporeis
ocu'is cernimus. Qui antē
adhuc huic mundo viuunt
luce morientiū tenebrescūt. Illuminant au-
tem luce viuentiū: qui despecto tēporali lu-
mine ad splendorē interne claritatis recur-
rant: vt ibi viuant: vbi verū lumen sentien-
do videant: vbi non aliud lumē atq̄ aliud
vita: sed vbi ipsa lux vita fit: vbi sic nos lux
exterius circūscribat: vt interius impleat vt
in circūscripta exterius circūscribat. Illu-
minātur ergo hac luce viuentiū: quā tanto
tunc subtilius circūspiciunt: quanto nūc ad
illam purius viuunt. Magna heliu ac val-
de fortia ptulit: sz hoc vnusquisq̄ arrogās
habere ꝓprium solet: qd dum vera ac misti-
ca loquitur: subito per tumorē cordis q̄dam
inania: et supba pmiscet. Foris enim place-
re appetit in hoc quod veraciter sentit: et in-
de mox inanescit a lumine do: vnde p ela-
B tionis typum recedit ab intimo. Quia eniz
approbari doctus 'exterius querit intus ple-
nitudinem qua docebatur amittit. Un he-
liu qui tenere arrogantiū typum sepe iaz di-
ximus: postq̄ multa sapientie profunda di-
gessit: subito post easdem sententias veraces
ac misticas: fastu scientie inflatus extollit:
cuius mox inflatiōis merito eius sensus ad
inania verba deriuatur. Nam subdidit di-
cens. Attende Job et audi me: et tace dum
ego loquor. Si aūt habes qd loquaris. Re-
sponde mi i. Loquere. Uolo enim te appā-
rere iustum. Quod si nō habes audi me: ta-
ce et ego docebo te sapientiam. Qualem se
apud se habeat: hac locutione manifestat
qua dicit. Attēde Job et audi me: et tace dū
ego loquor. Immensa enim superbia est: a
seniore sibi reuerentiaz exigere: et silentium
imperare meliori se.

Capitulum. 20.

Uia antē pdicatores iusti:
dū quoslibet corripiūt: sem-
per per humilitatis gratiaz
ad cognitionē suarū itima
A reuertunt: atq̄ in eo q̄ aliōs qs
corripiūt: ne qd fortasse fal-

lantur exgrunt: correptisq licentiā tribuūt:
vt si qd ꝑ seipsis iustius sentiant fateantur:
hoc nōnunq etiam arrogantes imitari ap-
petunt. Paulisper enim in verbis elatione
postposita quasi eorū quos corripiāt: si for-
te reperire potuerint iusticiam querunt: nō
quia ita sentiunt: sed qꝛ ornari per humili-
tatis speciem concupiscunt. Metuunt enī
ne superbi ac tumidi (quia sunt) esse videā-
tur. Unde helin statim subdidit dicens. Si
aūt habes qđ loquaris: respōde mihi. Loq̄
re. Uolo enim te apparere iustū. Sed quia
hec ex corde nō ꝓtulit: audire qđ quesierat
nō expectauit. Nam ilico subiūxit. Quod si
non habes: audi me. Tace: ꝛ docebo te sa-
pientiam. Qui enim veraciter querūt audi-
re qđ iustum est: equanimiter expectant au-
dire qđ non querunt. Helin aūt qui veraci-
ter requisitionis verba nō ꝓtulit: dici qđ que-
sierat non permisit: sed mox qd intrinsecus
gestabat erupit: qualēcūq se in oculis suis
habebat ostendit dicens. Tace ꝛ docebo te
B sapientiam. Arrogantes enim viri quando
aliqd humiliter sonant: diu in eiusdem hu-
militatis specie non perdurant. Cū fortasse
querant vt audiant mox loquendo obuiāt
ne doceantur: qꝛ superficiem vocis quā pro-
tulerant citius ostentationis intentio com-
primit: q̄ ex radice cordis exurgit: atq eam-
dem humilitatis formam specietenus sum-
ptam: eo celerius probant: quia aliena est:
quo illam diutius tenere nō possunt. Ecce
helin iusticiam cū requirit vt discat: ꝓmit-
tit qꝛ doceat. Ecce quasi requirendo qđ iustū
est: aliqd planū sonuerat lingua: sꝫ mox ce-
lare non potuit: hoc qđ altum tumebat con-
sciētia. Nam repente subiunxit tace: ꝛ do-
cebo te sapientiam. Quia vero arrogantes
oēs in ea que proferunt typo sup̄bie inflant̄
ꝛ velut in alto positi sic doctorum spēm su-
munt: ac si eorum ꝟba dignatione quadaꝫ
super indignos homines celitus effundant̄
bene a scriptore huius hystorie versus iter-
ponitur quo dicatur.

Capitulum. 21.

Job Ca.34. P Ronuncians

quoq helin etiam hec locutus est. Quid
enim p̄ huius pronunciatione vocabulum
nisi inflatio elationis ostenditur: vt ver-
ba que de alta superbie radice veniebant:
cum quadam quasi altitudine ꝛ distinctio-
ne procederent. Ita videlicet predicare om-
nes arrogantes solent. Cum quodam enim
fastu proferunt hoc quod singulariter intel-
lexisse se credunt: ꝛ fortasse tunc humilita-
tem predicant: cum per elationis typū exē-
pla superbie ostentant. Unde fit vt eorum
predicatio concors sibi manere non possit:
quia id quod rectum loquentes seminant:
peruerse tumentes impugnant. Humilibus
namq auditoribus verba sua non compa-
ciendo: sed vix designādo largiuntur. Lon-
ge quippe se in altum positos estimant: et
super eosdem auditores suos quasi prece-
dentes doctrine respectum vix de summo di-
gnanter inclinant. At contra verba iusto-
rum ex radice veniunt humilitatis: vt fru-
ctum valeant ferre pietatis: et quicquid sa-
lubre potuerunt: non tumendo: sed patien-
do subministrant: per verba quippe chari-
tatis vel se in auditoribus suis: vel audito-
res suos in se ita transformant: ac si et illi
per istos hoc quod audiunt doceant: et isti
per illos hoc quod docendo proferunt di-
scant. Helin ergo typum arrogantium te- B
nens: ꝛ cum pronunciationis ostentatione
inchoans quid dicat audiamus. Sequi-
tur. Audite sapientes verba mea: ꝛ eru-
diti auscultate me. Auris enim verba pro-
bat: ꝛ guttꝰ escas gustu diiudicat. Ac si di-
ceret. Sicut nec auris escas: nec guttur ver-
ba cognoscit: ita nec stultus quisq senten-
tiam sapientis intelligit. Sapientes ergo
atq eruditi audite quod dico: qui potestis
ea que fuerint dicta cognoscere. Uidea-
mus igitur: quantum tumeat qui verba sua
non nisi a sapientibus audiri decenter exi-
stimat. Uerus autem sapientie predica-
tor dicit. Sapientibus ꝛ insipientibus de- Ro.I.
bitor sum. At contra arrogans in predi-
catione sua aures tantummodo sapien-
tium expectat: quia non ideo predicat: vt
possit quoslibet sapientes efficere: Sed
ideo sapientes querit: vt possit quod sense-
rit superbiendo monstrare. Sicut enim su-

perius dictum est: nō illos appetit erudire sed se ostendere: nec intuetur: ꝙ iusti q audiunt fiant: sed ipse ꝙ doctus eis auditur appareat.

Capitulum. 22.



A Uia vero predicationē arrogantium nullā ammitteret si nō aliqd de humilitatis imagine permisceret dehinc. Dehinc postꝙ per tumida verba se extulit rursum quasi ad equalitatis cōcordiam cōdescendit dicens. (Iudicium elegamus nobis: et inter nos videamus quod sit meli⁹.) Sed vtrum hoc iudicium ex humili corde quesierit facile cognoscimus si subsequētia ei⁹ verba pensem⁹. Seqtur. (Quia dixit Job iustus sum: et deus subuertit iudicium meum.) In iudicando eni ne mendaciū est: et violenta sagitta mea absqꝫ vllo peccato hec beatum Job dixisse queritur que tamen quia minime dixerit regsita sacre hystorie verba testātur. Sed qui iudiciū eque quesierat ex culpa quaꝫ finxit protinus sententiam promulgat. Naꝫ sequitur. (Quis est vir: vt est Job q bibit subsannationem quasi aquaꝫ qui graditur cum operantib⁹ iniqtatem: et ambulat cum viris impijs:) Ecce iudiciū querens iudiciū ꝓtulit: et post allegationē suam nulla beati Job expectatis sententia euꝫ dānatione dignū ex reproborū societate iudicauit: ait eni: qs est vir vt est Job: Uiꝫ subaudiamus nullus. Atqꝫ subiūgit q bibit subsannationē quasi aquaꝫ. Aqua autē cū bibitur: ita liqde sumitur: vt ad sorbendū nulla sui pinguedie

B retardetur. Subsannationē vero vt aquā bibere est: deū sine aliquo obstaculo cogitationis irridere: vt in eo quod superbit ligua vel cōscientia nulla trepidatio cōtradicat. Hec autē eius sententia super beatū Job quantū a tramite veritatis exorbitet: illa domini attestatione cognoscimus qua ad dyabolum dicit: Nunqd cōsiderasti seruum meū Job: qꝫ non sit ei similis in terra: Ecce quem veritas dicit: absqꝫ comparatione iustum: eū beliu asserit absqꝫ cōparatōe peccatoreꝫ. Sꝫ hec eē propria arrogantiū predicatorum solent: vt etiaꝫ afflictos auditores suos magis districte corripe appetant: ꝙ blande refouere. Plus enim studēt: vt mala obiurgando increpent ꝙ bona laudando ꝯfirment. Superiores qppe se videri cōsiderant: et magis gaudent cū eoꝝ animū ira leuat quā charitas erequat. Sem-

C per inuenire optant: que increpando rigide feriant. Unde scriptuꝫ est: In ore stulti virga supbie: qz videlꝫ percutere rigide scit sꝫ cōpati humiliter nescit. Solent et predicatores iusti auditores suos obiurgando corripere: solent in eorum vitijs districta increpatione seuire. Unde scriptum est: Uerba sapientiū quasi stimuli: et sicut claui i altum defixi. Recte aūt eorū verba claui vocata sunt: qz culpas delinquentiū nesciunt palpare sed pungere. An Joānis verba claui nō erant cū dicebat: Progenies viperaꝝ quis vobis demonstrauit fugere ab ira ventura: An verba Stephani claui non erant cū dicebat: vos semper spūi sancto restitistis. An verba Pauli claui nō erant cum dicebat. O insensati galathe: qs vos fascinauit: Et rursum cum Corinthijs diceret. Cum enim sit inter vos zelus et contentio nōne carnales estis: et secundum hominē ambulatis:

Pro. 14

Eccl. 12

Mat. 3

Act. 7

Gal. 3

i. Cor. 3

Capitulum. 23.



A Ed necesse est vt caute videamus: quia predicatores iusti in ipsis quos corrigunt: cum experte aliud fortasse aliqd bone operationis inueniunt ad eadem obiurgationis verba cum quanta dispensatione descendunt. Ecce Paulus corinthios docens: eosqꝫ in culpa diuisiōis aspiciens exorsus est dicens: Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in christo Jesu: quia in omnibus diuites facti estis in illo. Multum ꝑfecto laudauit quos in Christo diuites et in omnibus dixit: Et ecce adhuc blandimēta multiplicat dicens: In omni verbo et in omni scientia: sicut testimonium Christi cōfirmatum est in vobis. Testimonium Christi confirmatum est in vobis dixit: ac si opere pegissent: quod doctrina didicerant. Et

B mox in laudis consumatione subiunxit: ita vt nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationem domini nostri Jesu christi. Queso te Paule istis tot fauoribus iam quo tendas insinues. Ecce Paulo

i. Cor. 1

1.Cor.1. post sequitur. Obsecro vos aūt fratres p misericordiam dn̄i nostri Jesu xp̄i: vt idipsuz dicatis omnes: ⁊ nō sint in vobis scismata Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his q sunt cloes: q2 cō tentiōes inter vos sunt. De qbus contentionibus paulopost subdidit dicens: Cum enim inter vos sit zelus: ⁊ ꝯtentio: nōne carnales estis: ⁊ secundum hominē ambulatis: Ecce qui- C
bus laudibus ad aperte correctōis verba descendit ecce in corde audientium q̄ blāda fauoris manu viam districte increpātionis aperuit. Prius nāq; superbor brachia studuit per blandimentorum vincula religare: vt postmodum potuisset vulnus supbie ferro correctionis incidere. Erant pfecto in Corinthijs: ⁊ que laudari debuissēt: erāt ⁊ que argui. Peritus itaq; medicus prius sana membra que circa vulnus erant laudando palpauit: ⁊ postmodum putridū sinum vulneris feriendo transfixit. Habet ergo in sanctis predicatorib⁹ ad vtraq; aptū doctrine regula pōdus suum: vt ⁊ recta fauentes nutriant: ⁊ peruerse animaduertentes abscidant. Ca. 24.

A 
Onnunq; vo etiam predicatores iusti rigide feriūt. Sed aliud est: cum iusticia stimulat: aliud: cum superbia inflat. Justi cum seuere corrigunt interne dulcedinis grām nō amittunt. Nam sepe pro inquietudine refrenanda prauorum duriciā districti vigoris assumunt: sed intus charitatis igne liquefiunt: atq; eorum amore ardent: in quos aspera correctione seuiūt: seq; etiam eis intrīsecus in secreto cordis humiliant: quos duris foris animaduersionum stimulis quasi despiciendo castigant. Plerūq; aūt ⁊ nō despiciendo despiciūt ⁊ non desperando desperant: vt tanto eos celerius: ⁊ a culpa reuiuiscere ac resilire faciant quāto iam quasi vicinius mortis foueam ostentant. Sepe etiam quodaz decenti moderamine suas culpas coram discipulis indicant vt illi audientes discant: quomodo semetipsos de suis actionibus subtiliter reprehendant. Tanta aūt dispēsatione se tēperant: vt neq; cum se erigunt itrinsecus rigidi sint: neq; rursum cum se humiliant extrīsecus remissi. quia ⁊ in disciplina humilitatem custodiunt ⁊ in humilitate disciplinam. Paulus disciplinam tenuit: cum Corinthijs diceret: cum enim sit iter vos zelus ⁊ ꝯtentio nōne carnales estis: ⁊ secundum hominem ambulatis: Sed humilitatem in B
disciplina nō perdidit. q2 deprecando ꝓmisit dicens: Obsecro vos fratres per misericordiam dei: vt idipsum dicatis oēs: ⁊ non sint in vobis scismata. Rursum humilitatē tenuit cum eisdem corinthijs: alloquēs Paulo latius fortasse q̄ voluerat semetipsuz reprehendit dicens: factus sum insipiens. Sz disciplinam i hac humilitate non perdidit: q2 illico adiunxit. Uos me coegistis: Exemplum magne humilitatis exhibuit cuz discipulis dixit: Nō enim nosmetipsos predicamus: sed Jesum xp̄m dn̄z nostrum: nos au- 2.Cor.4
tem seruos vestros per xp̄m. Sz in hac humilitate disciplinam auscie: nō amisit quā eisdem delinquentibus dicit. Quid vultis in virga veniam ad vos: ⁊ cetera. Sciunt 1.Cor.4
ergo predicatores sancti: vtroq; moderamine artem magisterij tempare vt cum delinquentium reatus inuenint sciunt mō seuere corripere: mō humiliter deprecari. Sz cū arrogantes viri eos imitari appetunt: sumunt ab eis aspera verba correctōis: ⁊ sumere ab eis veraciter nesciunt p̄cepta humilitatis. Magis.n. terribiles quo possunt volunt eē q̄ mittes: ⁊ iccirco discunt: vnde se erigant ⁊ discere neglīgūt: vt animū submittant. Cūq; ammonere delinquētes placide nesciunt nimio rigoris vsu per inectionis iracūdiam etiam contra recte agentes effrenantur. Quorum iste Heliu speciem tenens beatum Job nō refouet: sz subiurgat dicens: Quis est vir vt est Job q bibit subsannationē quasi aquam: q graditur cum operantibus iniqtatem: ⁊ ambulat cum viris impijs. Capitulum. 25.


T quia aliena semper est a ꝟitate superbia: mox ⁊ ad falsa prumpit dicens. Dixit enim. Non placebit vir deo: etiam si currerit cū eo. A
Quod pfecto: quia minime dixerit: qsqs beati Job ꝟba legit agnoscit. Sed qui iccirco loqtur: vt semetipsum ostendendo superbiat: quid mirum: si in alterum figit quod reprehendat. Quomodo enim veritati coherent in verbis increpatio

nis: quem intra semetipsum lõge ab eadem veritate diuisit tumor mentis. Sequitur. (Ideo viri cordati audite me.) Ecce iterum fastu superbie inflatur eos tantummodo: qui quasi digne intelligendo se assequi valeant querit: ⁊ sic q̃d sentiebat erumpit dicens: Absit a deo impietas: ⁊ ab omnipotẽte iniquitas. Opus enim hoĩs reddit ei: ⁊ iuxta vias singulorum restituit eis. Bene dixit quia in omnipotẽte deo iniquitas vel impietas nõ est. Sed ĩ hac vita nequaq̃ semper hoc agitur quod subiungit: quia iuxta opus suum singulis: ⁊ iuxta vias proprias reddit. Nam ⁊ multos illicita ac peruersa ꝑpetrantes gratuito preuenit atq̃ ad opera sancta cõuertit ⁊ nõnullos rectis studijs deditos flagello interueniente corripit: ac si placentes quasi displiceant affligit. Salomone attestante qui ait: Sunt iusti q̃bus multa eueniunt: quasi opera egerint impiorum. Et sunt impij qui ita securi sunt: ac si iustorum facta habeant. Quod nimirũ omnipotens deus inestimabili pietate dispẽsat: vt ⁊ iustos flagella crucient ne opera extollant: ⁊ iniusti saltem sine pena hanc vitam pagant: q̃a ad tormenta: que sine fine sunt male agendo festinant. Nam quia aliquãdo iusti nequaq̃ iuxta opera flagellantur hac ipsa hystoria quam tractamus ostenditur. Neq̃ enim idem beatus Job ꝓ culpa fuerat flagellatus: qui ante flagelli stimulum ipso iudice attestante laudatus est. Uerius ergo Heliu diceret si dixisset: quia ĩ omnipotẽte deo impietas atq̃ iniquitas non est etiam cum iuxta vias proprias hominibus reddere non videtur. Nam ⁊ quod a nobis non intelligitur ex occulti iudicij non iniusta lance profertur. Quia vero predicatores arrogãtes dum multa inania spargunt: etiam sepe vera ac solida proferunt. Heliu recte subiungit.

Capitulum. 26.



Ere enim deus non cõdemnabit frustra: nec omnipotens deus subuertet iudicium.) Ad dyabolum dominus dixit: Commouisti me aduersus eum: vt affligerem eum frustra. Heliu autem dicit: quia non condemnabit dominus frustra. Quod vtiq̃ discordare dictis veritatis creditur: nisi subtili consideratione pensetur. Aliud nanq̃ est damnare: aliud affligere. Affligit ergo iuxta aliquid frustra: sed frustra non damnat. An nõ iuxta aliquid frustra Job afflixerat: cum non delebatur vicium: sed meritum augebatur: Frustra eni non cõdemnare potest: quia damnatio fieri nõ ex parte ad aliquid potest: que videlicet in extremo punit omne quod hic quisq̃ inique commiserit. Nec omnipotens de⁹ subuertit iudicium: quia ⁊ si minus recta videntur esse que patimur: recta tamen in occulto examine decernuntur. Sequitur. (Quẽ constituit alium super terram: aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?) Ut videlicet subaudias nullum. Per se q̃ppe mundum regit quem per se condidit: nec eget alienis adiutorijs ad regendum: qui nõ eguit ad faciendum. Sed hec iccirco colliguntur: vt liquido indicet: quia omnipotens deus si per semetipsum regere non negligit quod creauit: quod bñ creauit vtiq̃ bene regit: quia quod pie condidit ipse nõ disponit: ⁊ qui ne duz facta curauit vt cẽnt que sunt facta non deserit: Quia ergo presens est in regimine: qui auctor extitit ĩ creatione ideo curam nostri nõ preterit. Unde ⁊ apte subiungit (Si direxit ad eum cor suum: spiritum illius ⁊ flatum ad se trahet.) Curuum cor est: cum ima appetit: dirigitur cum ad superna subleuatur. Si ergo homo cor suum ad dominum dirigit: spiritum ⁊ flatum illius dominus ad se trahit. Spiritum videlicet pro internis cogitationib⁹: flatum vero qui per corpus trahitur pro exterius actionibus ponit. Deo ergo spiritum hominis ⁊ flatum ad se trahere ẽ ad conuersationem sui desiderij: ⁊ interiora nostra ⁊ exteriora commutare: vt nihil iã menti exterius libeat: nihil caro inferius: vel si appetit adipisci conetur: sed omne quod homo est ad eum videlicet a quo est: ⁊ interius desiderando ferueat ⁊ exteri⁹ se edomando constringat. Unde ⁊ apte subiungit: (Deficiet omnis caro simul: ⁊ homo in cinerem reuertetur.) Simul enim omnis caro deficit: quando iam nullis suis motibus seruit: quia presidens spiritus cuncta eius fluxa restringit: ⁊ quodam districtiõis sue gladio: omne quod in illa male viuebat interficit. Hoc nimirum discipline glo-

dio semetipsum Hieremias interfecerat cũ
dicebat. Postq̃ conuertisti me egi penitē-
Hiere. 31. tiã: et postq̃ ostendisti mihi percussi femur
meum. Quid enim in femore nisi voluptas
carnis accipitur? Et quid est quod ait post
q̃ ostendisti mihi percussi femur meum: ni-
si q̄ postq̃ superna spiritaliter vidit omne
quod in se inferius carnaliter viuebat exti-
xit. vt quanto magis summa patescerent:
tanto amplius ima que tenuerat non libe-
rent. Nam quanto incipit quisq̃ superius
viuere tanto et inchoat inferius interire.
Iuxta effectum namq̃ carnalis operatio-
nis omnis caro Pauli simul interierat cũ
dicebat. Viuo autem iam non ego: viuit
vero in me christus.

Capitulum. 27.



Ene etiaz heliu hoc loco
subdidit: et homo in cine-
A rem reuertetur. In pecca
to enim quisq̃ positꝰ mor
talitatis sue obliuiscitur:
et terraz se esse non memi-
nit dum adhuc per super
biam inflatur. Post conuersionis vero sue
gratiam cum humilitatis spiritu tangitur
quid esse se aliud quam cinerez recordatur
Iam in cinerem Dauid reuersus fuerat
Gal. 2 cum dicebat. Memento domine q̄ puluis
sumus Abraam in cinerem reuersus fue-
Gen. 18. rat dicens. Loquar ad dominum meũ: cũ
sim puluis et cinis. Et si viuentem carnem
nec dum in terra mors soluerat: hoc tamen
apud se erant quod se futuros absq̃ dubi-
tatione preuidebant. Hinc alias dr̃. Aufe-
Ps. ciij. res spiritum eorum et deficient: et in pulue-
B rem suum reuertentur. Qui autem eorum
spũs: nisi spũs superbie nominatur? Tolla
tur ergo spũs eorum: vt deficiant: idest sub
ducto superbie spiritu nihil se esse cogno-
scant. Et reuertantur in puluerem: idest hu
milientur ex infima conditione. Propter
hunc puluerem ad cuius memoriam qui se
metipsos considerant reuocantur per sapi-
Sap. 3. entiam dr̃: Iusti fulgebunt: et sicut scintille
i arundineto discurrent. Sancti enim viri
dum peccatoribus permiscentur: eos exem
plorum suorum igne succendunt: atq̃ per
omne quod nitent i cinerem redeunt: quia
C pietatis flãma consumpti: dum infirmita-
tem conditionis sue cõspiciunt: nihil aliud
quam fauillam se esse cognoscunt: vt a su-
perbie sue duritia resoluti: per penitentiaz
dicant: id quod supra ꝓtulimus: Memento
domine quia puluis sumus. Bene ergo di
citur: quia cum ad se spiritum hominis do
minus trahit deficiet omnis caro simul: et
homo in cinerem reuertetur: hec heliu: et ve
ra sunt et magna que dicit. Sed quia ma-
le mox ex eo quod bene sensit intumuit ver-
bis sequentibus ꝓdit dicens: Si habes er
go intellectum audi quod dicitur: et auscul-
ta vocem eloquij mei.

Capitulum. 28.



Abent hoc ꝓprium omnes
arrogantes: vt cum fortas-
se acutum aliqd sentiũt: in A
de mox ad vicium elatõis
erumpant: sensusq̃ oĩuz in
sui comparatione despicia-
tur: seq̃ in suo iudicio aliorum meritis an
teponant. Quibus ꝯtingit miseris: vt plus
videndo tenebrescant: q2 dum subtilia at
tendunt semetipsos intueri nesciunt: et quo i
telligentiam acutius percipiunt: eo per sup
biam deterius cadunt. Qui bene qdez sub
tilia conspicerẽt: si in eo quod ꝓferunt se vi
derent. Superius nãq̃ heliu dixerat: si ha
bes quod loquaris responde mihi. Loque
re: volo enim te apparere iustum. Nunc au
tem ait: si habes intellectum: audi quod dici
tur: Ecce quomõ paulisper elatio per ꝟbo-
rum incrementa proficit. Superius dubita
uit: si possit beatus Iob proferre quod iu
stum est: nunc vero discutit: si hoc quod di
citur saltez possit audire. Ibi dixit si habes
quod loquaris: responde mihi ac si diceret
dic aliqd si tamen dignus poteris esse q̄ di
cas. Hic aũt ait: si habes intellectum: audi B
quod dr̃: Ac si aperte dicat audi me: si ta
men dignus poteris esse qui audias. Isti
sunt quotidiani defectus qui in cordibꝰ re
proborũ fiunt: quibus indesinenter ad de
teriora descendunt: quia dum minora icau
te negligunt ad maiora perniciose prorum
punt. Iam et hoc de superbia fuerat: q̄ bea
tum Iob id quod iustuz est loqui posse du
bitabat: Sed dum hanc in semetipso consi
derare negligit ad nequiora ꝑuenit: vt non
solum posse ab eo dici quod iustum est du
bitet: Sed etiam dicentem se iusta ab eo

intelligi posse desperet. Unde nimis vicium
superbie ab ipsa mox radice secandū ē: vt
cum latenter oritur tunc vigilanter absci-
datur: ne puectu vigeat nec vsu roboretur
E Difficile eni in se qsq3 inueteratam superbi-
am deprehendit: q2 nimirū hoc viciū quā-
to magis patimur tanto minus videmus:
Sic qppe in mente superbia: sicut in oculis
caligo generatur. Quo se hec latius dilatat
eo vehementius lumen angustat. Paulisp
ergo elatio in precordijs crescit cū z se ne-
sciens extenderit: z oppresse mentis oculum
funditus claudit: vt captiuus anim9 tipum
elatōis z pati possit: z tñ id quod patitur
videre nō possit: Sed q2 arrogātes viri ali
quando vt diuin9 recta nō recte sentiūt: et
bona inuenire nouerant: sed hec bñ pferre
contemni. Helin post elationis tipum quo
dixerat si habes itellectum audi quod dici
tur subdit dicens. Ca. 29.



A Unqd q non amat iudici
um sanari potest: Quo-
modo tu eum q iustus est
i tantum pdemnas:) Bo
nam qdem sententiam p-
tulit: sed beato Job pferē
da nō fuit. In omne eni quod dr sum. ope
intuendum est qd dicatur: cui dicatur quā-
do dicatur: quomodo dicatur: Helin autē
attendit qd diceret: sed cui diceret nō attē
dit. Beatus qppe Job amabat iudicium:
q2 causas suas cum domino pensare subti-
liter nouerat: nec cōdemnauerat eum q iu
stus est: sed cur sine peccato percussus fue-
rit in dolore positus cum humilitate requi
rebat. Amat iudicium qsqs vias suas sub-
tiliter discutit: z secretarium cordis ingres-
sus qd domin9 ipsi tribuat: qd ipse domino
debeat pensat. Quod btūs Job quomo-
do nō fecerat: q iam crebra sacrificia in ex
piatione filiorum etiam p cogitatō ib9 offe
rebat: Quia ergo helin dixit: q is q iudici-
um nō amat sanari nō possit: arguens bea
tus Job q iudicium nō amaret: z qui eum
q iustus est condemnasset: ilico eiusdem iu
sti. i. dñi iusticiam subdit dicens. (Qui di-
cit regi apostata: q vocat duces impios.)
B Sepe nouimus q plerīq3 q presunt inordi
natum sibi metū a subditis exigunt: z non
tam pp̄ter dominū q̄ pro domino venera-
ri volunt. Intus enim se tumore cordis ex-
tollunt: cunctosq3 in sui comparatōe despi-
ciunt: nec cōdolescendo psulunt: sed domi-
nando premunt: q2 videl3 alta cogitatione
se erigunt: z equales se illis qbus eos pre-
esse ptigit nō agnoscunt. Cōtra hunc tumo
rem per ecclesiasticum librum dr: Ducē te
pstituerunt: noli extolli: sed esto in illis qua
si vn9 ex illis. Hunc tumorem dñs per pphe
tam in pastoribus icrepans ait: Uos autē
cum austeritate impabatis eis: z cum potē
tia. Ipsa eni bona que subditis dicūt: do
minando potius q̄ psulendo pferunt: quia
videlicet quicq3 eis quasi ex equo dicere se-
metipsos existimant decesisse. Singularita
te.n. gaudent culminis z nō equalitate cō- C
ditōis. Sed q2 hec tumentia corda rectorū
subtiliter dñs pensat bñ contra eos dr: qui
dicit regi apostata. Unusqsq3 enim super
bus rector: totiens ad culpam apostasie di
labitur quotiens preesse hoibus delectat9:
honoris sui singularitate letatur. Sub quo
eni sit nō considerat: z quasi equalibus q
nō sit equalis exultat. Unde aūt hec vicio-
rum radix pullulat in corde regentiū: nisi ex
imitatōe illius q despectis angelorū socie
tatib9 dixit: Ascendam super altitudinē nu Esa. i4
bium: z similis ero altissimo. Q2 ergo vnus-
quisq3 rector: quotiens extollitur in eo q ce
teros regit totiens per lapsū superbie a sū
mi rectoris seruitio separatur: z cum equa-
les sibi subditos despiciteius super se dñū
sub quo omnes equales sunt nō agnoscit:
recte dr: qui dicit regi apostata.
Capitulum. 30.



Qua vero dum dominādo A
presunt: exemplo sue super
bie subditos ad impietatē
trahunt: apte subiungitur.
(Qui vocat duces ipios)
Ad viā nāq3 pietatis duce
rent: si subditorum oculis humilitatis exē
pla mōstrarent. Dux aūt est impius qui a
tramine veritatis exorbitat: z duz ipse i pre
ceps ruit ad abrupta sequentes inuitat.
Dux est impius q per tumoris exēplū vi
am ostendit erroris. Paulus dux impius
eē metuebat: cum potestatis sue celsitud nē
reprimebat dicens. Nec querētes ab homi
nibus gloriam neq3 a vobis neq3 ab alijs i. Thes. 2
cum possimus oneri esse: vt ipi apostoli: s3
facti sumus in medio vestrū paruuli. Par-

nulus in medio corā factus fuerat: q2 timebat ne si inter discipulos honorē sue celsitudinis vendicaret exempla elationis ostēderet. Timebat nimirū ne dū ipse sibi potestatem pastoralis potentie quereret grex subditus per abrupta sequeretur: et ad impietatē sequentes duceret q pietatis officium suscepisset. Unde necesse est: vt is q preest: q̄ exēpla subditis prebeat solerter attendat: et tātis se sciat viuere: quātis preesse ac vigilanter inspiciat: ne in eo q preiatus est intumescat: ne iure debite potestatis imoderātius exigat: ne discipline ius mutetur in rigorem supbie: et vnde a peruersitate subditos restringere poterat: inde magis inuentium corda
B puertat ne vt dictu3 est impietatis dux per officium pietatis existat. Non aūt deb3 hominū ducatum suscipe: qui nescit hoīes bene viuendo preire: neq3 ad hoc eligitur: vt aliorum culpas corrigat: qui qd resecare debuit ipse cōmittat. Hincinde se ergo q psunt circūspiciunt: vt sibi ex subditis viuant: vt bonū qd faciunt: et intra sinū mentis abscōdant: et tamē ex eo ad pfectum sequentium exempla recte operationis impartiāt: vt subditorū animaduertentes culpas corrigant: nec tamen per vim eiusdē animaduersiōis intumescant: vt quedā leniter correpta tolerent: nec tamē discipline vincula eadē lenitate dissoluant: vt quedā tolerandu dissimulēt: nec tamē eo crescere dissimulādo pmittant. Laboriosa sunt ista et nisi diuina gratia fulciat: ad custodiendū difficilia. Re
Sap.6. cte vero de aduentu districti iudicis per sapientie librū dicitur. Horrendū et cito apparebit: quoniā iudiciū durissimū his q psunt fiet. Quia ergo plerūq3 per potestatē regiminis ad culpa3 prorumpitur elationis: atq3 apud districtū iudicem ipsa elatio impietas estimatur: bene de dño per helin dicit̄. Qui vocat duces impios. De ipso qppe ducatu dum superbiunt exemplo suo subditos ad impietatem trahunt. Unde magnope curā
C dum est: vt qui regendis hominibus pserīt: apud se intra secretarium mentis in cathedra presideat humilitatis. Cūq3 iudicanti ei a ceteris assistitur vigilanti oculo icessanter aspiciat: cui quādoq3 iudici ipsi de his iudicandus assistat: vt quāto nunc ante eum quez non vident sollicitius trepidat: tanto eum cum viderit securior cernat. Pensat ergo quia ad satisfaciendum districto iudici de sua tantūmodu anima fortasse vix sufficit: et quot regendis subditis preest: reddende apud eum rōnis tempore: vt ita dicam tot solus animas habet. Que nimirū cogitatio: si assidue mentem excoquit: oēm supbie tumorem premit. Et rector pnudus tanto iam neq3 rex apostatā: neq3 dux impius vocabitur: quanto ei cogitatione sua sollicita potestas: que accepta est non honor: sed onus estimatur. Nā cui esse nunc iudicē libet: huic videre tunc iudicem non libet. Numerari enim culpe nequeunt que habende potestatis amore perpetrant̄. Tunc solū vero potestas bene geritur cum non amando sed timēdu retinetur. Que vt ministrari recte valeat: oportet primū: vt hanc nō cupiditas: sed necessitas imponat. Percepta autem nec pro formidine debent deseri: nec ex libidine amplecti: ne aut peius qs quasi ex humilitate superbiat: si diuine dispensationis ordine3 fugiendo contēnat aut eo iudicium superni rectoris subijciat: quo eum super ceteros priuatum regimen delectat. Potestas ergo cum percipitur nō ex libidine amanda est: sed ex longanimitate tolerāda: vt inde tunc ad iudicium salubriter leuis fit vnde nunc ad ministerium pacienter grauis innotescat.

Sancti Gregorij. Liber. 25. Ca. i.

i Ipsa huma
ne cōditionis qualitas A
indicat: q3 longe rebus ceteris pstat. Nam collata homini ratio asserit quantum: omnia que vel vita vel sensu vel ratione carent nature rationalis antecedit. Et tū q2 ab internis atq3 inuisibilibus oculos claudimur et inuisibilibus pascimur: plerūq3 hominē nō ex eo qd ipse est: sed ex his que circa ipsu3 sunt veneramur. Cūq3 non intuemur quid ipse sit: sed qd possit: in acceptione personarum: nō ex personis sed ex rebus adiacentibus ducimur. Sicq3 fit: vt is quoq3 apud nos intus i despectionem veniat: qui foris honorat̄: q2 dum pro his que circa illum sunt honorabi-

lis habetur: rebus suis in examine nostro
postponitur. Sed oīpotens deus vitā homi
num ex sola qualitate interrogat meritorū:
et sepe inde plus punit: vnde hic maiora ad
ministerium contulit: veritate attestante que
ait. Cui multū datū est: multum querit̄ ab
Luc.12. eo. Uñ bene nūc per helim dicit̄. Qui nō ac
cepit personam, principum nec cognouit ty
rānū cum disceptaret cōtra pauperē. Po
test aūt per principem vel tyrānū quisq̄ su
perbus intelligi: per pauperē vero humilis
designari. Tyrānū ergo disceptantē contra
pauperem: non cognoscit: q2 superbos oēs
vitam nunc humiliū deprimentes: iudicio
Luc.13. nescire se perhibet dicens. Nescio vos vn
de sitis. Et q2 sic potenter eū vult destruit:
sicut eum voluit potenter creauit apte rōci
nando subiungitur. ((Opus enim manuū
B eius sunt vniuersi.)) Atq3 mox subdit̄. ((Su
bito morientur: et in media nocte turbabun
tur populi et ptransibūt.)) Quālibet sero de
hac vita tollant̄ iniqui. subito et repēte tol
lunt̄: q2 finem suū cogitando p̄uidere nesci
unt. Subitū est quod ante cogitare non po
tuit. Subito diues ille raptus est qui horrea
que p̄parabat deseruit et inferni locū quem
non p̄uidebat inuenit. Ad aliud exercebat
aīam per cogitationem: sed ad aliud emisit
per sententiam. Aliud dum viueret contem
platus est: aliud dum moreretur expertus.
Reliquit diu tractata temporalia: et inopia
ta meruit eterna. Unde ei ppter hāc igno
rantiam cecitatis sue bene per diuinam sen
tentiam dicitur. Hac nocte repetunt animā
Lu.12. tuam a te. In nocte quippe ablata est que i
obscuritate cordis emissa. In nocte ablata
est: que considerationis lucem habere no
luit: vt quod poterat pati p̄uideret. Unde
bene discipulis futura cogitentibus Pau
lus apostolus dicit. Uos autem fratres nō
estis in tenebris: vt vos dies illa tanq̄ fur
i.Thes.5. cōprehendat. Uos filij lucis estis: et filij diei.
non sumus noctis neq3 tenebrarum. Dies
enim extrema tanq̄ fur in nocte ita comprehē
dit: quando stultorum animas futura non
preuidētes ejicit. Unde hic quoq3 apte sub
C iungitur. ((Et in media nocte turbabuntur
populi: et pertransibunt.)) In media enī no
cte turbati pertrāseunt: qui obscuritate sue
negligentie humiliati rapiuntur. Tūc tur
babuntur per sententiam iudicis qui nunc
turbari negligunt per humilitatem cordis.
Electi autem ne inuiti turbentur in morte
sponte turbantur in humilitate. Unde san
cte ecclesie de conuersa prole persecutorum
dicitur. Uenient ad te curui filij eorū qui Ysa.60.
humiliauerunt te. Et bene de dormientibus
populis non ait: trāsibunt sed pertransibūt.
Quia etiā viuendo temporaliter quotidie
ad finem tendimus: et presentem vitā qua
si quandam viam subigendo trāsimus: hoc
ipm morituros viuere quasi ad mortem ire
est: vt quot dies vite peragimus quasi in iti
nere ad locum propositum: tot passibus p
pinquamus. Ipsa quippe augmenta detri
menta sunt temporum: quia vite nostre spa
cia quanta esse ceperint. incipiunt iam tan
ta non esse.

Capitulum. 2.

Rimus vero homo ita con
ditus fuit: vt manente illo
decederent tempora nec cū
temporibus ipse transiret. D
Stabat enim momentis de
currentibus: q2 nequaq̄ ad
vite terminum per dierum incrementa tēde
bat. Stabat tanto robustius: quanto sem
per stanti ardentius inherebat. At vbi veti
tum contigit: mox offenso creatore cepit ire
cum tempore. Statu videlicet immortalita
tis amisso: cursus eum mortalitatis absor
buit. Et dum a iuuentute ad senium: senio
traheretur ad mortem: transeundo didicit:
stando quid fuit. Cuius nos q2 de propagi
ne nascimur: radicis amaritudinem quasi
in virga io retinemus. Nā quia ex illo ori
ginem ducimus: eius cursum nascendo sor
timur: vt eo ipso quotidiano momento quo
viuimus: incessanter a vita transeamus: et
viuendi nobis spacium vnde crescere credi
tur: inde decrescit. Quia ergo ad summam
moriendi quotidie tendimus per incremen
ta viuendi: bene de morientibus nequaq̄
transibunt dicitur: sed pertransibunt: quia
transeunt etiam dum viuunt: sed pertrāseūt
dum moriūtur. Sequitur. ((Et auferēt vio
lentum absq3 manu subaudis diuina iudi
cia.)) Absq3 manu vero auferent eū qui ma
nu violentus fuit. Absq3 manu vero aufe
rent: quia videlicet subito exitu vrgente inui
sibiliter rapitur: qui visibiliter rapiebat. Ui
dit ipse quos rapuit: sed quis illum i morte

rapiat non videt: absq; manu enim violentus aufertur: q2 raptorem suum nõ intuetur; et tamen ducitur. Quem tanto sequitur districtior sententia: quanto peccanti ei magna est patientie prerogata; q2 diuina seueritas eo iniquum acrius punit: quo diutius pertulit. Sepe vero euenit: vt du3 peccatores superna clementia expectat: in maiorem cordis cecitatẽ prosiliant. Unde scriptum est. An ignoras quia benignitas dei ad penitentiam te adducit. Tu autem secũdum duritiam tuam. et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire et reuelatiõis iusti iudicij dei. Et ecce dum violentus quisq; quos valuerit rapit: dum inualidos opprimit: et dum diu omne quod nequiter concupiscit exercet: quia non subito percutit: sed eius in finem pena differtur: nequissima eius actio a deo videri non creditur. Unde apte postq; eius narrauit interitum: illico de dño adiungit dicens. Oculi eni3 eius super vias hominum: et omnes gressus eorũ considerat. Tunc enim nequaq; considerare credebatur quãdo violentus iste omne malum quod poterat inulte perpetrabat. Estimabatur deus iniuste acta non cernere q2 differebat iuste dãnare: et magna ei9 patientia: quasi quedam negligentia putabatur. Iniquus quoq; ipse totiens se in peccatis suis nõ videri se a deo credidit quotiẽs inulte peccauit. Cui per quendam sapientẽ dicitur. Ne dicas peccaui: et qd accidit mihi triste? Emendare non vult nequiciã pro qua dignam non pertulit penam. Qui quo pic expectatus est: eo est ad peccandũ nequiter instigatus: et patientie superne longanimitatem despiciens: vnde corrigere culpa3 suam debuit inde cumulauit sicut p eundẽ Job dicitur. Dedit ei deus locũ penitẽtie: et ille abutitur eo in superbiã. Sepe etiã qa penã quã mererẽ repente non suscipit: hoc ipsu non deo estimat displicere quod facit.

Capitulum. 3.



Ut itaq; nunc et ad quaslib3 blasphemias presumendo prũpat: voluptatum suarũ nequicias impleat: aliena rapiat innocentium oppressione satietur. Et qa nec du3 percutitur: vias suas a domino aut nõ videri estimet: aut quod peius est approbari. Ueniet profecto veniet eterna et repentina percussio: et tunc cognoscet a deo cuncta conspici: quãdo se inimprouiso extu viderit pro cunctorum retributione damnari. Tunc in pena sua oculos aperit: quos diu tenuit clausos in culpa. Tunc considerasse omnia verũ iudicem sentit: quãdo maloru3 suorum meritum iam euadere sentiẽdo nõ possit. Iniquus ergo qui diu expectatus ẽ: iccirco est repente sublatus qa oculi domini super vias hominum: et oẽs gressus eorũ considerat. Ac si diceret: q2 ea que diu patienter conspicit: quandoq; inulta non deserit. Nam ecce subito violentum rapuit: et mala eius que expectãdo pertulit: animaduertendo resecauit. Nemo igitur dicat humana facta deum non cernere: cum iniquũ quempiã iniquitates suas libere prospicit cumulare. Subito enim tollitur qui diu toleratur. Gressus vero hominum vocat: vel singulas operationes quibus innitimur: vel alternantes motus intime cogitatiõis quibus quasi passibus vel longe a dño recedimus: vel pic domino propinquamus. Ad deum enim quasi tot gressibus mens accedit quod bonis motibus proficit. Et rursu3 tot gressibus longe fit: quot malis cogitationibus decrescit. Unde plerũq; contingit: vt nec dum procedat in opere motus mentis: et tamen perfecta iam culpa sit ex ipso reatu cogitationis: sicut scriptum est. Manus in manu non erit innocens malus. Manus enim manui iungi solet quando quiescit in ocio: et nullus eũ vsus laboris exercet. Manus ergo in manu non erit innocẽs malus. Ac si diceret. Et cum manus cessat ab iniquo opere: malus tamen non est innocẽs p cogitationez. Quia ergo nouimus quod districte oĩa nõ solũ facta. Sed saltẽ cogitata pensent quid faciemus de incessa mali operis si sic subtiliter deus iudicat gressus cordis? Ecce occulta mentis nostre itinera nullus hominũ videt: et tñ ante dei oculos tot gressus ponimus qt effectus mouemus.

Capitulum. 4.



Otiens ante illum labimur quotiens a recto itinere infirme cogitatiõis pede claudicamus. Nisi enim in conspectu ei9 iste assiduus nostrarũ mentiũ lapsus icresce-

Ro.2.

E

Eccli.5.

A

B

C

Pro.il

D

ret: per prophetam scilz non clamaret. Aufer
Isa. i. te malum cogitationum vestrarū ab oculis
meis. Hec nimirum dicens vim coopte no-
stre malicie quasi ferre se non posse testat.
Que cooperta illi esse non potest: qr videlz
importune eius conspectu ingeritur: qcqd a
Hebr. 4. nobis illicitum occulte cogitatur. Oīa enim
sicut scriptum est. Nuda et aperta sunt ocu
lis eius. Unde hic quoqꝫ apte subiungitur.
Non sunt tenebre et non est vmbra mortis:
vt abscondatur ibi qui operant iniquitatē.
Quid per tenebras nisi ignorantiā: et quid
per vmbram mortis nisi obliuionez studuit
B designare? De quorundam quippe ignorā
Ephe. 4. tia dicitur. Tenebris obscuratum habētes
Psā. 145. intellectum. Et rursum de obliuione que in
morte contingit scriptum ē. In illa die peri
bunt oēs cogitationes eorum. Quia ergo p
mortem funditus obliuioni tradit: quicqd
viuendo cogitatur: quasi quedam vmbra
mortis obliuio est. Sicut enim agit mors i-
teruenienꝭ non esse quod fuit in vita: ita in
teruenienꝭ agit obliuio non esse qd fuit in
memoria. Recte itaqꝫ vmbra eius dicitur:
quia velut de ipsa exprimitur: dum vim il-
lius sopiendo sensus imitatur. Deus autez
quia mala hominum nec cogitata ignorat:
nec perpetrata obliuiscitur nisi ab eius ocu
lis penitendo deleantur cōgrue dictum est:
non sunt tenebre: et non est vmbra mortis:
vt abscondantur ibi qui operant iniquita-
C tem. Ac si diceret. Idcirco eius iudicio nul-
lus abscōditur: quia nullatenus potest: aut
non videre quod facimus: aut obliuisci qd
videt. Quāuis intelligi tenebre vel vmbra
mortis etiam aliter possunt. Omnis nāqꝫ
immutatio: velut quedam mortis imitatio
est. Id enim qd mutat quasi ab eo qd erat
interficitur: vt desinat esse qd fuit et incipiat
esse qd non fuit. Lumen igitur verum crea-
tor videlz noster: qa nulla mutabilitatis vi-
cissitudine tenebrescit a ullis nature sue de-
fectibus obumbratur: sed eius esse sine mu-
tabilitate fulget ē tenebre ei vel vmbra mor
Jaco. i. tis dicitur ei non inesse. Unde alias scriptū
est. Apud quez non est transmutatio nec vi-
i. Thi. 6. cissitudinis obumbratio. Et vnde rursus
Paulus apostolus dicit. Qui solus habet
immortalitatem: et lucem inhabitat inacces-
sibilem.

Capitulum. 5.


Ed cum cuncti nouerimus
qꝫ et humana anima et an- A
gelica spiritus sint immorta
les instituti: cur ab aposto-
Ps. 147 tet verbum suum: et liquefaciet ea: flavit spiritus eius et fluent aque. Aque de gelu currunt: quia plerique ex duris persecutoribus magni predicatores fiunt. Gelu igitur in aqua liquatur: cum torpor interni frigoris ad irrigationem vertitur predicationis. An Paulus gelu non erat: qui acceptis epistolis damascum pergens in corda fidelium quasi in terra dei iactata verbi semina ne ad perfectionem operum surgerent: restringere querebat. Sed gelu hoc in aquam rediit: quia quos persequendo prius premere studuit. hos postmodum fluentis sancte exhortationis infudit: ut tanto uberior electorum messis exsurgeret: quanto hanc imber dei etiam ab ore persecutoris irrigaret. Unde et bene subditur.

Capitulum 22.

Rumentum desiderat nubes.)) Quid enim electi quique sunt: nisi frumenta dei celestibus horreis recondenda? Que nunc in tritura aree paleas tolerant: quia in hac purgatione sancte ecclesie mores contrarios reproborum portant quousque hec internus agricola ventilabro iudicii dirimat: et in superna habitacula electos suos quasi munda iam grana suscipiens: eternis paleas ignibus tradat. Unde bene per Joannem dicitur. Cuius ventilabrum in manu sua: et per- Mat. 3.
mundabit aream suam: et congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. Sed hoc frumentum quousque ad perfectionem fructuum veniat: nubium pluvias expectat ut crescat: quia bonorum mens predicantium verbis infunditur: ne ab humore charitatis desideriorum carnalium sole siccetur. Hoc frumentum supernus agricola in mundo surgere: ac nubes desiderare conspexerat cum dicebat.
Messis quidem multa: operarii autem pau- Mat. 9.
ci: Rogate autem dominum messis ut mittat operarios in messem suam. Qui igitur hic frumentum. illic messis: qui vero hic nubes: illic operarii vocantur: quia predicatores sancti et nubes sunt et operarii: nubes videlicet per doctrinam: operarii per vitam: nubes quia verbis influunt: operarii quia non desinunt agere quod loquuntur. Unde et subditur. ((Et nubes spargunt lumen suum.)) Nubes enim lumen spargere est: predicatores sanctos exempla vite et loquendo et agendo dilatare. Sed quamvis b
annunciationis sue lumen spargant. non tamen ad convertenda omnium que appetunt corda pertingunt. Nam sequitur. ((Que lustrant cuncta per circuitum: quocunque eas voluntas gubernantis duxerit.)) Sepe enim predicatores sancti exhortari quosdam volunt: sed nequeunt. Sepe quosdam declinare appetunt: sed tamen interne instigationis impulsu exhortari eos instantissime compelluntur. Videamus nubem dei quomodo gubernantis manu et ad ea que non appetit ducitur: atque ab impulsu suo re-

rum gubernantis manu retinetur. Certe Paulus cum vestimenta sua excutiens a corinthijs discedere vellet audiuit. Noli ti mere sed loquere: ⁊ ne taceas: ꝓpter ꝙ ego tecū sum: ⁊ nemo apponetur tibi vt noce at te: quoniam multus est mihi populus in hac ciuitate. Rursum cū ad thessolonicen
C ses voluisset ire: retentus est dicens: Volui venire ad vos ego qdem Paulus: ⁊ semel ⁊ iterū: sed impediuit me sathanas. Necꝫ enī per semetipsum sathan prepedire potu it tanti apostoli vias: sꝫ occulte dispēsatio nis vsibus dū aduersatur: nesciens deserui uit: vt nimirū Paulus dum ad alios vellet nec valeret: eis a qbus recedere non pote rat altius ꝓdesset. Nubes igitur dei cūcta per circuitum lustrant: qꝛ predicatōis luce mundi fines illuminār. Sed qꝛ diuinis nu tibus subdite nequeunt: explere quod vo lunt: ire nō possunt: nisi quo eas voluntas gubernantis duxerit. Unde ⁊ adhuc subiū gitur. Ad omne quod precipitur eis sup faciem orbis terre. Sepe enim cū guber nantis voluntate ꝑducūtur: aliter agere ap petunt: sed aliter disponūtur. Nam plerūꝗ quosdā auditores suos student blande cor rigere: ⁊ tamē eoꝝ sermo in asperitatem du citur: plerūꝗ quosdam resecare aspe appe tunt: sed tamē eoꝝ vigor per māsuetudinis spūm refrenatur. Sicut ergo non possunt
D ire quo volunt: ita etiam nequeūt agere si cut volunt. Quia enim eos internus arbi ter tenet cū mittit: ita illos etiā modificās suscipit cū ꝑducit: vt aliqñ i cogitatōe alia disponant: sed alia in opere peragant: ali quando aliter inchoent: sed aliter ↄsumēt. Quia igitur iuxta hoc quod sibi precipitur seruiunt: dicatur recte. Quocūꝗ eas volū tas gubernanti s duxerit: ad omne qđ prece perit illis superfaciē orbis terre. Eo enim aptiorem viam predicatōis inueniunt: quo ad hanc nō cum suis: sed preceptoris sui nutibus ducuntur. Unde adhuc subditur. Siue in vna tribu siue i terra sua: siue in quocūꝗ loco misericordie sue eas iusserit i ueniri. Una trib⁹ ꝑfecto iuda itelligitur: q̄ in scriptura sacra clara ac multiplex pre ceteris memoratur. Que in hoc quod ex se redemptoris nostri carnem ꝓtulit speciale pre omnibus munus accepit. Terra autē dei simul omnis iudea nominatur. Que tūc

ei fidei sue fructū protulit: cum totus sub idolorum cultu delapsis gentib⁹ mundus
E errauit. Locus aūt misericordie dei ē ipsa gentilitas: cuius culpas districtus iudex si iuste animaduerteret: ad reconciliationem grē nunꝗ veniret. Que cū nulla apud de um merita habuit: reconciliationis tamen grām ex sola misericordia accepit. Uñ per Ro.15.
Paulum dr̄: Gentes aūt super misericor dia honorare deū. Unde rursus scriptū ē: i. Pe. 2.
Et que nō secuta misericordiam: nūc autē misericordiam consecuta. Nubes ergo su as deus ducit: siue in vna tribu: siue in terra sua seu in quocunꝗ loco misericordie sue eas iusserit inueniri: qꝛ predicatores vete ris nouiꝗ testamēti aliquando soli tribui iude cōtulit: ⁊ israel pene totū ex prana re gum gubernatōe reprobauit. Aliquando ⁊ in terra sua has pluere nubes facit: qꝛ eun dem israeliticū populum ad antiquā grāꝫ post correctionem captiuitatēꝗ reuocauit. Aliquādo de loco sue misericordie eas clā rescere voluit: qꝛ per predicatores sanctos etiam gentibus virtutum miracula ostēdit vt sola misericordia a iugo erroris absol ueret quos ingenite perfidie ira deprime bat. Capitulum. 23.



Ed ecce heliu qꝛ futu ra per ꝓpheticum spiri tuꝫ sensit: qꝛ multa sub
F limiter ꝓtulit vir arro gans elatōis sue pōde re lassatus: non valet portare que dicit. Naꝫ per iactantiam ꝓtinus adiungit. Ausculta hec Job: sta ⁊ cōside ra miracula dei. Quasi in comparatione sui iacentem vidit quem ad ꝟba tante pre dicatōis vt staret ammonuit: ꝗuis et per hoc quod dicit ausculta: grauē beato Job cōtumeliam irrogat: qꝛ sicut iam illo ⁊ su perius dixim⁹ arrogantia minoris est: audi tum sibi velle extorquere maioris. Sed li cet heliu bona que dicit nesciat pēsare cui dicit: nos q erudiri ab hominibus querim⁹ indagare ꝟba doctrine illius subtiliter de bemus. Nam magna fortasse virtutis ar te dr̄: sta ⁊ considera miracula dei. Sūt nō nulli qppe q dei miracula iacentes cōside rant. q operatōis eius potentiam nō sequē tes ammirānt. Stare qppe ē recta agere.

1.Cor.10. Unde per paulum dicitur. Qui se existimat
stare: videat ne cadat. Et sepe qdam super
na iudicia mirant: predicaméta celestis pa
trie cum audiunt diligunt; mira opa inter-
ne dispositionis obstupescunt: sed tñ aman
do ⁊ viuendo ad hec eadem opera assurge
re negligunt. Jacētes ergo dei miracula cō-
siderant qui eius potentiā sciendo pensānt
B sed viuendo non amāt. Per contemplatio
nem quidem in consideratione oculos ten-
dunt: sed tamē per intentionem sese a terra
nō erigunt. Unde bene in balaā exprobra-
tione dicitur. Qui cadens apertos hȝ ocu-
los. Multa nāq; de aduentu redemptoris
dixerat: ⁊ que in nouissimus temporib⁹ erāt
ventura puidebat: sed tñ ei viuēdo assurge
re noluit: quē preuidēdo pdicauit. Jacens
ergo apertos oculos habuit: cum eius men-
tem: ⁊ pphetia ad celestia tenderet: ⁊ aua-
ritia in terra retineret. Jacens ergo aptos
oculos habuit: qꝛ eum videre de supiorib⁹
potuit quē pstratus in infimis nō amauit.
Uelin itaq; qui beatum Job nequaq; cre-
didit viuēdo tenuisse qd dixit: quasi ammo
nens dicit. Sta ⁊ considera miracula dei.
Quē adhuc de venturis discutit: ⁊ quasi de
ignorantia humilians adiungit. Nunquid
scis quādo pceperit deus pluuijs: vt ostēde
rent lucem nubiū eius. Si nubes sancti pdi
catores sunt: pluuie nubium sunt verba pre
C dicationum. Sed nubes cū per aera trāsuo
lant nisi pluuie deorsum veniāt nesciť: quā-
tam aquarū immēsitatē portant: nisi corru-
scus sol inter pluuias erumpat: intellig nō
valet quid in eis etiam claritatis lateat: qꝛ
nimirum pdicatores sancti si taceant: ⁊ ne-
quaq; loquentes ostendant quanta sit cele-
stis spei claritas quā in cordibus gestant:
aut reliquis hominib⁹ similes: aut lōge his
despectatiores videntur. Cum autem aperi
re per predicationem ceperint que sit super
ne patrie remuneratio: quam intrinsecus te
nent cum psecutione pressi in qua virtutis
arce profecerint innotescunt: eum visiōe de-
specti loquendo insinuant vnde timeantur
ipse que nubibus insinuant pluuie lucem no
bis earūdem nubium ostendunt. Per ver-
ba enim predicatorum agnoscimus: vt i eis
claritatem vite quā appetunt cum magna
humilitate veneremur. Hanc nimirum lu-
cem paulus discipulis ostendebat cum dice
ret. Ut sciatis que sit spes vocationis eius Ephe.1.
que diuitie glorie hereditatis eius in san-
ctis: ⁊ que sit supereminens magnitudo vir-
tutis eius in nos: qui credimus. Hanc lucē
corynthij per scriptorum verba quasi p plu-
uie guttas agnouerant cum dicebant. Epi- 2.Cor.10
stole graues sunt ⁊ fortes: psentia aūt cor-
poris infirma: ⁊ sermo contemptibilis.

Capitulum. 24.



Ed plerūq; pdicatores san A
cti ostendere semetipsos vt
prosint capiunt: nec tamen
possunt plerūq; latere: vt
quieti sint: appetunt: nec ta
men permittuntur. Nemo
igitur scit quando lucem nubiū pluuie ostē-
dant: quis nemo comprehendit quādo de⁹
virtutem pdicationis prebeat: vt pdicantiū
gloria clarescat. Dicit ergo. Nunqd scis
quādo preceperit deus pluuijs: vt ostende-
rent lucem nubium eius? Ac si apte dicat.
Nunquid si venturos in mūdo predicato-
res iam conspicis: quādo eos ad predican-
dum dominus repletione sancti spiritus re
pellat quibusue modis eorum vite claritatē
mundo innotescat apprehendis. Unde ad-
huc apte subiungitur. Nunqd nosti semi-
tas nubium magnas ⁊ pfectas scientias?
Habent iste nubes semitas subtilissimas. s.
sancte predicationis vias. Angusta quippe
porta est que ducit ad vitam. Eos ergo p
semitas astringunt qui ab intentionis cor- B
tramite per lata mundi desideria euagādo
non exeunt. Arcta eniȝ bene viuendi censu-
ra non est ampla via sed semita: in qua pre-
dicator quisq; studiose constringitur: quia
sub preceptorum studia sollicite coangusta
tur. An non quasi quedaȝ angustia est itine-
ris in hoc quidem mundo viuere: sed de hu
ius mundi cōcupiscentia nihil habere: alie-
na non appetere: propria nō tenere: laudes
mundi despicere: ⁊ pro deo obprobria ama
re: gloriam fugere: despectum sequi: adulan
tes despicere: despicientes honorare: mala
nocentium ex corde dimittere: ⁊ erga eos di
lectionis gratiam immobilem in corde reti-
nere? Que videlicet omnia semite sunt: sed
magne: quia quanto in psenti vita pro ipsa
viuendi custodia angustē sunt: tāto amplı⁹
in eterna retributione dilatantur. Unde ⁊
bene subditur. Et perfectas sciētias. Per-

fecta quippe scientia est: & cuncta hec sollici
te agere: & se de suis meritis scire nihil esse.
Unde & ipse nubes de hac perfecta sciētia
docentur: cum eis voce veritatis dicitur. Cū
Luc. 17. fecceritis omnia que precepta sunt vobis: di
cite servi inutiles sumus. Perfecta scientia
est scire omnia & tamen intra quendam mō
dum scientem se esse nescire: q: & si iam dei
precepta novimus: & si iam virtutem verbo
rum illius sollicita intentione pensamus: et
si iam que intellexisse nos credimus agim⁹:
adhuc tamen acta eadem qua districtione
examinis sint discutienda nescimus: nec dū
dei faciem cernimus: nec dum occulta eius
consilia videmus. Quanta ergo est nostra
scientia que quousq; mortalitatis nostre pō
dere premitur: ipso sue incertitudinis nubi-
lo cecatur. De quo bene per Paulum dici-
tur. Qui se existimat scire aliquid nondum
1. Cor. 8. cognovit quemadmodum oporteat eum sci
re. In hoc itaq; mundo dum vivimus: tunc
perfecte que scienda sunt scimus: cum profi
cientes per intelligentiam nil nos perfecte
scire cognoscimus. Dicitur igitur. Nunquid
nosti semitas nubium magnas: & perfectas
scientias. Ac si aperte dicat. Nunquid iam
B summa acta predicantiū conspicis: q post-
q per scientiam ad alta se elevant: deorsū
se humiliter per cognitionem sue ignorātie
inclinant. Quod quia solo sancti spiritus
dono agitur: vt humanum cor non solū de
scientia: sed etiam de ipsa sua ignorātia per
fecte doceatur: & calore amoris ad superna
ferveat: dum minora esse que cognovit i in-
fimis pensat recte subiungitur. Nonne ve
stimenta tua calida sunt: cū perflata fuerit
terra austro? Sepe autem beatum Job fi-
guram sancte ecclesie tenere iam diximus.
Vestimenta vero ecclesie sunt omnes qui ei
fidei adunatione iunguntur. De quib⁹ ei-
dem ecclesie per prophetam dominus dicit
Vivo ego: quia omnibus his velut orna-
Esa. 49. mento vestieris. Per austrum vero qui ni
mirum calidus ventus est: nō immerito spi
ritus sanctus designatur: quo quisq; dum
C tangitur: ab iniquitatis sue torpore libera-
tur. Unde bene in canticis canticorum dici
tur. Surge aquilo & veni auster perfla ortū
meum & fluent aromata illius. Aquilo cuiū
iubetur vt surgat: vt nimirum is qui morta
lium corda restringit adversarius spiritus

fugiat. Auster enim venit & ortum perflat:
vt eius aromata diffluant: quia per adven
tum sancti spiritus dum mens hominū re
pletur: ex ea mox opinio virtutum aspergi-
tur: vt iure iam sanctorum lingua quasi or-
tus austro perflatus dicat. Christi bonus 2. Cor. 2
odor summus deo. Vestimenta ergo sancte
ecclesie calida sunt: dum terra austro per-
flatur: quia hi qui ei per fidem inherent fer
ventibus charitatis studiis inardescunt dū
eorum mens sancti spiritus afflatu perfun-
ditur. Quod quidem & de eodē beato Job
nil obstat intelligi: quia si hec generaliter in
sancta ecclesia diximus: vt tamen per mem
bra eius singula specialiter teneam⁹. Unus-
quisq; enim qui recte vivit: atq; hoc & ali-
os docere consuevit quasi tot vestimenta
habet: quot auditores ei concorditer inhe-
rent.

Capitulum. 25.



Natura namq; vestimento-
rum est: vt per semetipsa ca
lere non possunt: sed ad inn A
cta viventi corpori: dū ex ca
lentes membrorum poros
contegunt: emanentem ab
intimis calorem premunt: quo nimirum ca
lore hec eadem vestimenta calefiunt: sed ca
lefacta calorem quē acceperint retinendo
ad corpus reddunt. Quid ergo per vesti-
menta viventi corpori adherentia: nisi di-
scipulorum vita magistris bene viventibus
coniuncta signantur. Que quasi per poros
calorem accipit: quia ad amorē dei & exem
plo actionis & impulsu exhortationis igne-
scit: que velut frigus proprium expellit: dū
a pristina iniquitate discedit: calorem quē
accepit retinet: quia in eo quem predican-
do sumpserit fervore convalescit. Docto-
res autem sancti dum auditores suos in
amorem dei proficere sentiunt ipsi amplius
in doctrine virtute fervescunt: & quia eos
ad summa inardescere & fervere conspici-
unt: ad predicanda bona celestis patrie va
lidius succenduntur. Qui & si quando pro
eo quo adhuc vitam corruptibilem huma- B
ne infirmitatis agunt: de qualibet culpa sal
tem tenuiter in opere: in locutione: in cogi-
tatione contemplantur: discipulorum suo-
rum profectum conspiciant: & ipsi vel in mi

nimis esse reprehensibiles erubescunt: ne qua forte exempla fortitudinis prebeant eis: quos predicationis voce ad regulam intime rectitudinis vocant. Dum ergo verbo doctorum accenduntur: auditores: quasi ex viuenti corpore vestimenta calefiant. Sed dum ex profectu auditorum etiam vita docentium proficit quasi ex calefactis vestimentis calor ad corpus reddit. Sed nequaq̃ sibi doctores tribuant q̃ per exhortationem suam ad summa proficere auditores vident: quia nisi spiritus sanctus eorum corda repleat: ad aures corporis vox docentium incassum sonat. Formare enim vocem magistri exterius possunt: sed hanc imprimere interius non possunt. Neq̃ eni qui plantat est aliquid: neq̃ qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Dicatur ergo.

C Nonne vestimenta tua calida sunt: dum perflata fuerit terra austro: Quis nimirum tunc auditores qui iam bene viuentibus doctoribus inherent: calorem superni amoris accipiunt: cum per afflatum sancti spiritus excitantur: ac si aperte beato Job diceret: incassum tibi tribuis: si quos per te profecisse in virtutibus contemplaris: quia si quos per te incaluisse estimas nisi eos spiritus sancti feruor attingeret: frigidi in sua insensibilitate remanerent.

Postquā vero hec fortiter dixit: per arrogantiam leuiter motus: irrisionis illico verba subiungit dicens. ¶ Tu forsitan in eo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere fusi sunt. Possunt per celos hi qui in celestibus sunt conditi angelici spiritus designari. Unde et in oratione nostra dicere

Mat. 6 voce veritatis instruimur. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra: vt nimirum voluntas dei: sicut a superiori creatura agitur: ita in omnibus etiam ab humana infirmitate seruetur. De quibus bene dicitur. Qui solidissimi quasi ere fusi sunt.

D Natura nāq̃ eris est rubigine difficile consumi. Et virtutes angelice que in diuino amore fixe persteterunt: lapsis superbientibus angelis: hoc in munere retributionis acceperunt: vt nulla iam rubigine surripientis culpe moderantur: vt in contemplatione conditoris sine felicitatis fine permaneant: et in hoc quod sunt condite eterna stabilitate subsistant. Quod bene apud moysen ipsu de mundi origine hystorie verba testantur cum et prius factum celum dicitur: et hoc idem postmodum firmamentum vocatur: quia videlicet natura angelica: et prius subtilis est in superioribus condita: et post ne vnquaz potuisset cadere mirabilius confirmata. Possunt etiam per celos: vt sepe diximus electorum mentes exprimi: a cunctis terrenis contagijs intimo amore suspense. Qui quamuis corpore degant in infimis: quia tamen corde iam inherent summis: veraciter dicunt. Nostra E
conuersatio in celis est. Qui solidissimi vt ere fusi sunt quia ab integritate cepte fortitudinis nulla mutabilitatis rubigine consumuntur. Quibus et fortiter contra aduersa durantibus auctoris voce dicitur. Vos Jo. 15.
estis amici mei: qui permansistis mecum in tentationibus meis. Sed quamuis doctus et arrogans eum irridere sanctum virum nititur irrisioni sue fortia dicta permisceat: adiectis tamen fortibus semper ad superuacua verba relabitur. Nam iterum eum deridendo subiungitur. ¶ Ostende nobis quid dicamus ei nos quippe inuoluimur tenebris. Ac si dicat tu qui iam magna luce intelligentie perfrueris: docere nos qui ignorantie tenebris inuoluimur debes. Qui mox ab irrisione resiliens despiciendo subiungit. Quis narrabit ei que loquor. Ac si aperte dicat: que ego de suis laudibus actae sentiens nō audita loquor: quis hec narrare vel postquā audierit potest. Sed quia cum doctrina et arrogantia in vnius mentis habitatione confligit: a loquentis ore non solum sonat viuendi leuitas: sed etiam grauitas sentiendi. Postquam helin in arrogantiam leuiter intumuit dicens: quis narrabit ei que loquor mox per doctrinam subdidit.

Capitulum. 16.


Etiam si locutus fuerit homo deuorabitur. Omne quod aliquid deuorat hoc introrsus trahens ab intuētu oculis occultat: et rē que videri in superficie potuit A

in profundum rapit. Homo igitur cum de deo tacet per rationem in qua est conditus esse aliquid videtur. At si loqui de deo ceperit illico q̄z sit nihil ostenditur: quia magnitudinis illius immensitate deuoratur: et quasi in profundum raptus absconditur: quia fari ineffabilem cupiens: ipsa sue ignorātie angustia deglutitur. Loquitur enim caro de spiritu: circūscriptus spiritus de incircūscripto: creatura de creatore temporalis de eterno: mutabilis de immutabili: mortalis de viuificante: et cum in tenebris positus internum lumen sicut est nesciat homo: de eternitate differere cupiens: cecus de luce loquitur: Si ergo locutus fuerit homo deuorabitur: quia si effari homo eternitatem appetit: etiam hoc sibi subtrahit quod de illa vel tacitus sentit. Sed ecce eternitas tunc hominibus vere innotuit: cum se eis humanitate suscepta monstrauit. Que q2 needum reuelata fuerit de eisdem hominibus: recte subiungitur. At nunc nō vident lucem. De qua nimirum luce etiam per prophetam dicitur. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Sed hec eadem lux qualiter ab hominibus videatur insinuat: cum protinus subdit. Subito aer cogitur ī
B nubes. Aer quippe ipsa sua tenuitate spargitur: vt nulla firmitate solidetur. Nubes autem tanto firmiores sunt: quanto densiores. Quid ergo per aerem nisi mentes secularium designantur: que innumeris hui9 vite desiderijs dedite: huc illucq̄z more aeris fluide disperguntur. Sed aer in nubes cogitur: cum fluxe mentes per superni respectus gratiam virtutis soliditate roborantur: vt intra sinum cordis recta sentiendo se colligant. Et in vanis cogitationibus non liquescant. Aer petrus fuerat: cum per terrena desideria sparsus: cum quasi aura transiens pro vita carnis cura piscationis agitabat. Aer etiam apostoli omnes extiterant: qui iam per legem alta didicerant: sed nec dum per fidem firma sapiebant. Subito autem aer in nubes coactus est: quia per respectuz superne gratie fluxa corda piscantium i soliditatem versa sunt predicatorum: vt cordi infirme cogitationes fortia sentiendo densescerent: et more nubium aquas scientie caperent: et subter iacentem terram verbis predicationis irrigarent: que peracto ministerio ad celi secreta recurrerent: atq̄z ad eternam requiem finito labore peruenirent. Unde et bene mox subditur. ((Et ventus transiens fugabat eas.)) Uentus quippe ē transiens vita presens. Uētus ergo transiens nubes fugat: q2 mortalis vita percurrens predicatores sanctos a nostris oculis corporaliter occultat. Uentus ergo trāsiens nubes fugat: quia vite temporalis excursus a carne apostolos subtrahit: et eos a terre superficie in secreta requie quasi in celorum cardine abscondit. Sed quia vsq̄z ad mortem predicare non desinunt: et presentis vite spacium more nubium cum verborum pluuia excurrunt quid eorum laboribus in sancta ecclesia agatur adiungit cum protinus subdit. ((Ab aquilone aurum veniet.)) Quid per aquilonem nisi peccati frigore cōstricta gentilitas designatur: quaz ille sub iure sue tyrānidis tenuit: qui superbiens dixit. Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: ero similis altissimo. Quid vero auri nomine: nisi anime fideles exprimuntur: De quibus p Hieremiā dicitur. Quomodo obscuratum est auruz: mutatus est color optim9. Aurum quippe obscuratum doluit: quia in quibusdam claritatem innocentie versaz in culpe nigredinem vidit. Ab aquilone ergo aurum venire dicitur: quia per respectū gratie redemptoris a gentilitate dudum perfidie torpore frigida: intra sanctam ecclesiaz preciosa deo vita fidelium multiplicatur. Ab aquilone etenim aurum venit: cum in ipsis idolorum cultoribus vera in domino fides clarescit. Sed conuersis ad fidem gentibus iudes contradicit: et ad premia retributionum celestium dedignatur suscipe eos qui dudum fuerant cultores idolorum. Unde post conuersionem gentium petro dicitur quare introisti ad viros preputium habentes et comedisti cum eis: Quo contra recte per Isaiam dominus dicit. Dicam aquiloni da: et austro noli prohibere. Sicut enim per aquilonem gentilitas: sic per austrum iudea signatur. Que quasi meridiano sole incaluit: quia redemptore in carne apparente: feruorem fidei prima suscepit. Aquiloni ergo da dicitur: cui offerre deo sue fidei munera gentilitas imperatur. Austro autem iubetur ne prohibeat: qa hebreis in fide cō

Margin: C (beside "siens fugabat eas"); Isa. 14 (beside "bo in monte testamenti"); D (beside "tibus iudes contradicit"); Hiere. 4 (beside "ni da: et austro noli prohibere").

sentibus precipitur: ne vitã gentiũ repellẽ
do condemnent. Unde hic quoq; q: dictũ
est: ab aqlone aurum veniet: apte subiũgi-
tur ((Et a deo formidolosa laudatio)) Sic
enim a deo dr: ac si ab his q in parte dei sũt
.i. fidelib⁹ diceretur. Auro igitur ab aqlone
veniente a deo formidolosa laudatio pdijt
q: dum claritatẽ sue fidei gentilitas obtu-
lit multitudo hebreoꝝ fidelium diuina iudi-
cia ptimescendo laudauit. Sz quõ ab aqui
lone veniat aurũ quõ ab his q sub deo sont
formidolosa laudatio erumpat: ipsa nobis
hystoria sacri eloquij ostendat. Scriptum
quippe est: Cornelius centurio cohortis que
dr italica religiosus z timens deum cũ oĩ
domo sua: faciens elemosinas multas ple
bi: z deprecans deũ semper. Uidit in visu
manifeste quasi hora diei nona angelũ dei
introeuntẽ ad se: z dicentẽ sibi. Corneli. At
ille intuens i cũ: timore correct⁹ dixit: Quid
est dñe: Dixit aũt illi. Orõnes tue z elemo-
sine ascenderũt i memoriã in conspectu dĩ.
Aurũ ergo ab aqlone venit: dũ in conspectu
dei: ex gentib⁹ cum elemosinis oratio ascen
dit. Quod cum Petrus fratrib⁹ retulisset:
quomõ vel cornelius angelũ: vel ipse de ce
lo summitti lintheũ cũ bestijs reptilib⁹ ac vo-
latilib⁹ vidisset: quõ spũs sanctus ẽt aũ ba
ptisma gentiliũ corda pvenerit: q nõdũ i
iudeoꝝ mentib⁹ nisi post aquã baptismatis
venit: prinus scriptũ est: His auditis tacue
runt: z glorificauerunt deum dicentes: Er-
go z gentib⁹ deus penitentiã ad vitam de-
dit. Multitudo ergo fidelium formidolo-
sam deo laudẽ obtulit: que salutis genti-
bus a suo murmure dona celestis grẽ am-
mirando cõpressit. Unde ipse quoq; Pe-
trus miratur dicens: In veritate cõperi: q
nõ est personarum acceptor deus. Sed cũ
gentes fidẽ suscipiunt: cur ab eis q iam fi-
deles sunt formidolosa venire laudatio dr:
cum leta venire potius q̃ formidolosa de-
buisset. Sed idcirco cõuersis gentib⁹ ab he
breis iam fidelibus formidolosa laudatio
pdijt: q: nimirũ iuste iudea repulsa ẽ: dum
pie est gentilitas vocata: z dãna sue repul
sionis timuit: dum lucra aliene vocatõis vi
dit. Unde nos quoq; quotidie dũ iniquos
quosq; ad inopinatam vite celsitudinem p-
uehi repente cõspicimus: sub occultis dei iu
dicijs timẽdo gaudemus: ne per occulta iu

Act. x.

dicia quosdam deus q digni putantur de-
serat: q per hec ad se eos q idigni estiman-
tur vocat. Seqtur. ((Digne eũ inuenire nõ
possumus: z si inuenire iam eũ possum⁹ nõ
tamen digne: q: qcquid in illo sentimus ex
fide est z nõ ex specie. Hoc tamẽ quod iaz
se inuenisse psiderat: adiungit dicẽs. ((Ma
gnus fortitudie z iudicio: z iusticia z enar-
rari nõ potest.)) Magn⁹ quippe ẽ fortitudie
q: fortem aduersarium supat: z de domo il
lius vasa cõtumelie auferens i misericordie
vasa pmutat. Magnus iudicio q: z si hic
electos suos p aduersa deprimit eos q̃ndoq; i
gloria eterne prosperitatis extollit. Magn⁹
iusticia: q: z si hic tolerat diu: quandoq; ta
men reprobos sine termino damnat. Bene
autem subdidit: z enarrari nõ potest. Sen-
tiri eni digne nõ valet: quãtominus dici:
Sed meli⁹ hunc vtcũq; dicim⁹: si sub consi
deratõis eius formidine ammirando tacea
mus. Seqtur. ((Ideo timebunt eum viri z
nõ audebunt cõtemplari omnes q sibi vi-
dentur esse sapientes.)) Hoc loco helin vi-
ros eos q ad intelligentiam sunt fortes ap-
pellat. Et notandum q nõ ait z non aude
bunt cõtemplari sapientes: sed q sibi viden
tur eẽ sapientes. Quib⁹ videlicet verbis peri
tos qdem: sed arrogantes isinuat. Heliu er
go duz multa fortiter sentit: in locutõis sue
fine se tetigit. Uiri nẽq; arrogantes z docti
cum recte non viuont: sed tamen recte dice
re doctrine impulsionibus cõpelluntur: ipsi
damnatõis sue aliquo modo precones fi-
unt: q: dum ea que agere respuunt predicã
tes isinuant: suis se vocibus dãnatos dam
nant. Cõtra quos bene per psalmistam dr:
Conuersi sont i arcum peruersoꝝ. Arcus qp
pe puersus ipsum a quo itenditur percutit.
In deis autem suis arrogantiũ lingue ar
cui peruerso sont similes: quia dum contra
elationem verba faciunt: i suis auctoribus
sagittas figunt. Unde summa cura pruden
dum est: ne accepta sapientia cum ignorã-
tie tenebras illuminat: lumen hũilitatis tol
lat: vt iam sapientia esse nequeat. Que z si
virtute locutionis fulgeat: elationis tamen
velamine cor loqoentis obscurat. Alia nã-
q; sunt bona summa: alia bona media. Bo
na enim summa sont: fides. spes: charitas.
Que cum veraciter habentur in maluz in
flecti non possunt. Bona autez sunt media

Ps. 77.

prophetia: doctrina: curationum virtus: et cetera que ita iter virtutes sunt posita: vt aliquando per hec sola eterna patria aliquando vero gloria terrena regratur. Medias ergo has virtutes dicimus: quas ad quod cumq; mens appetit inclinamus. Quibus perceptis: ita vti animus sicut terrenis diuitijs
D potest. Per terrenas nanq; diuitias: alij in glorie sustentatione superbiunt alij erga proximorum idigentium misteria pietatis operantur. Cum per doctrinam igitur atq; prophetiam laus exterior queritur: quasi per corporales diuitias terrene glorie culmen ambitur. Cum vero doctrina atq; prophetia in erandis animabus impenditur: quasi accepte diuitie egenis fratribus largiuntur.
Qui ergo sepe per ipsa dona que se percipere exultat a manu dantis incautus animis elongat: vigilanti prouisione curandum est: vt et prius subigantur vitia et post sub circumspectione dona teneantur. Nam si in eis mens icaute se deserit: non per hec adiuta subuehitur: sed quasi pro anteactis laboribus remunerata reprobatur. Unde fit etiam: vt accepta virtus dum i vsu transitorie laudis assumitur: quia vitio militat virtus non fit. Quia enim origo virtutis humilitas est illa i nobis virtus veraciter pullulat: que in radice propria idest in humilitate perdurat. A qua nimirum si abscidatur arescit: quia viuificantem se i intimis humorem charitatis perdit. Sed quia per hoc quod ab helui dicitur: Non
E audebant contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes: occulta cordis elatio reprobatur intueri libet quanta virtutum munera Dauid perceperat atq; in his omnibus quam forti se humilitate seruabat.
Quem enim non extolleret: ora leonum frangere: vrsorum brachia dissipare: despectis prioribus fratribus elegi: reprobato rege ad regni tabernacula vngi: timendum cunctis vno lapide goliam sternere: a rege proposita extinctis aliophilis numerosa preputia reportare: promissum tandem regnum percipere: cunctum israeliticum populum sine vlla contradictione possidere. Et tamen cum archam dei i hierusalem reuocat: quasi oblitus prelatum se omnibus: admixtu populis ante archam saltat. Et quia coram archa saltare vt creditur vulgi mos fuerat: rex se i diuino obsequio per saltum rotat.
Ecce quem dominus cunctis singulariter pretulit: sese sub domino: et exequando mimis
H et abiecta exhibendo contemnit: non potestas regni ad memoriam reducitur: non subiectorum oculis saltando vilescere metuit: non se honore prelatum ceteris ante eius archam qui honorem dederat recognoscit. Coram deo egit vilia vel extrema vt illa ex humilitate solidaret: que coram hominibus gesserat fortia. Quid de eius factis ab alijs sentiatur ignoro. Ego Dauid plus saltantem stupeo quam pugnantem. Pugnando quippe hostes subdidit: saltando autem coram domino semet ipsum vicit. Quem michol filia Saul adhuc ex tumore regij generis insana cum humilitatum despiceret dicens: quam gloriosus fuit hodie rex israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum: et nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris: protinus audiuit: Uiuit dominus quia ludam ante dominum qui elegit me potius quam patrem tuum. Ac paulopost ait: Et ludam et vilior fiam plusquam factus sum: eroq; humilis i oculis meis. Ac si aperte dicat: vilescere coram hominibus appeto: quia seruare mihi coram domino ingenium per humilitatem quero. Sunt vero nonnulli qui de semetipsis humilia sentiunt: qui i honoribus positi nil se esse nisi puluerem fauillamq; perpendunt. Sed tamen coram hominibus despecti apparere refugiunt: et contra hoc quod de se interius cogitant: quasi rigida externus venustate palliantur: Et sunt
L nonnulli qui viles videri ab hominibus appetunt: atq; omne quod sunt deiectos se exhibendo contemnunt: sed tamen apud se introrsus quasi ex ipso merito ostense vilitatis intumescunt: et tanto magis i corde elati sunt quanto amplius in specie elationem premunt. Que vtraq; elationis vnius bella magna Dauid circumspectione deprehendit: mira virtute superauit. Quia etenim semetipso intus humilia sentiens honorem externus non querit: insinuat dicens: Ludam et vilior fiam. Et quia per hoc quod vilem se exterius prebuit: nequaquam interius intumescit: adiungit. Eroq; humilis in oculis meis. Ac si dicat. qualem me exterius despiciens exhibeo talem me et interius attendo. Quid ergo securi sunt quos doctrina eleuat: si Dauid ex carne sua venturum redemptorem nouerat: eiusq; gaudia prophetando nuncia

nocta hinc libr

nit: et tamen in semetipso ceruicē cordis va lida discretionis calce deprimebat dicens: ero q̄ʒ humilis i oculis meis. Bene ergo per heliu dr̄: Ideo timebunt eum viri: et nō au debunt contemplari omnes qui sibi viden tur esse sapienter. Contemplari enim sapiē tiam dei non possunt: q sibi sapientes vidē tur: quia tanto ab eius luce lōge sunt: quā to apud semetipsos humiles non sunt: q2 i eorum mentibus dum tumor elationis cre scit: aciē contemplationis claudit: et vnde se lucere pre ceteris estimant: inde se lumi ne veritatis priuant.

D Si igitur veraciter sa pientes esse atq̄ʒ ipsam sapientiam cōtem plari appetimus: stultos nos humiliter co gnoscamus. Relinquamus noxiam sapienti am: discamus laudabilem fatuitatem. Hinc qppe scriptum est. Stulta mundi elegit de⁹ vt confundat sapientes. Hinc rursum dicit. Si qs videtur iter vos sapiens esse in hoc seculo stultus fiat vt sit sapiens. Hic euan gelice hystorie verba testantur: q2 zacheus cum videre pre turba nihil posset: sicomori arborem ascendit: vt transeuntem dominū cerneret. Sicomorus qppe: ficus fatua dr̄: Pusillus itaq̄ʒ zacheus sicomorum subijt et dominū vidit: q2 qui mundi stulticiā humi liter eligunt: ipsi dei sapientiaʒ subtiliter cō templantur: pusillanimitatem nāq̄ʒ nostraʒ ad videndum dn̄m turba prepedit: q2 infir mitatem humane mentis ne lucem verita tis itendat: curarū secularium tumult⁹ pre mit. Sed prudenter sicomoꝝ ascendimus: si prouide eam que diuinitus precipit stul ticiam mente tenemus. Quid enim in hoc mundo stultius q̄ʒ amissa nō querere: pos sessa rapientibus relaxare: nullam pro ac ceptis iniurijs iniuriam reddere imo adiū ctis alijs patientiam prebere. Quasi enim sicomorum nos ascendere dn̄s precipit cuʒ dicit: Qui aufert que tua sunt: ne repetas. Et rursum. Si qs te percusserit i dexteram maxillam prebe illi et alteram. Per sicomo rum dominus transiens cernitur: quia per hanc sapientiam stulticiā: et si nec dum vt ē solide iam tamen per cōtemplatōis lumen dei sapientiam quasi in transitu videtur. Quam iuxta heliu verba videre nequeunt q sibi sapientes esse videntur: q2 ad conspi ciendum dn̄m in elata cogitationum suarū turba deprehensi adhuc sicomoꝝ arborem non inuenerunt.

1.Cor.1.

Ubi.s.

Luc.19.

Luce 6

Mat.5

Sancti Gregorij. Liber. 28.
Capitulum. 1.

A Ost dāna rerū: post funera pigno ruʒ: post vulnera corpo ris: post vba male sua dentis vxoris: post con tumeliosa dicta cōsolā tium: post suscepta forti ter iacula tot dolorum de tanta virtute cō stantie laudandus s iudice beat⁹ Job fue rat: si iam de presenti seculo esset euocan dus. At postq̄ʒ hic adhuc duplicia receptu rus est: postq̄ʒ saluti pristine restituitur vt re bus redditis diutius vtatur: ne per elatōis gladium ipsa illum sua victoria sternat: de bet omnipotēs deus icrepare per districtā iusticiam quem seruat ad vitam. Quid.n. peius plerūq̄ʒ aiam quam ꝯscia virtus iter ficit. Que illā dū consideratōe sua inflat a plenitudine veritatis euacuat: et duʒ se ad percipienda premia sufficere suggerit: eam s melioratōis itentōe distendit. Justus igi tur Job asi flagellis extitit: sed iustior post flagellis pmansit: et laudatus ante dei voce

B postmoduʒ creuit ex verbere. Profecto ve lut tuba ductilis ex pcussione producta, in laudē dei tanto altius eleuatus est: quanto maiori ē castigatione percussus: sed humi liandus erat iste: q prostratus vlceribus sic virtutib⁹ stabat: humiliandus erat ne tam robustissimum pectus elationis tela confo derent quod cōstabat certe q2 et illata vul nera non vicissent. Requirendus nimirum fuit homo: cuius debuisset comparatione superari. Sed quid est quod de eo voce do mini dicitur: vidisti seruum meum Job: q non sit ei similis vir super terram. Cuius er go compatione poterat vinci: de qua deo attestante dicitur: quia nullius hominis cō paratione possit equari. Quid itaq̄ʒ agen dum est: nisi vt ex persona sua ipse domi nus suas illi virtutes narret et dicat ei.

¶ Nunquid producis luciferum in tem pore suo: et vesperum super filios terre consurgere facis? Et iterum nunquid aperte sunt tibi porte mortis: et hostia

tenebrosa vidisti: vel certe nunquid post or
C tum tuum precipisti diluculo: ⁊ ostendisti
aurore locum suũ: Quis ꝟo istam nisi dñs
potest. Et tamen interrogatur homo vt co
gnoscat qꝛ ista nõ põt: quatenus vir qui tã
immẽsis virtutibus crevit: ⁊ nullius homis
exemplo vincit: ne extolli debeat: dei cõpa
ratione superetur. Sed o q̃ꝫ potenter erigitur
q tam sublimiter humiliat. O quãta est ho
minis victoria: hãc ex dei cõparatione per
didisse. O quãto hominibus maior est: qui
testimonijs cõuincitur: deo minor. Multũ
quippe potens ẽ: qui tali interrogatiõe ostẽdi
tur qꝛ potens non ẽ. Sed qꝛ ad obscura ni
mis differẽda ducimur: ad eiusdẽ textus iaꝫ
verba veniamus.

Capitulum. 2.



Espondẽs autem dñs Job
de turbine dixit. Notãduꝫ
Job Ca.38. video: qꝛ si sano atqꝫ inco
B lumi loqueret: ex tranquilli
tate dñica locutio facta di
ceret. Sed qꝛ flagellato lo
quitur: de turbine locutus fuisse describitur
Aliter enim dñs seruis suis loqtur: cuꝫ eos
intrinsecus per compunctionẽ prouehit: ali
ter cum ꝑ districtionẽ ne extollant premit.
Per blandaꝫ enĩ locutionẽ dñi amãda dul
cedo eius ostendit: per terribilẽ ꝟo potestas
eius metuenda mõstratur. In illa ꝑsuadet
anime vt ꝑficiat: in ista reprimit que profi
cit. In illa discit qđ appetat: in ista qđ me
tuat. Per illam dicit gaude ⁊ letare syon:
Zach.2. qꝛ ecce venio ⁊ habitabo in medio tui: per
istã dicitur: dñs in tẽpestate veniet ⁊ in tur
Isa.66. bine vie eius. Blandus quippe est: q vt in me
dio inhabitet venit. Cũ vero se per tempe
statem ⁊ turbinẽ insinuat nimiruꝫ que tãgit
corda ꝑturbat atqꝫ ad edomãdã elationeꝫ
B se exerit: quãto potens ⁊ terribilis innote
scit. Sciendũ preterea est: qꝛ in duobꝰ mo
dis locutio diuina distinguitur. Aut per se
metipsm nãqꝫ dñs loqtur aut per creaturaꝫ
angelicã eius ad nos verba formant. Sed
cũ per semetipsm loqtur: sola nobis vis iter
ne inspirationis apitur. Cũ per semetipsm
loqtur de verbo eius sine verbis ac sillabis
cor docetur: qꝛ virtus eius intima quadam
subleuatiõe cognoscitur. Ad quã mens ple
na suspendit: vacua grauat. Pondus enim
quoddam est: qđ oẽm aiam quã replet leuat.

Incorporeũ lumen est: qđ ⁊ interiora reple
at: ⁊ repleta exterius circũscribat. Sine stre
pitu sermo ẽ: qui ⁊ auditum aperit: ⁊ habe
re sonitum nescit. Qđ enim de aduẽtu san
cti spiritus scriptũ est. Factus est repẽte de
Act.2. celo sonus tanq̃ꝫ aduenientis spiritus vehe
mentis ⁊ repleuit totã domũ vbi erãt seden
tes: ⁊ apparuerunt illis disptite lingue quasi
ignis: seditqꝫ supra singulos eorũ: per igneꝫ
quidem dominus apparitis semetipm locutio
nem interius fecit. Et neqꝫ ignis deus: neqꝫ
C ille sonitus fuit: sed per hoc qđ exterius ex
hibuit expssit hoc qđ interius gessit. Qꝛ enĩ
discipulo ⁊ zelo succẽsos: ⁊ ꝟbo eruditos in
tus reddidit foras linguas igneas ostẽdit.
In significatione igitur admota sunt elemẽ
ta vt ignem ⁊ sonitũ sentirent corpora: igne
ꝟo inuisibili ⁊ voce sine sonitu ducerent cor
da. Foras ergo fuit ignis qui apparuit: sed
Act.8. intus qui sciam dedit. Et cũ regine canda
cis eunuchus curruí ꝑsidens iter caperet at
qꝫ Isaiam non intelligens in manibus ha
beret in corde nimirum spiritus philippo di
Act.10. xerat: adiunge te ad curruꝫ. Et ad euacuan
dum petrũ timentes deũ milites cornelius
dixisset in mẽte ꝑculdubio a spiritu petrus
Act.10.c. audiuit. Ecce tres viri q̃rũt te. Surge itaqꝫ
descẽde ⁊ vade cũ eis. Spiritus enĩ dei q̃si
quedã nobis ꝟba dicere est occulta vi: ea q̃
agenda sunt intimare ⁊ cor hominis ignaꝝ
nõ adhibito strepitu ⁊ tarditate sermonis
peritũ repente de absconditis reddere. Nã
qꝛ auditus ea que ad se fiunt nõ simul oĩa
dicta cõprehendit: quippe q ⁊ causas ꝑ ꝟba
⁊ ꝑticulatim ꝟba ꝑ syllabas ꝑcipit: visus
autem noster in eo qꝙ totuꝫ se dirigit subito
simul apphendit: dei locutio ad nos intrin
secus facta videt potius quã audiatur: qa
dum semetipm sine mora sermonis isinuat:
repentina luce nostre ignorãtie tenebras il
lustrat. Vñ ⁊ Baruch nerie filius cũ requisi
tus exponeret queadmoduꝫ ꝟba Hieremie
ꝑphetantis audisset ait. Ex ore suo loq̃bat Baru.
quasi legens ⁊ ego scribebã. Qui eniꝫ legẽs
loqtur: alio intendit: sed alio ꝟbum facit: qꝛ
qđ videt dicit. Prophete ergo dei: qꝛ eius
verba vident potius in corde q̃ꝫ audiũt qua
si legentes loquuntur. Cum ꝟo per angelũ
voluntatem suã dñs indicat: aliquãdo eaꝫ
verbis: aliquãdo rebus demonstrat: aliq̃ñ
simul verbis ⁊ rebus: aliquando imagini

bus cordis oculis ostensis: aliquãdo imagi-
nibus ⁊ ante corporeos oculos ad tempus
ex aere assumptis: aliquãdo celestibus sub-
stantijs: aliquãdo terrenis: aliquãdo simul
terrenis ⁊ celestibus. Nonnunq̃ vero etiã
per angelũ humanis cordibus ita loquitur
deus: vt ipse quoq̃ angelus mentis obtuti-
bus p̃sentet̃. Verbis nãq̃ per angelũ loqui
tur deus: cum nil in imagine ostenditur: sed
superne verba locutionis audiunt̃ sicut di-
Jo.17. cente dño. Pater clarifica filium tuũ: vt et
filius tuus clarificet te: ꝓtinus respõdetur:
⁊ clarificaui: ⁊ iterũ clarificabo. Neq̃ enim
deus qui sine tẽpore vi impulsionis intime
clamat: in tẽpore per suam substantiã illaz
vocẽ edidit: quã circũscriptam tempore per
humana verba distinxit: sed nimirũ de cele
stibus loquens v̾ba sua que audiri ab ho-
minibus voluit: rõnali creatura administrã
te formauit. Aliquando rebus per angelos
loqtur deus: cũ nil verbo dicitur: sed ea que
futura sunt assumpta de elementis imagie
Ezech.1. nunciãtur: sicut ezechiel nil verboꝝ audiẽs
electri spẽm in medio ignis vidit: vt videlz
dum solam spẽm aspiceret: que essent i no-
uissimis ventura sentiret. Electruz quippe ex
auri argentiq̃ metallo miscetur in qua per-
mixtione argentum quidem clarius redditur:
sed tamen fulgor auri temperatur. Quid er-
go in electro nisi mediator est dei ⁊ hominũ
demonstratus? Qui dum semetip̃m nobis
ex diuina atq̃ humana natura composuit:
⁊ humanam per deitatem clariorem reddi-
dit: ⁊ diuinã per humanitatẽ nostris aspe-
ctibus temperauit. Quod enim v̾tute diui-
nitatis eius: tot miraculis humanitas fulsit
ex auro creuit argentũ: ⁊ q̃ per carnẽ deus
cognosci potuit: quasi per carnẽ tot aduersa
tolerauit: quasi ex argento tẽperatũ est au-
rum. Quod bene ⁊ in medio ignis ostẽdit̃:
quia incarnationis eius misteriũ subsequẽtis
iudicij flãma comitatur. Scriptũ quippe est.
Jo.5. Pater non iudicat quẽquã: sed omne iudi-
cium dedit filio.

Capitulum. 3.



A Liquando per angelos ver-
bis simul ⁊ rebus loquitur
deus: cum quibusdam moti-
bus insinuat hoc quod ex-
monibus narrat. Neq̃ eniz
Adam post culpam in diui-
nitatis substantia videre dñm potuit: sed in-
crepationis verba per angelum audiuit: de
quo scriptum est. Cum audisset vocem dñi Gen.3.
dei deambulãtis in paradiso ad aurã post
meridiez: abscondit se inter ligna paradisi.
Quid est enim q̃ post peccatum hominis i B
paradiso dñs iam non stat sed deambulat:
nisi q̃ irruente culpa se a corde hominis mo-
tum demonstrat. Quid est q̃ ad aurez post
meridiez: nisi q̃ lux feruentior veritatis ab-
scesserat ⁊ peccatricem animam culpe sue
frigora constringebant? Increpauit ergo
Adam deambulans: vt cecis mentibus ne-
quiciam suaz non solũ sermonibus sed etiã
rebus aperiret: quatenus peccator homo et
per verba quod fecerat audiret ⁊ p deam-
bulationem amisso eternitatis statu muta-
bilitatis sue inconstantiam cerneret: ⁊ per
auram feruore charitatis expulso: torporez
suum animi aduerteret ⁊ p declinationẽ so-
lis cognosceret q̃ ad tenebras ꝓpinquaret.

Capitulum. 4.



A Liquando imaginibꝰ cor-
dis oculis ostensis per an-
gelos loqtur: deꝰ sicut Ja-
cob subnixam celo scalam A
dormiens vidit: sicut Pe-
trus lintheum reptilibꝰ ac Gen.28
quadrupedibus plenuz in
extasi raptus aspexit: quia nisi incorporeis ocu- Act.10.
lis hec cerneret i extasi nõ fuisset: sicut Pau-
lo in visione noctis vir macedo apparuit qui Act.16
transire eum: macedoniã rogauit. Aliquan-
do imaginibus ⁊ ante corporeos oculos ad B
tempus ex aere assumptis per angelos loq-
tur deus sicut abraam non solum tres viros Gen.18.
videre potuit: sed etiam habitaculo terreno
suscipere: ⁊ non solum suscipere: sed eorum
vsibus etiam cibos adhibere. Nisi enim an-
geli quedam nobis interna nunciantes ad
tempus ex aere corpora sumerent: exteriori- C
bus profecto nostris obtutibus non appa-
rerent: nec cibos cum abraam caperent ni-
si propter nos solidum aliquid ex celesti ele-
mento gestarent. Nec mirum q̃ illic ipsi qui
suscepti sunt modo angeli modo dñs vocan-
tur: quia angelorũ vocabulo exprimuntur: q
exterius ministrabant ⁊ appellatione domi-
ni ostenditur: q eis interius p̃erat: vt p hoc
p̃sidentis impium: ⁊ per illud claresceret of-
ficium ministrantium. Ca. 5.



Liquando celestibus sub-
stantijs per angelos loqui
A tur deus: sicut baptizato
dño scriptum ē: qz de nube
Mat. 3 vox sonuit dicens: hic ē fi-
lius meus dilectus in quo
mihi complacui. Aliquan-
Nu. 22. do terrenis substantijs per angelos loqtur
deus: sicut Balaā corripuit eū in ore asine
Exo. 3. humana verba formauit. Aliqñ simul ⁊ ter
renis ⁊ celestibus substātijs per angelos lo
quit deus: sicut ad moysen in monte cū ius
sionis sue vba edidit ignē rubūqz socianit
atqz aliud superius aliud inferius iunxit.
B Qd tamen tunc solū agitur, cum ex ipsa ali
quid coniunctione signatur. Nam p succen-
sum rubū Moysen alloquens: quid aliud
ostenditur: nisi q eius populi ductor fieret:
qui ⁊ legis flāmam peiperet ⁊ tamē pecca-
ti spinā nequaqz vitaret: vel q et illo popu
lo exiret qui i igne deitatis carnis nostre do
lores quasi rubi spinas susciperet: ⁊ incon-
sumptam humanitatis nostre substantiam
etiam in ipsa diuinitatis flāma seruaret.

Capitulum. 6.



On nunqz vo humanis cor
A dibus etiam per angelos lo
quitur deus: cū secretorum
zach. 2 presentiam virtute sue aspi
rationis infundit. Unde et
Zacharias ait. Et dixit ad
me angelus qui loquebatur in me. Qui ad
se qdem sed in se tamē loqui angelū dicit
liquido ostendit: q is qui ad ipm vba face
ret per corpoream spēm extra non esset. Un
⁊ paulopost subdidit. Et ecce angelus q lo-
quebat in me egrediebatur. Sepe enim nō
exterius apparent: sed, sicut sunt angelici spi
ritus voluntatem dei pphetarum sensibus
immotescunt atqz eos ista ad sublimia suble-
nant: ⁊ queqz in rebus futura sunt in causis
B originalibus psentia demonstrant. Huma
nū nāqz cor ipso carnis corruptibilis pōde-
re grauatū hanc ipsam corpulentiā suā qsi
obicē sustinens interna nō penetrat et gra-
ue exteri9 iacet: qz leuantē manū interi9 nō
habet. Unde fit sicut dictū est vt pphetarū
sensibus ipsa vt est subtilitas angelice natu
tis appareat cordisqz mens quo subtili spiri-
tu tangit leuetur ⁊ nō pigra torpēscēqz i imis
iaceat: sed repleta intimis afflatib9 ad supna
cōscendat: atqz inde quasi de quodā rerum
vertice q inter se ventura sunt videat. Sz ne
gs in pdictis zacharie vbis angeli designa- C
tum noīe vel patrē vel filiū vel spūz sanctū
putet: si textum scripture sacre cōsiderat: q d
sentit velociter emendat que nunqz patrem
nunqz spūm sanctū: ⁊ nō nisi pro incarna-
tionis sue pdicatiōe filiū angelū vocat. Un
⁊ in eiusdē zacharie vbis apte ostēdit: q i
illo vere angelus. i. creatura loqueret cū di
cit. Et ecce angelus qui loquebat i me egre-
diebat statimqz subiungit: ⁊ alius angelus
egrediebat in occursum eius ⁊ dixit ad eū.
Loquere ad puerū istū dicēs. Absqz muro
habitabit hierusalē. Nō est itaqz deus an-
gelus q mittitur: cui vba ab angelo q dicer
debeat iubent. Sed qz in cōspectu cōdito-
ris angelica ministeria ordinata graduum
positiōe distincta sunt: vt ⁊ pro cōi felicitate
beatitudinis opificē suū simul vidētes gau-
deāt: ⁊ tñ pro dispositiōe dignitatis alij alijs
subministrent: ad pphetā angelus angelū
mittit: ⁊ quē secum de deo gaudere cōmuni
ter cōspicit ⁊ docet ⁊ dirigit qz eū ⁊ per su-
periorem sciam virtute cognitiōis: ⁊ p pre-
stantiorē grām culmine potestatis excedit.
Hec igitur dicta sint: vt qbus modis loqua B
tur deus hominibus monstraret. Cum vo
beato Job respondisse dñs de turbe dicit:
vtrū per semetipm an ei per angelū sit locu
tus ambigitur. Potuerunt qppe p angelū
cōmotiones aeris fieri ⁊ hec ei que subiun-
cta sunt per eū vba mādari. Rursumqz po-
tuit ⁊ exterius angelus in turbine aerem ex
cutere: ⁊ tamen interius per semetipm dñs
vim sue snie cordi eius sine vbis insonare:
vt credat q dicta dñica que sequunt ipse iā
per vbs ptulit q repletus deo h sine verbis
audiuit. Ca. 7.



Ca ait dicit. ((Quis est iste i
uoluēs snias sermonib9 im A
peritis?)) Sicut ⁊ superiori
parte iā dixim9 pma expro-
bratio ē talis interrogatio q
dicit: qs ē iste: Helin eni ar-
roganter locutus fuerat. Et qs est iste non
dicimus nisi de eo vtiqz quē nescimus. Sci-
re aūt dei approbare est: nescire reprobare. Mat. 25.
Unī qbusdaz: quos reprobat dicit. Nescio ⁊ Luc. 13.
vos vñ sitis. Discedite a me oēs oparij ini-
quitatis. Quid ē ergo de hoc arrogante re-

quirere quis ē iste: nisi apte dicere ego arro
gantes nescio. i. eorū vitam in sapiētie mee
arte nō approbo? Quia dum laudibus hu
manis inhiantur: a vera gloria eterne retri
butionis inanescunt. In eo v° q° ait sentē
tias: ⁊ nō addidit quales: bonas vtiq; acci
pimus: quas q̄dem imperitis asserit sermo
nibus inuolutas, q: cum verbis iactātie fue
rant ꝓlate. Imperitie q̄ppe vitium ē rectu;
nō recte sapere. i. celeste donū ad appetitu;
terrene laudis inclinare. Sicut eni; sepe cō
tingit: vt ⁊ bona male: ⁊ mala bene ꝓferan
tur: ita Heliu arrogans recta nō recte protu
lit: q: humiles in dei defensione sniās nō hu
militer dixit. Unde ⁊ eorū q intra catholicā
ecclesiam student inane gloriā: nō immerito
typum tenet: qui dum se pre ceteris peritos
credunt v. uno iudicio de imperitia redar
guuntur: q: sicut apostolus ait. Siq̄s se exi
1. Cor. 8. stimat scire aliquid: nondū cognouit quem
uit. Sed qz idcirco hoc ad beatū Job dicit
vt de tot virtutib9 cordis eius gloria pme-
ret: ne sibi fortasse tribuat: qd se stare subli
miter non ignorat cū quāta eius edificatio
ne sint dicta ppendimus: si h etiā moraliter
disseramus. Dicat itaq;. Quis cōclusit ho-
stijs mare? Quid ē mare: nisi cor nostrū: fu-
rore turbidū: rixis amarū: elatione superbie
tumidū: fraude malicie obscurū? qd mare
quantū seuiat attendit qsqs in se occultas
cogitationum temptationes intelligit. Ecce
enim iam puersa relinquimus: iam deside-
rijs rectis inheremus: iam praua opa foris
abscidimus: sed tamē latenter intus ea cū
qua adhuc venimus vite veteris pcella fa
tigamur: quā nisi respectu iudicij z eterni
pauore tormēti immēsi timoris claustra cō-
stringerent: cuncta in nobis peruua super-
edificati opis fundamenta corruissent. Si
enim qd per suggestionē fenit intrinsecus:
per deliberationem foras erūperet: vite no-
stre fabrica funditus euersa iacuisset. In
iniquitate iam cōcepti z in delicto editi per
insite corruptionis molestias pugnā nobis-
cum hic deferimus quā cum labore vinci
mus: vñ z recte de hoc mari dr. Qñ erūpe-
bat quasi de vulua pcedēs. Uulua cui pra

ne cogitationis adolescentia est. De qua p
Gen. 8. moysen dñs dicit. Sensus enim ꝛ cogitatio humani cordis ꝓna est in malū ab adolescentia sua. Corruptionis nāq; malū quod vnusquisq; nostrū ab ortu desideriorū carnalium sumpsit: in ꝓcessū etatis exercet: ꝛ nisi hoc citius diuine formidinis manus reprimat: oē cōdite nature bonū repente culpa i ꝓfundum vorat. Nemo igitur sibi cogitationum suarū victoriā tribuat cum veritas dicat. Quis cōclusit hostijs mare qñ erūperet quasi de vulua ꝓcedēs. Qꝛ nisi ab ipso cogitationis ꝓmordio cordis fluctus gratia diuina retineret temptatiōis ꝓcellis mare seuiens: terram ꝓculdubio humane mentis obruisset vt falsis fluctibus ꝯfusa arescere. i. ꝓniciosis carnis voluptatibus delectata deperiret. Solus ergo dñs hostijs mare concludit: qui prauis motibus cordis claustra inspirate formidinis obijcit. Qꝛ vero ea que cernimus sequi ꝓhibemur: libet iam ad inuisibilia oculos mentis attollere atq; ꝑ ipsa que sequi ꝑcipimur videre. Sed qd agimus. Infirmis illis obtutibus: necdū patent: ecce ad eorū amorem vocamur: sed tñ a visione restringimur: qꝛ etsi qñ aliqd furtim parūq; aspicimus: sub incerto nimis adhuc visu caligamus: vñ apte subiungitur.

Capitulum 21.

A Cum ponerē nubem vestimentum eius ꝛ caligine illud q̃si pānis infantie obuoluerē: hoc mare tumultuosum videlꝫ cogitationibꝰ fluctuās cor nostrū nube vestitur: qꝛ ne internā quietē pure ꝯspiciat inquietudinis sue cōfusione tenebratur: hoc mare caligine quasi pannis infantie obuoluitur: qꝛ a cōtemplationis sublimibus adhuc teneris sensibus sue infirmitatis ligat. Videamus paulū quadā caligine quasi infantie pānis
1. Cor. 13. obuolutū dum ait. Videmus nunc p speculum in enigmate: tūc autē facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tūc aūt cognoscā sicut ꝛ cognitus sum. Qui si se ad cōtēplanda celestia infantem nō cerneret etatis sue: ad hoc cōparatiōe nullo modo ꝑmisisset di-
Ibi. 13. cens. Cū eram paruulus loq̄bar vt paruulus: sapiebā vt paruulus: cogitabā vt paruulus. Tunc ergo ad robur iuuenile cōscendimus: cū fortis sensu eam ad quā tēdimus vitā videmꝰ: nūc autē qꝛ intētionis nostre acies ꝑ infirmitatē suam ab interna luce retundit: mens nostra ligata infantie pannis tenetur. Vbi apte subiūgitur. ((Circūdedi illud terminis meis.)) Terminis enim suis dñs hoc mare ꝛ circūdat: qꝛ cor nostrum adhuc corruptionis sue molestia ꝛ cura turbulentum: sub mensura contemplationis hu-
B miliat: vt licꝫ plus appetat: v. tra tanq̄ sibi cōcedatur nō ascendat. Vel certe terminis suis dñs hoc mare circūdat: qꝛ cor nostrum temptationibus tumidū occultis donorum distributionibus mitigat: modo agens: ne praua suggestio ad delectationem veniat: modo ne praua delectatio vsq; ad consensum ꝓrūpat. Qui ergo illicitos motus cordis respicit: ꝛ in quibusdam eos vsq; ad ꝯsensum venire ꝓhibet: in quibusdam vero illos etiam a delectatione restringit: nimirum frementi mari terminos imponit: vt nequaq̄ in opere excrescat: sed intra sinum mentis temptationum submurmurans se vnda collidat. Que qꝛ tunc valenter restringitur: cum ex dilectione dei atq; inspiratis virtutibus obuiatur: recte subiungitur. ((Et posui vectem ꝛ hostia ꝛ dixi.)) Hucusq; venies ꝛ non procedes amplius: ꝛ hic cōfringes tumentes fluctus tuos. Quid enim moraliter per hostia nisi virtutes: quid per vectem: nisi robur cha-
C ritatis accipimus? Hec itaq; hostia scilicet operationum virtutes: mare seuiens dissipat nisi eas ex occulto mentis opposita charitas astringat. Facile autem omne virtutum bonum temptatione cordis irruēte destruitur: nisi ab intimis fixa charitate solidetur. Unde ꝛ Paulus in suis predicationibus: dum quedam virtutum hostia mari tentationis opponeret: illico eisdem hostijs quasi robur vectis adiunxit dicens. Super omnia autem hec charitatem habentes quod est vinculum perfectionis. Perfectiōis enim Coll. 3. vinculum charitas dicitur quia bonum qd agitur nimirum per illam ne pereat ligatur a temptatore nāq; cuius quodlibet opus euellitur si solutū a vinculo charitatis inuenit; si autē mens dei ac proximi dilectiōe constringit: cū temptationum motus quelibꝫ ei iniusta ingesserint obijcem se illis ipsa dilectio opponit ꝛ praue suasiōis vndas virtutū hostijs ac vecte intimi amoris frangit.

Capitulum. 22.

A 
Uia ergo dñs per inspirate charitatis fortitudinē nascentia in corde vitia reprimit: insurgentis maris ipetum per obserata claustra compescit. Ira fortasse i occulto exasperat: sed ne quies supna pdat: pturbationi mentis officium lingue subtrahitur: ne vsq ad vocē exeat qd, in sinu cordis tumultuosum sonat. Luxuria in occultis cogitationibus accēditur: sed ne supnā mundiciam mens amittat: pcepte immūdicie ea que famulari poterant mēbra castigat: ne vsq ad corruptionem exalet corporis fetor cordis. Auaricia stimulat: sed ne celesti regno mens careat: intra claustra se psimonie contenta ppriis ligat: ne in prauo se ope dilatet: et vsq ad exteriores actus interne cōcupiscentie estus exudet. Supbia
B inflat: sed ne verā celsitudinem amittat: cōsiderando qsq qr puluis est: ab altitudine se concepte elationis humiliat: certās nimirum ne quod in suggestione cogitatiōis tolerat: in exercitatione opis erūpat. Bene ergo dicitur. Posui vectem et hostia et dixi. Hucusq venies et non pcedes amplius: et h confringes tumētes fluctus tuos: qr dum electus quisq et temptatur vitiis: et tñ facere male suggesta renititur: quasi mare clausum tenetur. Qd etsi intus tumultuosis cogitationū fluctibus mentem pcutit: statuta tamen bñ viuendi litora non excedit. Qd mare qdem in tumorē se erigit: sed dū sibi deliberatione cordis allidtur fractū reddit Beatus igitur Job ne sibi tribuat q h procellas cordis fortiter stat: voce diuina audiat. Quis cōclusit hostiis mare qñ erūpebat
C quasi de vulua pcedens et c. Ac si ei apte dicerēt. Incassum te exteri⁹ in bonis opibus pēsas: si non me interius qui in te tēptationis vndas cōpesco desideras: vt enī tu fluctus ferre possis in ope mee virtutis ē: qui fluctus frango temptationis in corde.

Sancti Gregorij Liber. 29. Ca. i.

A
Dominus de

us noster Jesus Xps in co q; virtus et sapiētia dei est: de patre ante tēpora natus ē vel potius quia nec cepit nasci nec desiit: dicamus verius semper natus. Non aūt possumus dicere semper nascitur: ne imperfectus videatur. At ꝑo vt eternus designari valeat et pfectus: semper dicamus et natus: quatenus et natus ad perfectionem ptineat: et semp ad eternitatē: vt quocūq modo illa essentia sine tēpore: tēporali valeat designari sermone: quāuis hoc ipm qd pfectum dicimus multū ab illius veritatis expressione deuiamus: qr qd factum non est: nō potest dici pfectū. Et tñ infirmitatis nostre verbis dñs cōdescendens ait. Estote pfecti sicut pater vester celestis pfectus ē. In Mat. 5.
illa itaq natiuitate diuina ab humano genere cognosci non poterat: pinde in humanitatem venit vt videretur: videri voluit vt imitaretur. Que carnis natiuitas despecta visa est sapientibus mūdi: contempserunt nāq infirma humanitatis eius: deo hec indigna indicantes. Cui tātomagis homo debi- B
tor fuit: quanto pro illo deus etiā indigna suscepit: qr enim non cognouit mundus per sapientiā deū: placuit deo per stulticiā pdi- 1. Cor. 1.
cationis saluos facere credentes. Ac si diceret. Cum deū qui est sapientia nequaq per sapientiam suam mūdus inueniret: placuit vt deū hominē factū per humanitatis stulticiam cognosceret quatenus eius sapiētia ad nostram stulticiam descēderet: et lucē superne prudentie luto sue carnis illuminata nostra cecitas videret. Natus igitur ex patre sine tēpore: ex matre nasci est dignatus in tpe: vt p hoc q ortum suū inter initiū finēq cōcluderet: humane mētis oculis ortū q nec initio sumitur nec fine angustatur aperiret: vñ bene nūc ad beatū Job dr. Nunqd post ortum tuū pcepisti diluculo: et ostēdisti aurore locum suū subaudis vt ego? Ortus qppe diuinitatis eius ante et post nō habz.
Cui dum semp esse est per eternitatē: dū oē qd labitur circūscribit: intra semetipm tēporum discursus claudit. Ortus ꝑo humanitatis ei⁹: qr et cepit et desiit: et ante et post habere a tēpore accepit. Sed qr dum ipe vmbras nostre mortalitatis suscepit: lumen nobis sue eternitatis infudit: recte p hunc ortum quē creator sibi in tēpore cōdidit: locū suum sine tēpore aurora cognouit: qr enī diluculū vel aurora a tenebris in lucē vertit: nō immerito diluculi vel aurore noīe oīs ele- C

ctorum ecclesia designatur. Ipsa nãq3 dum
ab infidelitatis nocte ad lucẽ fidei ducitur:
velut aurore more in diẽ post tenebras splẽ
dore superne claritatis aperitur. Unde r bene
Cant.6. in canticis canticoꝝ dicit. Que est ista que
pgreditur quasi aurora consurgens. San-
cta enim ecclesia celestis vite pmia appetẽs
aurora vocata est: qꝛ dum peccatorum tene
bras deserit iusticie luce fulgescit.

Capitulum. 2.

A Habemus tamẽ subtilius ali
quid qd cõsiderata qualita
te diluculi vel aurore pense-
mus. Aurora nãq3 vel dilu-
culũ noctẽ qdem pterijsse
nũciant: nec tñ diei clarita-
tem integrã ostentant: sed dũ illã pellũt: hãc
suscipiũt: lucẽ tenebris pmixtã tenẽt. Quid
itaq3 in hac vita oẽs qui vitatem seqmur:
nisi aurora vel diluculũ sumus: qꝛ r quedã
iam que lucis sunt agimus: r tamẽ in qui-
busdam adhuc tenebrarũ reliquijs non ca
remus. Per pphetã qppe deo dicit. Non
Ps. 142. iustificabit in cõspectu tuo ois viuẽs. Rur-
Jaco.4. sumq3 scriptũ ẽ. In multis offendim9 oẽs.
Ro.7. Paulus quoq3 ait. Video aliã legẽ i mem
bris meis repugnantem legi mentis mee: et
captiuũ me ducentem in lege peccati que ẽ
in mẽbris meis. Ubi ergo lex peccati cũ le-
ge mentis contendit: pfecto adhuc aurora
est: qꝛ lux que iam emicuit: necdũ ptereũtes
funditus tenebras pressit. Adhuc aurora ẽ:
qꝛ dum lex carnis legem mẽtis: r lex mẽtis
legem carnis petit: inter se vicissim lux et
umbra confligit. Unde rursum paulus cũ di-
Ro.13. ceret. Nox precessit: nequaq3 subdidit dies
B venit: s3 dies aũt appropinquauit. Qui enĩ
post discessum noctis iam nõ venisse sed ap
propinquasse diem insinuat: esse se pculdu
bio ante solẽ post tenebras adhuc in auro
ra demõstrat. Tunc aũt plene electorũ san
cte ecclesie dies erit: cum ei admixta pecca-
ti umbra iam non erit. Tũc plene dies erit:
qñ interni luminis pfecto feruore claruerit.
Tunc plene dies erit: qñ nullã maioꝝ suoꝝ
temptantẽ memoriã tolerãs: oẽs a se tene-
brarũ etiam reliquias abscondit. Unde r be-
ne hec aurora quasi adhuc in trãsitu demõ
stratur cũ dicitur. Et ostendisti aurore lo
cum suum. Cui enim locus ostendit suus:
pfecto ex alio ad aliud vocatur. Quis est
enim locus aurore: nisi pfecta claritas visio
nis interne? Ad quẽ cũ ducta venerit: iam
de transacte noctis tenebris nihil habebit.
Nunc aũt adhuc temptationũ molestia su-
stinet: qꝛ per intentionẽ cordis ad aliud fe-
stinat ecclesia ad locum suũ tendit aurora.
Quẽ locũ si mente non cerneret: in huius vi
te nocte remaneret. Sed cũ quotidie inten-
dit pfici: r in lucem quotidie augeri locũ su
um iam conspicit: r plene sibi clarescere so-
lem querit. Locum suum aurora cõsiderat:
quãdo sancta aia ad contemplandã condi
C toris sui spẽm flagrat. Ad locũ suum pertin
gere aurora satagebat cũ dauid diceret. Si
Ps.41. tiuit aia mea ad deũ fontẽ viuũ: qñ veniã
r apparebo ante faciẽ dei. Locũ suũ vitas
aurore monstrabat: cũ per Salomonẽ dice-
Eccl.6. ret. Quid h3 amplius sapiẽs a stulto: r qd
pauper nisi vt pgat illuc vbi vita ẽ. Quem
pfecto locũ etiã pcedentibus incarnationẽ
suã patribus: post ortũ suũ dñs ostẽdit: qꝛ
nisi per pphetic spũm incarnandũ superne
patrie regẽ cognoscerẽt: bona eiusdẽ patrie
q3 essent desiderabilia nõ viderent. Locum
suum veritas aurore patefecit: cũ patrẽ co
ram discipulis petijt dicẽs. Pater quos de
Jo.17. disti mihi: volo vt vbi ego sum: r illi sint me
cum. Locũ suum aurore mõstrauit: cum di
Mat.24 ceret. Ubicũq3 fuerit corpus: illic congrega
Luc.17. buntur aqle. Ad hunc locũ quẽ cognoue-
rat puenire aurora festinabat: cũ Paulus
Phil.1. desiderũ habere se diceret dissolui r cum
Christo esse. Et rursum. Mihi viuere Xp̃s
2.Cor.5. est r mori lucrũ. Et rursum. Scimus qm̃ si
terrestris domus nostra huius habitatiõis
dissoluatur: q edificationẽ ex deo habemus:
D domũ nõ manufactã eternam in celis. Be-
ne autem post ortum suũ locũ pprium auro
re ostendisse se phibet: qꝛ future retributio-
nis beatitudinem priusq3 per corpus ipse in
notesceret: in paucorũ intellectu continuit.
Cum vo humane natiuitatis infirma susce
pit: venture claritatis noticiã in multitudi
nis innumere amore dilatauit. Sed cum di
uini operis mysteriũ sic misericordia pera-
gat: vt tamẽ r ira comitetur: quatenus oc-
cultus arbiter alios respiciens redimat ali-
os deserens pdat: qꝛ cognouimus quõ per
incarnationem suã electos illuminet audia
mus nunc quõ reprobos damnet. Seqtur.
Nunqd tenuisti cõcutiens extrema terre:

τ excussisti ipsos ex ea.)) Extrema terre dñs
tenuit: quia in fine seculorꝫ ad destitutam
iam τ alienigenis regibꝰ subditam sinago-
gam uenit: atq; ex illa ipsos excussit: qꝛ spi-
ritualia fidei pdicamēta rēnuētes etiā a car
nalis sacrificij gloria repulit. Uel certe extre
ma terre tenuit: qꝛ ex iudea paucos abie-
ctos τ humiles elegit. Extrema terre tenuit
qꝛ legis doctores deserens: piscatores sum-
psit. Dūq; eius extrema tenet ex ea impios
E excutit qꝛ dum īfirmos fideles roborat: for
tes in illa infideles dānat. Recte ꝯo etiam
cōcutiens addidit: qꝛ per aduentū suū im-
mensa formidine etiā reproborū corda cō-
mouit. Cōcussi qppe fuerant q dicebant.
Jo.12. Nihil pficimus: ecce totus mundus post
eum abijt. Res aūt que pcutitur: huc illuc-
q; ducta fatigatur. Cōcussa ergo iudea fue-
Jo.5. rat: que de Xpo per alios dicebat qꝛ bonꝰ ē
τ per alios resistebat dicens: non: sꝫ seducit
Jo.9. turbas. Per alios dicebat. Nisi h esset a
deo nō poterat facere quicq; atq; ad extre-
Jo.18. mum per alios clamabat. Si nō esset h ma
lefactor: nō tibi tradidissemus eum. Cōcus-
si qdem: sed non pstrati sunt reprobi: cū mō
miracula obstupescentes cernerēt: modo in
firmitatis obprobria despicientes irriderēt
Jo.10. An non cōcussi fuerāt q dicebāt. Quousq;
aiaꝫ nostrā tollis: si tu es Xps dic nobis pa
lam. Uel certe extrema terre concussit: τ te-
nuit qꝛ cum infirmis corda humilium pio ti
more terruit: nequaquā ea iudicio districto
dereliquit. Inde enim multitudo credentiū
in deum robustius stetit: vnde in se humilia
ta trepidauit. Nam qꝛ eum deus quē cōcu
tit tenet: insinuat τ per pphetam dicēs. Su
per quē requiescet spiritus meus: nisi super
humilem τ quietum τ trementē sermones
meos. Quia eum quem concutit tenet. Sa
Pro.28. lomone attestante intimatur qui ait. Bea-
tus vir qui semper est pauidus qui autem
mentis est dure corruet in malū. Igitur qa
extrema iudee dñs in apostolis tenuit: atq;
ex illa scribas τ phariseos ac pontifices im
pietatis sue merito exigente reprobauit qd
adhuc de eorū dānatione subdatur audia-
mus. Sequitur. ((Restituetur vt lutū signa
culum τ stabit sicut vestimentum.)) Quid
aliud dñs plebem israeliticam nisi lutū rep
perit quā obsequijs gentiliū deditam ī egy-
H pto seruientem lateribus inuenit. Quā dū

tot miraculis ad terrā repromissionis du-
xit: dum perductam cognitionis sue scientia
impleuit: dum tot archana secretorū ei per
pphetiam cōtulit: qd eam aliud q; seruan-
dis mysterijs signaculum fecit. Ipsa qppe
diu in pphetia clausum cōtinuit qcquid de
se veritas in fine reuelauit. Sed dum post
tot diuina secreta: post tot percepta mira-
cula redemptoris sui aduentu: plus terraꝫ
q; veritatem dilexit: per sacerdotes dicens.
Si dimittimus eum sic omnes credent ī eū: Jo.11.
τ venient romani τ tollent nostrum locū et
gentem: quasi ad eos quos in egypto reli-
querat laterea redijt τ que facta iam dei si-
gnaculum fuerat: ad hoc etiam quod dese-
cuerat infiexit: lutūq; se post signaculū ī ocu
lis veritatis exhibuit: cū per impietatis ma
liciam accepti verbi mysteria perdidit: τ so
la terrena sapere que inquinant elegit. Ubi
aperte subiungitur. ((Et stabit sicut vestimē
tum.)) Imposita nāq; τ grossiora vestimen
ta etiam cum induta fuerint: quia induen-
tis membris bene applicata non herēt: sta-
re referuntur. Judea igitur circa veritatis
noticiam etiam cum seruire videretur: sicut G
vestimentum stetit: qꝛ per exteriora manda
ta seruire se domino ostēdit: sed adherere
ei per charitatis intelligentiam noluit: duꝫ
solam in preceptis dei litteram tenuit: τ ne-
quaq; se per spiritum sensibus intimis iun-
xit quasi ei qui se induerat nō adhesit. Ubi
τ apte subiungitur. ((Auferetur ab impijs
lux sua.)) Quia cum credere veritati rēnu-
unt: cognitionem legis imperpetuū amittūt
τ dum de accepta lege superbiunt: nimiruꝫ
de scientie sue gloria cecantur. Scriptū qp-
pe est. Obscurentur oculi eorum ne videāt. Ps. 68.
Rursumq; scriptum est. Exceca cor populi
huius: τ aures eiꝰ aggraua. Et rursum scri Sap. 6.
ptum est. In iudicium ego in hunc mundū
veni: vt qui non vident videāt: τ qui vidēt Jo.9.
ceci fiant. Et qꝛ semetipsos de legis operi-
bus contra conditorē legis extulerunt apte
subditur. ((Et brachium excelsum contere-
tur.)) Excelsum quippe brachium conteri-
tur quando predicata fidei gratia superba
legis operatio reprobatur cum dicatur Ex
operibus legis non iustificabitur oīs caro. Ro.3.
Cuncta tamen h intelligi τ aliter possunt.
Terram quippe scriptura sacra vocare cō-
sueuit ecclesiam. Extrema igitur terre dñs

tenet ꝛ concutit: q꞉ ecclesie sue vltima per
aduentum antichristi persecutione imma-
nissima turbari permittit: nec tamen ꝑmit-
tendo deserit. Hanc terram aliquando dn̄s
tenet ꝛ non concutit: aliquando tenet ꝛ cō-
cutit: quia modo eam tranquilla pace fidei
possidet: modo cōmoueri impetu persecutio
nis iubet. Bene autem cum diceret. Nun-
quid tenuisti concutiens extrema terre: il-
co adiunxit: ꝛ excussisti impios ex ea: Atte-
Tit. 1. stante enim paulo plerisq̄ in ea sunt qui ꝯfi
tentur se nosse deum: factis autem negant.
B Impios ergo ex ea dn̄s excutit: q꞉ hi quos
nunc intima vicia possident: tunc in voragi
nem aperte infidelitatis cadent: atq̄ i acer-
uum palearum transeunt: cum temptatio-
nis illius aura cōmouentur. Et quāuis se
nunc sub spē fidei intra arec sinum tegunt:
tunc nimirum extra granorum cumulum di
stricti examinis ventilabro resilient. Unde ꝛ
apte subiungitur. ((Restituetur vt lutum si
gnaculum.)) Ac si aperte diceret. Hi q nūc
videntur in ecclesie sinu signaculum: tunc an
te oculos omnium restituentur vt lutum. i.
nequaq̄ iudicia hominum de professiōe re
ligionis fallant: sed q̄ terrena sapiant de-
monstrantur. Solet enim scriptura sacra ꝓ
fide appellare signaculum: pro iniquitate lu
Luc. 15. tum. Nam filius iunior qui cōsumpta sub-
stantia ad patrem rediit in munere anulum
accepit. Gentilis enim populus qui in mor
talitate perdita ad deum penitendo reuer-
titur: per fidei signaculum munitur. Unde
Can. 8. ꝛ a sponso suo ecclesie dicitur. Pone me vt
signaculum super cor tuum. Iccirco nāq̄
signaculum rebus ponitur: ne qua diripiē-
C tium presumptione temerētur. Sponsus er
go in cor signaculum ponit: quando fidei ei⁹
mysterium in custodiam nostre cogitatiōis
imprimitur vt ille infidelis seruus nimirum
noster aduersarius: cum signata fide corda
considerat: temptando ea irrumpere nō pre
sumat. Per lutum vero q꞉ terrena cōtagia
demonstrantur: attestatur psalmista q aut.
Ps. 38. Eduxisti me de lacu miserie: ꝛ de luto fecis.
Quia igitur multi in terrenis contagiis in-
uenti: perducti ad ecclesiam celestis fidei sa
cramento signantur: ꝛ tamē ab iniquis ope
ribus non recedunt sed q̄ nunc fidei velamie
cōtegunt: sed cum tēpus inuenerint qd sint
veraciter ostendunt: recte dicitur. Restitue-
tur vt lutum signaculum. Quos enim nūc
fideles credimus: ipsos tunc fidei hostes in
uenimus: ꝛ quāuis appareant non tempta-
ta signaculum: erunt procuidubio temptati
lutum. Unde ꝛ recte dicitur. Restituetur: q꞉
qualis eorum conscientia esse ante fidē pa
tuit: talea eos postmodum reproba vita con
uincit. De quibus apte subiungitur. ((Et
stabit sicut vestimentum.)) Tot nunc qua-
si vestibus sancta ecclesia induitur quot fi-
delium veneratione decoratur. Unde et ei
ostensis gentibus a dn̄o per ꝓphetā dicit.
Uiuo ego dicit dn̄s q꞉ oibus his velut orna Isa. 49.
mento vestieris. Multis tamē quasi fideli-
bus nunc specietenus induitur: sed pulsan-
te ꝑsecutionis impetu: tunc eis exuta nuda
bitur: de quorū sorte hic dicitur. Et stabit
sicut vestimentum. Stare vero hoc loco po
nitur i peccato persistere. Unde scriptum ē.
Et in via peccatorū nō stetit. Uel reprobus Ps. 1.
quisq̄ sicut vestimentum stare dicitur: vt nō
posse stare monstretur. Q꞉ sicut induta ve-
stis in visionis sue specie per corpus tendit
exuta aūt fracta complicatur: ita vnusquis-
q̄ qui a sancte ecclesie tunc statu recesserit:
tensus ac decorus: quasi dum indueret fuit
sed exutus postmodū confractus atq̄ abie
ctus iacebit. Si vero stare intelligimus ꝑdu
rare: sicut vestimentum stat quisq̄ reprob⁹:
q꞉ i hac vita quā diligit breuiter durat. Un
de ꝛ per prophetam dicitur. Omnia sicut ve Ps. 101.
stimentum veterascent: ꝛ sicut opertorium
mutabis ea ꝛ mutabūtur. Hec itaq̄ que al
legoriarum nube tecta intulit: nunc verbis
apertioribus innotescit subdens.

Capitulum. 3.



Auferetur ab impiis lux sua.))
Neq̄ enim eos nunc dei lu A
men illustrat: qui iniquita-
tis sue maliciam fidei nomi
ne palliant. Nam dum iuxta
predicationem fidei viuere
negligunt: ꝛ tamen eandem fidem speciete
nus venerantur: honorem vite presentis ex
nomine religionis querunt. Hocq̄ eis ex fi-
de lucet q eos fides coram hominib⁹ refo
uet. Sunt vero nōnulli q eterna que audiūt
veraciter credūt: ꝛ tamē eidem quā tenent
fidei male viuēdo cōtradicunt. Habent hi
quoq̄ in tenebras lucem suā. q꞉ dū ꝑuersa
agunt: ꝛ tamē de deo recta sentiūt: ne tene-

brescant funditus: et quadam parte fulgo
re luminis illustrantur. Qui dū plus terre
na q̄ celestia: plus que vident q̄ que audi
unt diligant pulsante psecutionis articulo:
qd rectū credere videbantur amittūt. Qd
illo maxime tempore multiplicius agit: qn
surgente ipso iniquoꝝ capite: in sancta ec
clesia psecutione vltima liberia suis virib⁹
eius fortitudo crassatur. Ibi tūc cor vniuſ
cuiusq̄ ostenditur: ibi quicqd in occultis la
tebat aperietur: et qui nunc ore sunt pij et
corde sunt impij: publicata malicia corruūt
et lucem fidei quā specietenus tenuerāt per
dunt. Sed inter hec necesse est vt vnusqsq̄
nostrū ad cordis sui secretū redeat: et actio
nis sue dāna ptimescat: ne exigentibus me
ritis per districtam iusticiam iudicioꝝ dei
in taliū hominū numerum corruat. Nemo
aūt sibi incaute blandiatur: et iccirco se a ta
li extraneum credat: qꝛ ad illius tempesta
tis pcellam puenire nō existimat. O quan
ti illius temptationis tēpora non viderunt
et tamen in eius temptationis procella ver
santur. Chayn tēpus antichristi nō vidit: et
tamen membrū antichristi per meritū fuit.
Judas seuitiā psecutionis illius ignorauit
et tamen viribus crudelitatis eius auaritia
B suadente succubuit. Simon dimisus lōge ab
antichristi tēporibus extitit: et tamē se ei⁹ su
perbie miraculoꝝ potentiā puerse appetē
do coniunxit. Sic iniquoꝝ corpus suo ca
piti: sic mēbris mēbra iunguntur: cum a co
gnitione se nesciūt: et tamē sibi praua actio
ne copulantur. Neq̄ enim pergamus ba
laam libros aut vba cognouerat et tamen
eius nequiciam sequens: vocē superne icre
pationis audiebat. Habes illic tenētes do
ctrinam balaam: qui docebat balac mittere
Apo.2. scandalū corā filijs israel: edere et fornicari.
Thiatirem quoq̄ ecclesiam ad Jezabel no
ticia et tempora et loca diuidebant: sed quia
eaꝫ per vite reatus astrinxerat inesse ei Je
zabel dicitur atq̄ operibus pversis insistere
Ubi. s. angelo attestante qui ait. Habeo aduersus
te aliqua qꝛ pmittis mulierem. Jezabel q̄
se dicit pphetam docere et seducere seruos
meos: fornicari et manducare de ydolothy
tis. Ecce qꝛ repiri potuerunt q Jezabel vi
tam reproba actione secuti sunt Jezabel il
lic inuenta memoratur: qꝛ videlꝫ prauū cor
pus coniuncti mores vnū faciūt: etiā si hos

loca vel tēpora scindunt. Unū fit vt in puer C
sis suis imitatoribus et iniquus qsq̄ mane
at: qui iam preterijt: et in suis opatorib⁹ ipse
iniquorum auctor iam appareat: q necdū
venit. Hinc Joannes ait. Nunc antichristi Jo.2.
multi facti sunt: qꝛ iniqui oēs iam ei⁹ mem
bra sunt: que scilꝫ puerse edita: caput suum
male viuendo preuenerunt. Hinc Paulus
ait. Ut reueletur in suo tēpore. Nam myste 2.Thes.2
rium iam opatur iniquitatis. Ac si diceret:
tunc antichristus manifestus videbitur: nā
in cordibus iniquorum secreta sua iam nūc
occultus opatur. Ut enim de apertioribus
criminibus taceam ecce alius fratri in cor
de suo tacitus inuidet: et si occasionē repe
riat: eum supplantare cōtendit. Cuius alte Sap.2.
rius mēbrum est nisi eius de quo scriptū ē.
Inuidia dyaboli mors intrauit in orbē ter
rarum? Alius magni meriti esse se estimat:
per tumorē cordis cunctis se pferens oēs se
metipso inferiores credit. Cuius alteri⁹ mē
brum est nisi eius de quo scriptum est. Oē Job.41.
sublime videt et ipse est rex super vniuersos
filios supbie. Alius mūdi huius potentiam
querit: non quo aliqa prosit: sed quo ipse al D
teri subditus non sit. Cuius alterius mēbrū
est nisi eius de quo scriptum ē: qui dixit. Se Isa.14.
debo in monte testamenti in lateribus aq
lonis: ascendā super altitudinē nubiū: simi
lis ero altissimo? Solus quippe altissimus
ita dominaꝛ super oīa: vt alteri subesse non
possit. Quē dyabolus imitari peruerse vo
luit: cum suum dn̄m querens ei subesse recu
sauit. Imitatur ergo dyabolū quisqs iccir
co potestatem suam appetit: qꝛ ei qui sibi ē
supna ordinatiōe ppositus subesse fastidit.

Capitulum. 4.



Unt preterea plurima que A
quosdaꝫ in ipsa pace eccle
sie cōstitutos infideles esse
renunciant. Uideo namq̄
nōnullos ita personā potē
tis accipere: vt requisiti ab
eo pro fauore eius nō dubitē in causa pri
mi veritatem negare. Et quis est veritas: ni Jo.14.
si ille q dixit? Ego sum via veritas et vita.
Neq̄ enim Joānes baptista de cōfessione
christi: sed de iusticie veritate requisitus oc
cubuit: sed qꝛ christus est veritas: ad mor
tem vsq̄ iccirco pro christo qꝛ videlicet pro
veritate peruenit. Ponamus ergo ante ocu

los: qui aliqs percunctatus personam poten
tis accepit et ne forsitan saltem iniuriam pateretur.
veritatem negauit. Quid ergo iste faceret
in dolore penarum: qui xpm erubuit inter fla
gella verborum. Ecce et post hec ante ocu-
los hominum adhuc xpianus est: et tamen si
eum dns districte disposuit iudicare iam non
est. Video autem alios qbus per locum magi
sterij exhortandi sunt officia: arguendique com
missa: qui cum vident aliqd illicitum admit-
ti: et tamen dum quorundam potentum offende
re gratiam metuunt: arguere non presumunt.
Quisqs iste est qd aliud facit nisi vidit lu
pum venientem et fugit. Fugit: quia tacuit: ta
cuit quia despecta eterna gratia tpalem gloriaz
plus amauit. Ecce ante potentis faciem in
tra sui se latebras silentij abscondit: et sicut
psecutori publice: sic occulte locum dedit ti-
Jo.12. mori. Bene de talibus dr: Dilexerunt glori
am hominum magis quam dei. Quisqs igitur ta
B lis est: si per hec districte iudicatur: et psecu-
tio publica defuit: et tamen tacendo christuz
negauit. Non ergo desunt vel in pace eccle-
sie antichristi temptamenta. Nemo itaque ita
psecutionis extreme tempora quasi sola per-
horrescat. Apud iniquos namque quotidie res
antichristi agitur: quia in eorum cordibus my-
sterium suum iam nunc occultus operatur
Et si multi nunc specietenus intra ecclesiam
constituti: simulant se esse quod non sunt: in
aduentu tamen iudicis pdentur qd sunt:
Eccs.8 De qbus bene Salomon ait: Vidi impios
sepultos: qui etiam cum adhuc viuerent in loco
sancto erant et laudabantur in ciuitate qua
si iustorum operum. Igitur postque de iniqs
dictum est: Restituetur vt lutum signaculuz: et
stabit sicut vestimentum: et auferetur ab im
pijs lux sua quod vtique in illa est antichri-
sti persecutione faciendum. Tria quippe ice-
dere bene dixit: et quartam feliciter perdi-
tione nos consolans ait: ((Et brachium excel
C sum confringetur.)) Quid namque aliud excelsum
brachium accipitur: nisi superba antichristi
celsitudo que super reprobas mentes homi-
nuz fastu glorie secularis erigitur: ita vt ho
mo peccator: et tamen estimari homo despi
ciens deum sese super homines mentiatur.
Unde et Paulus apostolus dicit: Ita vt in
2.Cor.2 templo dei sedeat ostendens se tanque sit de
us. Cuius vt tumorem plenius ostenderet
2.Thes.2 premisit. Qui aduersatur et extollitur super
omne quod dr deus aut quod colitur. De- Exo.7.
us enim dici aliquando et homo potest: iuxta
quod ad Moysen dr: Ecce constitui te de
um Pharaonis. Deus vero coli pariter ho-
mo non potest. Quia vero se antichristus et
super sanctos quosque homines: et super ipsi
us potentiaz diuinitatis extollit: per exactum
sibi nomen glorie et hoc quod deus dr: et
hoc quod deus colitur transire conatur.
Notandum uero est: in quantam superbie fo
ueam cecidit: qui in mensura ruine qua lapsus
est non permansit. Dyabolus quippe vel ho- D
mo a statu conditionis ppriae elata mente cor
ruerunt: vt vel ille diceret: Ascendam sup
altitudinem nubium: similis ero altissimo: vel Isa.14.
iste audiens crederet: Aperientur oculi vestri
et eritis sicut dij. Iccirco ergo vterque cecidit Ge 3.
quia esse deo similis non per iusticiam: sed per
potentiam concupiuit. Sed homo per gratiam
liberatus: qui dei similitudinem peruerse ap-
petendo ceciderat: in reatu criminis sui longe
deo imparem se esse cognoscens clamabat:
Dne qs similis tibi: Dyabolus uero in lapsu Ps.88.
sui criminis iuste dimissus in mensura ruine
sue minime permansit: sed quanto diutius ab
omnipotentis gratia defuit: tantomagis rea-
tum criminis cumulauit. Nam qui ideo cecidit
quia peruerso ordine deo esse similis voluit: eo-
usque perductus est vt in antichristum veni-
ens videri deo similis dedignetur: atque euz
quem habere non potuit supbus: equalem
dänatus inferiorem putet. Nam cum de il-
lo hoc quod iam premisimus dr: Extollens
se supra omne quod dr deus aut qd colitur: ap-
te monstratur: quia appetendo dudum similitu
dinem dei: quasi iuxta deum erigere se voluit
sed in superbie culpam crescendo iam se su
pra omne quod deus et dr et colitur extollitur.
Quia ergo hec eius superbia districte iudicis
erit aduentu feriendo sicut scriptum est: Quez 2.Thes.2
Jesus interficiet spiritu oris sui et destruet illu
stratione aduentus sui: recte dr: Et brachi-
um excelsuz confringetur. Cuncta tamen hec
que hic discussa sunt adhuc intelligi et aliter
possunt. Verba enim dei quasi pigmenta que- E
dam nostri sunt adiutorij: et sicut pigmentum
quanto plus teritur tanto in poculum eius
virtus augetur: ita diuina eloqa quo ma-
gis exponendo conterimus: eo audientes am
plius quasi bibentes inuamur.

Capitulum 5.

a Quia igitur misericors deus diu peccata hominum tolerat: et eos iam vicinum finem respicit: plerumq3 mentes peccantium immutat: recte de se diuinitate pietatis insinuans ait: Nunquid tenuisti concutiens extrema terre: et excussisti impios ex ea? Per terram quippe homo infirma sapiens designatur: cui

Gen.3. peccanti dictum est: Terra es: et in terram ibis. Sed q2 pius conditor facturam suam non deserit: mala hominum et per suam patientiam tolerat: et per eorum quoq3 conuersionem relaxat. Cum duras atq3 insensibiles mentes respicit: modo eas minis: modo verberibus: modo reuelationibus terret: vt que pessima securitate duruerant: salubri timore mollescant: quatenus vel sero redeant et hoc ipsum saltem quod diu expectati sunt erubescant. Scit.n. dñs q2 extrema vite nostre plus indicat: et iccirco electos suos in fine sollicitius purgat.

i. Re.2. Scriptum quippe est: Deus iudicabit fines terre. Tanto ergo impensius vltimis nostris inuigilat quanto in ipsis pendere initia vite sequentis pensat. Quod q2 misericorditer facit: pietate sua in medium deducta: q2 etiam

b sero conuersos peccatores recipit beati Job iusticiam erudit dicens: Nunquid tenuisti concutiens extrema terre: et excussisti impios ex ea? subaudis vt ego: qui in suis vltimis sepe peccatores terrendo concutio: conuertendo teneo: atq3 ab eorum cordibus impios cogitationum motus auello. Et recte Job dñs quod iuxta finem peccatores conuertat insinuat. Ac si aperte dicat: Misericordie mee potentiam respice et tue iusticie elationem preme. Que extrema hominis: q2 etiam et cum conuertitur per carnis mortem illa antique culpe vindicta committatur: protinus insinuat cum dicit: Restituetur vt lutum signaculum et stabit sicut vestimentum. Hominem quippe dñs quem ad suam similitudinem condidit: quasi quoddam sue potentie signaculum fecit. Quod tamen vt lutum restituetur: q2 licet eterna supplicia per conuersionem fugiat: in vltione tamen perpetrate superbie carnis morte damnatur. Ex luto quippe homo conditus et mentis accepta ratione similitudine diuine imaginis decoratus: elatione cordis intumescens: quod de infimis formatus esset oblitus est. Unde mira conditoris iusticia actum est: vt q2 per sensum intumuit: quem rationabilem acceperat rursus terra per mortem fieret: quam esse considerare humiliter noluit: et q2 peccando similitudinem dei perdidit: moriendo ad limi sui materiam rediit: recte dicitur: Restituetur vt lutum signaculum. Et q2 de corpore dum spiritus vocatur quodam quasi in volucro carnis sue exuitur: apte et de eodem luto subiungitur. Et stabit sicut vestimentum.

c Lutum namq3 nostrum sicut vestimentum stare est: vsq3 ad resurrectionis tempus inane exutumq3 perdurare. Sed q2 hanc penam superbie nec illi transeunt: qui et eandem superbiam viuendo humiliter vincunt: que sit superbientium specialis pena subiungit dicens: Auferetur ab impiis lux sua: et brachium excelsum confringetur. Mors enim carnis quos electos lucis sue restituit: lucem suam reprobis tollit. Lux namq3 superbientis est: gloria vite presentis. Que enim lux tunc subtrahitur: cum per carnis interitum ad retributionum suarum tenebras vocatur. Ibi tunc excelsum brachium confringetur: q2 celsitudo carnis vltra nature ordinem violenter arrepta opprimentis diuine se iusticie mole dissipatur: vt quam se peruerse in breui exerceat: per pondus iudicii in eternum fractam cognoscat. Nullus autem nostrum quid post mortem sequeretur agnosceret: nisi vite nostre conditor ad penam vsq3 mortis nostre veniret. Nisi enim ipse misericorditer infima peteret: nequaq3 nos post suam imaginem perditos iuste ad summa reuocaret. Unde et recte subiungitur. Nunquid ingressus es profunda maris: et in nouissimis abyssi deambulasti? Ac si dicat: Ut ego: qui non solum mare.i.seculum: per assumptam humanam carnem atq3 animam perii: sed etiam per eam sponte in morte positus vsq3 ad vltima inferni quasi ad maris profunda descendi. Si enim mare:

d more diuini eloquii: seculum debet intelligi: nil prohibet profunda maris inferni claustra sentiri. Quod profundum maris dñs petiit: cum inferni nouissimus electorum suorum animas erepturus intrauit. Unde per prophetam dicitur.

Posuisti profundum maris viam: vt transiret liberati: hoc namq3 profundum maris ante redemptoris aduentum non via: sed carcer fuit: quia in se etiam bonorum animas quamuis non in locis penalibus clausit. Quod tamen profundum viam dñs posuit: q2 illuc veniens electos suos a claustris inferi ad celestia transire con- Isa.51

cessit. Unde ⁊ apte illic dr. Ut transirent li
berati. Quod ꝯo pfundum maris dixerat:
hoc alijs ꝟbis replicans abyssi nouissimū
vocat: qr sicut aquarum abyssus nulla no
stra visione cōprehenditur: ita occulta infe
ri nullo a nobis cognitōis sensu penetrant.
Qui eni hinc subtrahuntur cernimꝰ: ed q̄
illos iuxta meritū retributio suppliciorū ma
neat non videmus.

Capitulum 6.



Igilanti ꝯo ē cura pensan
dum q in nouissimo abyssi
deambulasse se perhibet.
Deambulare quippe nō cō
stricti sed liberi ē. Quē eni
vincula astringunt: eius ni
hilominus gressus ipediunt. Qr igitur do
minus nulla peccati vincula ptulit: in infer
num deambulauit. Liber quippe ad ligatos
Ps. 87. venit. Unde scriptum est: Factus sum sicut
homo sine adiutorio: inter mortuos liber.
In nouissimis ergo abyssi dño deambulare
est: in loco dānationis nil sue retentōis sus
tinere: attestante Petro q ait: Solutis dolori
Act. 2. bus iferni: iuxta quod impossibile fuerat te
neri illum ab eo. Vel certe qr deambulan
do nos cum de loco ad locum ducimur: hic
illicq; presentes inuenimur: deambulasse i in
ferno dñs dr: vt electis aiabus in locis sin
Sap. 7. gulis per diuinitatis potentiam presens fu
Mat. 28. isse monstretur. Unde ⁊ spūs sapientie mo
Luc. 24. bilis describitur: vt per hoc q nusq; deest
vbiq; nobis occurrere designetur. Quā de
scensionem suā dñs quanto mirabilē respi
B cit: tanto eā redempto hoi crebrius infun
dit. Eam nāq; adhuc replicans subdit.
(Nunqd aperte sunt tibi porte mortis ⁊ ho
stia tenebrosa vidisti?) Porte eni mortis
sunt potestates aduerse. Quas descendēs
dominꝰ aperuit: qr earum fortitudinē morien
do superauit. Que appellatiōe quoq; alia te
nebrosa hostia vocantur: qr dum per occul
tationis sue insidias nō videntur: deceptis
mentibus viā mortis aperiunt. Que tene
brosa hostia dñs videt: qr imundorū spūum
fraudulentiā ⁊ maliciā ⁊ respicit ⁊ premit.
Quos nisi ipse nobis nescientibus vidēdo
prohiberet: ⁊ nil de īsidijs eorū mens nostra
C cognosceret: ⁊ eisdem insidijs capta deperi
ret. Que tenebrosa hostia etiam nos hostia
cernimus: quando superne lucis radijs illu

strantur. Unde ⁊ per pphetā dr: Dñs mi
hi adiutor est: ⁊ ego videbo inimicos meos Ps. 117.
Hostes igitur nostros ipse videt: q suo eos
munere nobis visibiles facit. Vel certe te
nebrosa hostia tunc dñs vidit: cum claustra
iferni penetrans: crudeles spūs perculit: et
mortis prepositos moriendo dānauit. Qđ
iccirco h nō adhuc de futuro: sed iā de pre
terito dr: qr hoc qđ facturus erat in ope:
nimirum iam fecerat in predestinatiōe. Qr
ꝯo post mortē resurrectionēq; eius creuit
ecclesia: atq; in cunctis est gentibus dilata
ta apte subiungitur.

Capitulum. 7.



Unqd ꝯsiderasti latitudi
nem terre.) Dum. n. dñs
angustias mortis pertulit fidē A
suā in gentibꝰ dilatauit: at
qz ad innumera corda cre
dentiū sctām ecclesiam ex
tendit. Cui per pphetam dr: Dilata locum
tentorij tui ⁊ pelles tabernaculorū tuorū ex Esa. 54.
tende ne parcas. Longos fac funiculos tu
os: ⁊ clauos tuos cōsolida. Ad dexterā eni
⁊ ad leuā penetrabis ⁊ semen tuum gentes
hereditabit. Que latitudo terre pfecto nō
fieret: nisi ipse prius ⁊ vitā quā nouimꝰ mo
riendo despiceret: ⁊ vitam quā nō nouimꝰ
resurgendo mōstraret. In morte quippe sua
nostre oculos mentis aperuit: ⁊ que eēt vita
que sequeretur ostendit. Unde ⁊ huc i euā
gelio ordinem tenens discipulis dicit: Sic
oportebat xpm pati: ⁊ resurgere a mortuis Luc. 24.
tertia die: ⁊ predicari i nomine eius penitē
tiam ⁊ remissionem peccatorū per oēs gentes.
Pauci eni ex plebe israelitica i ipso predi
cante crediderunt: innumeri ꝯo gentiū po
puli viam vite morientē illo secuti sunt. Su
perbos nāq; dū adhuc passibilis vinceret p
tulit: a passibili ꝯo vita multos dū moreretur
strauit. Quod bene Sampson i semet
ipso dudum figuraliter expressit: q paucos Judi. 16.
qdē dū viueret iteremit: destructo aūt tem
plo hostes inumeros cū moreret occidit: qr
nimirū dñs elatōe supbie paucos cū viue ret
plures ꝯo cū téplū sui corpis solueret ex
tinxit: atq; electos ex gentibꝰ qs viuēdo su
stinuit simul oēs moriēdo pstrauit. Recte
itaq; postq; iferna penetrasse se docuit: ꝯsi B
derādā mox terre latitudinē subiūxit: Ac si
flagellato hoi diceret: Perpēde qd ptuli: ⁊

pensa quod emi: nec queraris ipse de ꝓbe-
re: dum nescis que te premia maneant i re
tributione. Inter hec itaq3 verba creatoris
opere precium puto: si a bono cõmuni ac pu
blico paruper oculos flectimus: τ qd in sin
gulis nobis latenter agat intuemur. Dicit
eni: ⸿ Nunqd ingressus es profundum ma
ris. ⸾ Mare quippe ẽ mens humana: cuius
ꝓfunda deus igreditur: quando per cogni
tionẽ suam ad lamenta penitentie ab inti-
mis cogitatõibus perturbatur: quãdo prio
ris vite neqtias ad memoriã reducit τ flu
ctuantem i confusione sua animũ concutit
C Profundum maris deus penetrat: quãdo
etiam despata corda ꝑmutat. Ipse eni ma
re ĩtrat: quando cor seculare humiliat: pro-
fundum maris igreditur: quando visitare
mẽtes ẽt pressas sceleribus nõ dedignatur
Unde τ recte ꝑcunctando subiungitur:
⸿ Et i nouissimis abyssi deãbulasti. ⸾ Que
eni est abyssus nisi mens humana: q̃ dum
semetipsam comprehendere nõ valet: sese
in omne quod ẽ velut obscura abyssus la-
tet. Unde bene per prophetam dr: Dedit
abyssus vocem suam ab altitudine fanta-
sie sue: qz dum semetipsam mens humana
non penetrat: et compatione sue diuine na
ture potentiam quã comprehendere nõ suf
ficit humilius laudat. In nouissimis ergo
abyssi deo deambulare est: etiam neqssimo
rum corda hominũ conuerte: τ despatas
mentes visitatõis sue vestigijs tãgendo mi
rabiliter reformare. Cum enim post imensa
scelera vnusqsq3 cõpungitur: qd aliud q̃ i
nouissimis abyssi deus deambulans vide-
tur. Quasi in abysso nãq3 deus deambulat
cũ obscurum cor penetrans fluctus inuisibi
D les vitiorum calcat. Plerũq3 enim preteri-
ta alia plãgimus τ alijs presentibus vrge-
mur: vt modo supbia: modo ira: modo lu-
xuria: modo auaricia tẽptante fatigemur.
Sed cuncta hec in corde nostro dña occul
te visitatõis sue timore reprimit: qd aliud
q̃ abysso gressus ponit. Quos gressus mẽ
te cõspicimus: quando ↄtra insurgentia vi
tia quomõ timoris eius obuient dona pen-
Ps. 41. famus. Hos nãq3 gressus ꝓpheta cõspexe-
rat cũ dicebat. Uisi sunt igressus tui deus.
Qui ingressus dei mei regis mei q est i san
cto ipsi⁹. Qui eni inordiatos motus animi
diuinoꝝ iudiciorum memoria in se reprimi
conspicit: quasi deambulantis in se gressus
dñi videt. Dicat ergo beato Job. Nunqd
igressus es ꝓfundũ maris: τ in nouissimis
abyssi deambulasti: subaudis vt ego q mi-
ra misericordia i peccatoꝝ cordib⁹: modo
iram: mõ luxuriam: modo auariciã: modo
surgentem supbiam calco: Ac si ei apte di-
ceretur: Si latenus cordis vicia me solũ re
primere cõspicis tu extolli de propria iusti-
ficatione cessabis.

Capitulum. 8.



Et qz cũ diuinit⁹ visitamur A
etiã de occultis τ illicitis mo
tibus mentis ad cõfessionẽ
ducimur: recte subiungitur
⸿ Nunqd aperte sunt tibi
porte mortis. ⸾ Porte eniz
mortis sunt cogitatões praue: quas deo pã
dimus quãdo eas in penitentia fiendo cõ
fitemur. Quas etiã non cõfessas intuetur:
sed ↄfessas igreditur. Tunc quippe viã sibi i
portis mortis apit: quando solutis prauis
cogitatõib⁹ ad nos post cõfessionem venit.
Que porte mortis iccirco vocate sunt: qz ꝑ
fecto via ad interitum p iniquas semp cogi-
tatões apitur. Quod adhuc replicatur cuz
subdit: ⸿ Et hostia tenebrosa vidisti. ⸾ Te-
nebrosa nãq3 hostia sunt latẽtia mẽtis ma
la: que τ haberi intrinsecus possunt: τ tamẽ
ab alteris videri nõ possunt. Que tamẽ do
minus cernit: quando ea occulto respectu
grẽ destruit. Scriptũ quippe est: Rex q sedet
i solio iudicij dissipat oẽ malũ intuitu suo. Pro. 20.
Et qz omne vitium angustat: ois ꝓo virtus
animũ dilatat post ↄstructa vitia recte sub
iungitur: ⸿ Nunqd cõsiderasti latitudinẽ
terre. ⸾ Nisi eni virtus animum dilataret: B
nequaq̃ Paulus corinthijs diceret: Dila 2. Cor. 6
tamini τ vos τ nolite iugum ducere cũ infi
delib⁹. Solerter ꝓo itendum est quod dr
Cõsiderasti latitudinẽ terre. Latitudo nã-
qz bonoꝝ iterioꝝ nequaq̃ cõprehendit: ni
si caute cõsideretur. Nã plerũq3 eos exteri⁹
inopia humiliat: pene cruciatus angustat.
Sed tamẽ inter hec semp interior fortitu-
do se vsq3 ad speranda celestia dilatat. An
gustati apostoli exteri⁹ fuerant: quãdo fla-
gella sustinebant: sed in magna stabant in
tus latitudine liberi: q apud se hec eadem
flagella i gaudium verterant. Scriptũ nãq3 Mat. 5.
est: Ibant apostoli gaudentes a conspectu

concilij:qm̃ digni habiti sunt pro noĩe Jesu
cõtumeliam pati. Hanc latitudinem iter an
Phil.1. gustias paulus inuenerat:qui dicebat. Sci
re aũt vos volo fratres: qꝛ q̃ circa me sunt
magis ad ꝓfectum venerũt euãgelij ita vt
vincula mea manifesta fierent in omni pre
torio. Hanc latitudinem Dauid inter an
Ps.4. gustias obtinebat dicens. In tribulatiõe di
latasti me. Tunc itaq; hec terra.i.sanctorum
conscientia dilatatur: cum mundi hui⁹ ad
uersitatibus exterius premitur. Nam cuꝫ a
presentis vite securitate repellitur:intus ad
se impingitur: vt ad speranda superna ten
datur. Cũ ẽ euagari exterius non permitti
tur quasi in sinum suum reuocata dilataẽ.
Nos autem que boni viri aduersa tolerẽt
cernimus: sed intus quantũ gaudeant nõ
videmus: mentis eoruꝫ latitudinẽ modo in
verbis:modo in opibus cõsiderando cogno
scimus:sed tñ quanta in eius amplitudo sit
eiusdem latitudinis ignoramus. Audiat er
go humana sapientia: ⁊ se insipientẽ discat
Nunqd considerasti latitudinem terre? Ac
si dicat:vt ego q flagellis cunctam occultaꝫ
iustorũ leticiam solus plene considero:qꝛ so
lus misericorditer formo. Uel certe iccirco
beatus Job vtrũ terre latitudinem cõside
rauerit inquiriẽ:vt exemplo aliene latitudi
nis humilietur. Ac si ei aperte diceretẽ. Eos
quos innumera mala ꝑsentis vite nequeũt
angustare considera : et de statu cordis tui
inter verba gloriari cessa. Sequitur.

Capitulum. 9.

21 Indica mihi si nosti oĩa: in
qua via habitet lux:⁊ tene
brarum quis locus sit vt du
cas vnũquodq; ad termĩos
suos:⁊ ĩtelligas semitas do
mus eius. Beatus Job gra
ui questione discutitur: vt de via lucis ⁊ te
nebrarũ loco requiratur: vt vnumquodq; ad
suos terminos ducat: ac semitas dom⁹ ei⁹
intelligat. Quid enĩ lucis noĩe:nisi iusticia
accipiẽ? Et quid ꝑ tenebras nisi iniqtas de
signaẽ? Unde qbusdam cõuersis a peccato
Ephe.5. rum nequicia dicitur. Eratis aliquãdo te
nebre:nunc aũt lux in dño. Et de qbusdam
in peccato manentibus memoraẽ. Qui dor
miunt:nocte dormiũt. Beato itaq; Job di
1.Thes.5. citur. Indica mihi si nosti oĩa:ĩ quã via ha
bitet lux:⁊ tenebrarum quis locus sit. Ac si
dicatur ei. Si plenam te habere scientiã su
spicaris: dic vel in cuius corde ea que nunc
deest innocentia veniat; vel in cuius corde
ea que nunc est malicia ꝑseueret: ĩ qua via
habitet lux.i. cuius mentem veniens iusti
cia impleat:⁊ tenebrarũ quis locus sit.i. in
quo iniquitas ceca ꝑduret vt ducas vnum
quodq; ad terminos suos.i. vt diiudices si
vel is qui nũc iniquus cerniẽ: in iniquitate
vitam finiat ; vel is qui iustus cernitur ex
tremitatem vite sue cum iusticie perfectiõe
concludat:⁊ intelliges semitas domus eius
.i. consideres atq; discernes: vel cui bona
actio perseuerans eternam mansionẽ pre
stet in regno:vel quem vsq; ad terminũ suũ
actio praua constringens in eternum dam
net supplicium. Domus quippe pro mansiõe
ponitur semita pro actione. Semita igitur
ad domũ ducit: quia actio ad mansionem
pertrahit. Sed quis hominum ista discus
sus dicat. Quis ista saltẽ imperterritus au
diat. Multos enim videmus quotidie qui
iusticie luce resplendent: ⁊ tamen ad finem
suum nequicie obscuritate tenebranẽ ⁊ mul
tos cernimus peccatorum tenebris obuolu
tos:⁊ tamen vite sue terminum repente red
di luce iusticie liberos. Multos etiam no
uimus semel inuentam viam iusticie illiba
te vsq; ad mortem tenuisse ⁊ plerosq; cõspe
ximus vsq; ad exitum accepta semel crimina
sine cessatione cumulasse. Quis ẽo iter ista
occultorũ iudiciorum nubila mentis sue ra
dium mittat: vt aliquã cõsideratiõe discer
nat:vel quis perduret in malo: vel quis ꝑ
seueret in bono vel quis ab infimis cõuer
tatur ad summa:vel quis a summis reuer
tatur ad infima. Latent hec sensus hominuꝫ: B
nec quicq; de cuiuslibet fine cognoscitur:qꝛ
diuinorum iudiciorũ abyssus humane men
tis oculo nullatenus penetratur. Uidemus
namq; ꝙ illa deo aduersa gentilitas iusticie
luce perfusa est:⁊ iudea dudum dilecta ꝑfi
die ẽ nocte cecata. Scimus etiã ꝙ latro de
patibulo trãsiuit ad regnũ: iudas de apo
stolatus gloria est lapsus in tartarum. Rur
sumq; qꝛ aliquãdo sortes que ceperint non
mutanẽ: ⁊ latronem nouimus alium perue
nisse ad supplicium ⁊ apostolos scimus per
cepisse propositum quod desiderauerũt re
gnum. Quis ergo discutiat:in qua via ha
bitet lux: ⁊ tenebrarum quis locus sit:vt du

est vnūquodq; ad terminos suos: ⁊ intelli-
gat semitas domus eius: Uideo Paulū ex
illa persecutionis seuitia ad gratiā aposto
latus vocatum: ⁊ tñ sic inter iudicia occulta
formidat vt reprobari se etiam postq̄ voca
1. Cor. 9. tus est timeat. Ait enim. Castigo corp⁹ meū
⁊ in seruitutē redigo: ne forte alijs predicās
ipse reprobus efficiar. Et rursuz. Ego me nō
arbitror cōprehendisse: vnū autē qd retro ē
oblitus: in ea que sunt priora extendens me
ad destinatum: sequor ad palmam superne
Phil. 3. vocationis dei in Jesu christo. Sequor aūt:
si comprehendam in quo ⁊ comprehensus
sum. Et certe iam de illo voce dñica dictum
Act. 9. fuerat. Uas electionis mihi est: ⁊ tñ adhuc
castigans corpus suum metuit ne reprobe-
C tur. Ue miseris nobis: qui de electiōe nostra
nullā adhuc dei vocē cognouimus: ⁊ iaz in
ocio quasi de securitate torpemus. Debet
profecto debet in spe esse non solū securitas
sed etiam timor in cōuersatione: vt ⁊ in illa
certantes foueat: ⁊ in ista torpentes purget.
Isa. 6. Unde recte per prophetam dicitur. Qui ti-
met dñm: speret in domino. Ac si aperte dice
ret. De spe incassum presumit: qui timere
deum in suis operibus rēnuit. Sed cur bea-
tus Job de tam valida questione requirit:
que oīno ab hominibus ignoratur: vt iusto
rum iniquorūq; terminū comprehendat: ni-
si vt aliorum finem cognoscere non valens:
ad suum recurrat: quia sicut aliorū: sic etiaz
suum nesciat: ⁊ nesciens timeat: timens hu-
milietur: humiliatus iam de operibus suis
extolli non debeat: ⁊ non elatus: in gratie or
ce persistat. Dicatur ergo ei. Indica mi-
hi si habes intelligentiam: in qua via habi
tet lux: ⁊ tenebrarū quis locus sit vt ducas
vnūquodq; ad terminos suos. Ac si dice-
retur. Sicut qui de malis cōuertantur ad bo
num vel qui de bonis ad mala redeant ne-
scis: ita etiam nec de te quid tuis meritis exi
gentibus agatur intelligis. Et sicut alienuz
nullatenus comprehendis: ita etiam tuum
terminum prenoscere non vales. Jam enim
quantum ipse profeceris scis sed quid ad-
huc de te ego in occultis sentiam nescis iaz
iusticie tue acta consideras: sed q̄ districte
apud me pensentur ignoras. Ue etiam lau-
dabili vite hominum: si remota pietate iudi
D cetur: quia districte discussa: inde ante ocu-
los iudicis: vnde se placere suspicatur: obrui
tur. Unde recte deo per prophetam dicitur.
Non intres in iudicium cum seruo tuo: q̄
Ps. 143. non iustificabitur in cōspectu tuo omnis vi-
uens. Unde bene per Salomonē dicitur.
Sunt iusti atq; sapientes ⁊ opera eorum in
manu dei: ⁊ tamen nescit homo vtrum amo- Eccl. 9.
re an odio dignus sit: sed omnia in futuro
reseruantur incerta. Hinc rursuz per eundē
Salomonem dicitur. Quis hominum intel Pro. 20.
ligere poterit viam suam. Et nimirum bona
mala ve quis faciens conscientia attestāte
cognoscit: sz iccirco dicitur q̄ via sua ab ho
minibus nesciatur: quia etiam si recta quis-
q; opera agere intelligat sub districto tamē
examine quo tendat ignorat.

Capitulum. 10.



Itur postq̄ illum de ista fi
nis sui consideratione per-
territ: ad examinanduz ei⁹
exordium redit ac ne cōque- 21
ratur cur finem suum nesci-
at: cōmemoretur etiaz quia
nec quo huc initio accessit intelligat. Nam
sequitur. Sciebas tunc q̄ nesciturus esses
aut numerum dierum tuorum noueras.
Ac si diceret. Quid nimirum si terminum tu
um non intelligis: qui nec initium compre-
hendis? Et qui ignoras quo huc initio vene
ris: quid mirum si nescis quo fine subtraha
ris? Si ergo meum fuit te per initium ex oc-
cultis ad prompta producere: meum quoq;
erit: etiam te ex promptis ad occulta reuo-
care. Cur de vite tue dispensatione aliquid
quereris: qui in manu artificis temetipsum
nesciens teneris. Extolli itaq; tantomagis
non debes in eo qd agis: quanto intra sinū
eternitatis clausus: nec quo huc ordine ve-
neris: nec quādo vel quomodo hinc educa-
ris agnoscis. Hec tamen intelligi ⁊ aliter B
possunt. Sciebas tunc q̄ nasciturus esses ⁊
numerum dierum tuorum noueras: subau-
dis vt ego qui me nasciturum noui: quia et
ante humanitatis ortum in diuinitate sem-
per substātialiter vixi. Homines quippe tūc
esse incipiunt: cum in matrum suarum ven-
tre nascuntur. Nam ipsa quoq; conceptio
natiuitas dicitur: iuxta hoc qd scriptum est.
Quod in ea natum est: de spiritu sancto est.
Et iccirco se nascituros nesciunt qz nec pri⁹ Mat. 1.
quā crearentur existunt. Deus vero qui sine
initio semper extitit: presciuit de se hoc qd i

utero virginis per initium sumpsit: et quia presciuit disposuit: quia disposuit nihil profecto in humana forma sine sua voluntate tolerauit. Conuincatur ergo cur de flagellis suis homo queritur: qui ortum suum prescire non potuit: si ipse etiam qui ortum suum presciendo disposuit se inter homines ad flagella preparauit. Sequitur. ¶ Nunquid ingressus es thesauros niuis: aut thesauros grandinis aspexisti: que preparaui in tempus hostis: in diem pugne et belli. Quid aliud niue vel grandine nisi frigida ac dura intelligenda sunt corda prauorum? Sicut enim feruore charitas: sic solet in sacro eloquio frigore malicia designari. Scriptum namque est.

Hiere. 6. Sicut frigidam cisterna facit aquam: sic frigidam facit animam malicia sua. Et rursum.

Mat. 24 Abundauit iniquitas: et refrigescet charitas multorum. In frigore ergo niuis vel in

B duricia grandinis quid accipi aptius potest quam vita prauorum que et torpore frigescit: et per duricie maliciam percutit? Quorum tamen vitam dominus tolerat: quia eos ad iustorum suorum probationem seruat. Unde et recte subiungit. Que preparaui in tempus hostis: in diem pugne et belli: vt cum aduersarius noster dyabolus temptare nos nititur: eorum moribus quasi suis contra nos armis vtatur. Per ipsos quippe nos seuiens cruciat: sed nesciens purgat. Peccatis namque nostris ipsi flagella fiunt: de quorum tali vita dum percutimur: ab eterna morte liberamur. Unde agitur vt electorum vita proficiat: etiam perdita vita reproborum: et vtilitati nostre dum illorum perditio militat: mira dispensatione fiat: quatenus electis dei non pereat etiam hoc quod perit.

Capitulum. xi.

A 

Ntelligi hoc quoque aliter potest: vt quia verbis precedentibus videtur annexum: a superioris versus expositione non discrepet: nam quia indicauerat vel bonos ad malum vel malos ad bonum posse conuerti: illico secutus adiunxit. Nunquid ingressus es thesauros niuis aut thesauros grandinis aspexisti: que preparaui in tempus hostis in diem pugne et belli. In niue vel grandine frigida vel dura vt dictum est accipimus corda prauorum. Sed quia omnipotens deus sanctos suos de talibus elegit: et quam multos electos adhuc inter prauorum vitam repositus habeat nouit: apte in niue vel grandine thesauros se habere perhibet. Thesauros quippe apo thesecos. i. a positione nominatur. Et plerosque in vita frigida

B diu latentes respicit: quos ad medium cum iubet perducit: et iusticie nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Scriptum quippe est. La-

Psa. 50 uabis me: et super niuem dealbabor. Quos ad diem belli pugneque preparatos diu intra sue presentie sinum texit: sed cum repente eos eduxerit: resistentiam aduersariorum pectora illorum verbis ac redargutionibus: quasi quibusdam grandinibus percutit. Unde alias scriptum est. Pre fulgore in conspectu eius nubes

Ps. transeunt: grando et carbones ignis. Pre fulgore in conspectu eius nubes transeunt: quia

C predicatores sancti vniuersa mundi spacia miraculorum claritate percurrunt. Qui etiam grando et carbones ignis vocati sunt: quia et per correptionem feriunt: et per flammam charitatis accendunt. Ipsa quoque libera sanctorum increpatio natura grandinis conuenienter exprimitur. Grando enim veniens percutit: liquata rigat. Sancti autem viri corda audientium et terrentes feriunt: et blandientes infundunt. Nam quemadmodum feriant: propheta testa-

Ps. 144 tur dicens. Uirtutem terribilium tuorum dicent: et magnitudinem tuam narrabunt. Et quemadmodum blandientes rigent secutus adiunxit. Memo-

Ubi. 5. riam abundantie suauitatis tue eructabunt: et in iusticia tua exultabunt. In niue ergo vel grandine habentur thesauri: quia plerique iniquitatis torpore frigidi: a superna gratia assumpti: in sancta ecclesia iusticie luce fulgescunt: et prauam aduersariorum scientiam doctrine sue ictibus tundunt. Unde et apte subditum est: que preparaui in tempus hostis in diem pugne et belli. Cap. 12.

A 

Ix quippe vel grando fuerat saulus per frigidam insensibilitatem: sed nix et grando contra aduersariorum pectora factus est: vel candore iusticie vel districti eloquij correptione. O qualem hunc thesaurum in niue et grandine habuit: qui illum inter prauorum vitam positorum iam tunc electum suum dominus latenter vidit. O ad quanta aduersariorum pectora ferienda: hunc in manu sua grandinem sumpsit per quam tot sibi resistentia corda prostrauit. Nemo itaque de suis operibus extollat: nemo desperet

eos quos adhuc frigidos videt: q2 thesau/
ros dei in nive z grandine nō videt. Quis
B enim crederet q̄ per apostolatus gratiā la/
pidatū Stephanū ille pcederet: qui in mor/
te eius oīum lapidantiū vestimenta serua/
uit: Si ergo ad ista dona vel iudicia occul
ta recurrimus: nullos oīno desperantes: nec
illis nos in corde nostro pferrimus qbus p
tēpore prelati sumus: q2 etsi iam videmus
quantum precessimus: nescimus quantum
dum currere ceperint precedamur. Bene er
go ad beatum Job dicitur. Nunqd ingres/
sus es thesauros nivis aut thesauros gran
dinis aspexisti: que preparaui ī tempus ho/
stis in diē pugne z belli. Ac si aperte dicere
tur. Nulli te de operibus tuis pferas: q2 de
his quos intueris adhuc per culpam frigi/
dos quātos opatores iusticie z defensores
recte fidei sim facturus ignoras. Quod qa
per aduentū mediatoris agitur: recte sub/
iungitur. Per quā viā spargitur lux ipse
Jo. 14. quippe via est qui ait. Ego sum via veritas
C z vita. Per hanc ergo viam lux spargitur:
q2 per eius pientiam cuncta gentilitas illu/
stratur. Spargitur autem cōuenienter dicit
q2 per apostolorū voces nō angustata atq3
coartata: sed late fulgēs lux predicationis
emicuit. Quia vero accepta luce cōuersiōis
inardescit itrinsecus vis amoris: vt vel trās/
acta mala anxie lugeant: vel vētura bona
flagrantissime requirant: competēter adiū/
gitur. Diuidit estus super terrā. Spar/
sa enim luce estus super terrā diuiditur: q2
per apertam iusticia predicata ad requirē
dum deū cordis anxietas in virtutum exer/
citatione dilatatur: vt iste in sermone sapiē
tie: ille in sermone scientie fulgeat: hic in cu/
rationum gratia: ille in virtutū operatione
cōualescat: z dona sancti spiritus dū dispa
riliter singuli accipiunt: necessario sibimet
iuncti oēs vnanimiter accendantur.

Capitulum. 13.



A Ed postq̄ spargi lux dicit:
pōt cōuenienter itelligi: q̄
per estum psecutio designe
tur. Q2 vt lux pdicationis
inclaruit mox a pfidorum
cordibus ardor psecutiōis
exarsit. Nam q̄ per estum psecutio exprimi
tur diuens sermo testat de iactis seminib9
Mar. 4. sup petrosam terrā dicens. Sole orto estus
uerunt oīa: z q2 nō habebant radicē arue/
runt. Quo paulopost cum exposuit estum
persecutionem vocauit. Sparsa igitur luce
estus diuisus est super terram: q2 clarescen/
te vita fidelium: accensa est crudelitas pfi/
dorum. Diuisus nāq3 estus erat: qui nūc hie
rosolymis: nunc dam9sci: nūc in alijs longe
regionibus psecutio seuiebat. Scriptū quip
pe est. Facta ē in illa die persecutio magna Act. 8.
in ecclesia que erat hierosolymis: z oēs di/
spersi sunt per regiones iudee z samarie.
Rursumq3 scriptum est. Saulus adhuc spi/ Act. 9.
rans minarum z cedis in discipulos dñi: ac
cessit ad principem sacerdotum z petijt ab
eo epistolas quas deferret in damascū ad
synagogas: vt si quos inuenisset huius vite
viros ac mulieres: vinctos reduceret in hie B
rusalem. Q2 ergo nunc hic: nunc illic perse/
cutio excreuerat: hi qui lucē veritatis agno
uerant: quasi sub ardore diuisi estus anhe/
labant. Sed q2 beatum Job de occultis in
dicijs requisitum superioribus dictis audiui/
mus: oportet vt hoc qd dispersa luce vel di/
uiso estu dictū ē: subtilius pscrutemur. Ad
huc enim alta interrogationē discutitur: vt
saltem q2 nesciat doceatur cū3 dicit. Per
quam viā spargitur lux: diuiditur estus su/
per terram. Quid enim lucis nomine: nisi iu
sticia designatur: de scriptum ē. Populus
q sedebat in tenebris vidit lucem magnā.
Omne aūt qd spargitur: non continue sed
sub quadam intermissione iactatur. Et ie/ C
circo spargi lux dicitur: q2 etsi iam quedā
vt sunt perspicimus: quedam tamen ita vt
videnda sunt non videmus. Cor nāq3 pe/
tri lux sparsa tenuerat: qui tanto fidei: tāto
miraculorum fulgore claruerat: z tamē con
uersis gentibus dum circūcisionis pondus
imponeret: quid rectum diceret nesciebat.
Lux ergo ī hac vita spargitur: q2 ad omnis
rei intelligentiam cōtinua non habet. Dū
etiā aliud sicut est cōprehendimus z aliud
ignoramus: quasi sparsa luce z ex parte cer
nimus: z in obscuritate ex parte remanem9.
Tunc vero lux nobis sparsa iam non erit:
quādo mens nostra ad deū funditus rapta
fulgescit. Et q2 hec eadem lux quibus mo/
dis humano cordi infunditur ignoratur: re
cte in percunctatione dicitur. Per quam D
viam spargitur lux. Ac si aperte diceretur.
Dic quo ordine iusticiam meam occultis

sensibus cordiū infundo: cū ꝛ per accessum
nō videor: ꝛ tamen visibilia opera hominū
inuisibiliter immuto: cū vnam eandēq; men-
tem mō hac modo illa virtute irradio: et
tamē per sparsam lucē adhuc ex parte ali
qua eam in tēptationis tenebris remanere
pmitto. Regratur hō nesciens per quā viā
spargitur lux: Ac si patenter dicatur: Dum
dura corda emollio: dum rigida īflecto: duz
aspera mitigo: dū frigida accendo: dum de
bilia roboro: dum vaga stabilio: dum nutā
tia ꝯfirmo: ītuere si vales incorporaliter ve
niens qb⁹ea meatibus illustro. Hec quippe
oīa nos facta cernimus: nam qualiter intri
secus efficiantur ignoramus. Hanc viā lu-
cis eē nobis inuisibilem in euangelio ꝟitas
ostendit dicens: Spūs vbi vult spirat: ꝛ vo
Jo. 3. cem el⁹ audis: ꝛ nescis vnde veniat ꝛ quo
vadat. Capitulum. 14.

Ed qꝛ cū lux spargit mox
ab occulto aduersario con
A tra fulgentem mentem tē-
ptamenta succrescūt: recte
subiungitur: (Diuiditur
estus super terram.) Ho-
stis nāq; callidus quos luce iusticie enite-
scere ꝓspicit eorum mentes illicitis deside-
rijs inflāmare cōtendit: vt plerūq; plus se
vrgeri temptatōibus sentiant: q̄ tunc cum
lucis interne radios nō videbant. Unde et
israelite postq̄ vocati sunt cōtra Moysen
de excrescente labore cōqueruntur dicētes
Exo. 5. Uideat dn̄s ꝛ iudicet: qm̄ fetere fecistis odo
rem nostrū coram Pharaone ꝛ seruis eius
ꝛ prebuistis ei gladiū vt interficeret nos.
Uolentibus quippe ex egypto descendere:
Pharao paleas subtraxerat: ꝛ tn̄ eiusdem
mensure opera regrebat: quasi ergo contra
legem mens sub murmurat: post cuius co-
gnitionē tēptationū stimulos acriores por
tat: ꝛ cum sibi labores crescere cōspicit ī eo
q̄ aduersario displicet: quasi fetere se in ocu
lis Pharaōis dolet: post lucem ergo estus
seqtur: qꝛ post illuminationem diuini mune
ris tēptationis certamen augetur. Recte ve
B ro etiam diuidi estus dī: qꝛ nimirum nō sin
gulis oībus sed qbusdam vicinis ac iuxta
positis vitijs fatigantur. Prius enim con-
spersionē vniuscuiusq; antiquus aduersari
us ꝓspicit: ꝛ tunc temptatiōis laqueos op-
ponit. Alius nāq; letis: alius tristibus: ali-

us timidis: alius elatis morib⁹ existit. Quo
ergo occultus aduersarius facile capiat: vi
cinas cōspersionib⁹ deceptiones parat. Qꝛ
enim leticie voluptas iuxta ē: letis morib⁹
luxuriam ꝓponit: qꝛ tristicia in iram facile
labitur: tristib⁹ poculum discordie porrigit.
Quia timidi supplicia formidant: pauenti-
bus terrores intentat. Et qꝛ elatos extolli
laudib⁹ ꝓspicit: eos ad queq; voluerit blan
dis fauorib⁹ trahit. Singulis igitur homi-
nibus vitijs ꝯuenientibus insidiatur. Neq;
enim facile captiuaret si aut luxuriosis pre
mia: aut auaris scorta ꝓponeret: si voraces
de abstinentie gloria: aut abstinentes d gu-
le imbecillitate pulsaret si mites per studiū
certaminis: aut iracūdos capere per fauo-
rem formidinis quereret. Quia ergo in tē-
ptationis ardore callide singulis insidians
binos morib⁹ laqueos abscondit: recte dici
tur. Diuiditur estus sup terram. Sed cum
premittitur: per quam viam spargitur lux: C
statim subiungitur: Diuiditur estus super
terrā: nimirum per eandem viam per quaz
lux spargitur: etiam diuidi estus indicatur.
Alta quippe atq; incōprehensibilis spūs san-
cti gr̄a cū luce sua nostras mentes irradiat
ēt temptatōes aduersarij dispensando mo-
dificat vt simul multe nō veniant vt ipe tā
tūmodo que ferri possunt: illustratam iam
a deo animā tangant: ꝛ cum tactus sui ar-
dore nos cruciant perfectōis incendio non 1. Cor. 10.
exurant: Paulo attestante q ait: Fidelis
est de⁹ q non patietur vos temptari supra
id quod potestis: sed faciet cum temptatio D
ne et exitum vt possitis sustinere. Hunc ergo
estū aliter diuidit callidus supplātator: ali
ter misericors cōditor ille diuidit: vt per illū
citius interimat: iste vt eū tolerabilē reddat.
Et qꝛ cum tēptatione fatigamur: nō solum
īterno dei spū instruimur: sed etiam exterio-
ribus predicantiū ꝟbis adiuuamur: recte
post diuisum estum subditur.
Capitulum. 15.

Uis dedit vehemētissimo
imbri cursuz.) Si vero vt
superius diximus diuisi est⁹ A
nomie: illa in iudee region i
bus persecutio designatur:
qꝛ ipsa ꝑsecutionis asperi-
tas predicatores sanctos superno munere
adiutos: a predicationis sue ministerio nul

lo timore cōpescuit: aperte subiūgit: Quis
dedit vehementissimo imbri cursū: ac si di
ceret: nisi ego. Diuiso eni estu: cursū vehe-
B mentissimo imbri dedisse: est inter ipsas p
secutionis angustias predicatōis impetum
roborasse: vt tanto magis virtus predican-
tium cresceret: quāto magis persequentiū
crudelitas obuiaret: quatenus arentia cor-
da audientiū pluuie guttis infunderent et
siccitatem pfidie uberius irrigarent: vt q̄
uis contra eos seuitie estus cādesceret: per
eos tñ vox grē non taceret. Hunc persecu-
tionis estum Paulus et tolerabat et irriga
bat cum diceret: Laboro vsq ad vincula
2.Thi.2. quasi male operans sed verbum dei nō est
alligatum. De hoc imbre alias di: Man
Isa.5. dabo nubibus ne pluant super eam ibrem.
De hoc cursu imbris q in electoꝝ cordib⁹
agitur: psalmista testatur dicens. Velociter
Ps.147 currit sermo eius. Plerūq vo imber ē et cur
sum nō habet: q2 predicatio ad aures venit
sed cessante interna gratia ad corda audi
entium nō pertransit. De cuius predicatio
nis verbis ppter electos di. Etenim sagitte
Ps.76. tue ptransierunt: Sagitte qppe dei ptranse
unt quando vba predicatōis eius ab auri
bus ad corda descendūt. Quod q2 solo di
C uino munere agitur imbri cursum dñs se d
disse testatur. Sed notandū video q eun-
dem imbrē nō vehementē sed vehementis-
simū vocat. Imber vehemens est: vis ma-
gna. Imber vo vehementissim⁹: vis imen-
sa predicatōis. Vehemens nāq imber erat
cum predicatores sancti credi gaudia eter
na suadebant. Imber aūt vehementissim⁹
quando ppter spē admonebant rē deseri:
cūcta visibilia ppter inuisibilia ptēni: et pro-
pter audita gaudia pñtes penas cruciatus
q tolerari. Sed cū fide cognita seuiēte estu
psecutōis tot electi possessa reliqrūt: carna
les affect⁹ obliti sunt: et pre gaudio spūs in
cruciatib⁹ mēbra posuerunt: qd aliud dñs
fecit: nisi ēt vehementissimo imbri cursum
pbuit: q vsq ad exeqnda sūma pcepta per
vba corpis inuisibilia cordis irrigatur:
Ubi et apte subiungitur.

Capitulum 16.

A Et viā sonantis tonitrui. Quid eni per tonitruū nisi
pdicatio superni terroris ac
cipit: Quem terrorē dū p-
cipiunt humana corda quatiuntur. Aliqñ
vo in tonitruo ipse incarnatus dñs figura
tur: q ex antiquoꝝ patrum pueniente pphe
tia ad noticiam nostrā quasi ex nubiū pcus
sione platus est. Qui iter nos visibiliter ap
parens: ea que super nos erant terribiliter
sonuit. Unde et ipsi sancti apostoli de eius
gratia generati: boanerges. i. filij tonitrui
sunt vocati. Aliquando aūt sicut dcm̄ ē to- Marc.3.
nitruus ipsa eius predicatio accipitur: per
quā supernoꝝ iudicioꝝ terror auditur. Sz
q2 qlibet predicator vba dare auribus po B
test: corda vero apire nō potest: et nisi p in-
ternam gratiā solus oipotens deus: predi-
cantium verbis ad corda audientiū inuisi-
biliter aditū prestet: incassū predicatio au
re audientis percipitur: que puenire ad in-
tima corde surdo phibetur. Sed dñs viam
sonantis tonitrui dare asserit: q cū predica
tionis verba tribuit per terrorē corda com
pungit. Hāc viā Paulus predicator egre
gius dum supna mysteria terribiliter inso-
naret: se a se habere nō posse cōspiciens: di-
scipulos āmonebat dicens: Orantes simul Col.4
et pro nobis vt deus aperiat nobis ostium
vbi: ad loquendū mysteriū xpi. Qui ergo
loquebatur mysteria. sed in corde audienti
um eisdem mysterijs a dño aperire hostiū
precabatur: habebat qdem iam tonitruū:
sed dare ei desuper viā querebat. Hanc vi- C
am nequaq se Joannes dare posse cogno
uerat: q dicebat: Nō necesse habetis vt ali 1.Jo.2
qs doceat vos: sed vnctio eius docet vos d
oibus. Hanc viam rursus Paulus qs da-
ret: intimabat dicens: Neq q plantat ē ali 1.Cor.3.
qd neq q rigat: sed q incrementū dat de⁹.
Accepta igitur via qd iste imber ac tonitru-
us agat audiamus sequitur. Ut plueret su
per terram absq hoie in deserto: vbi nullus
mortalium cōmoratur. Super terram abs-
q homine in deserto pluere est: verbū dei
gentilitati predicare. Que dum nullum cul
tū diuinitatis tenuit nullam in se speciem
boni operis ostendit videlicet desertum fu
it: in qua q2 legislator nō fuit: Ē: q2 q rōna
biliter deū quereret nō fuit: quasi hominū D
nullus fuit: et velut solis bestijs occupata:
vacua a mortalibus extitit. De hac deser-
ti terra alias dicitur: Posuit in deserto vi Isa.43
am. De hac predicatione gentilitati cōces-
sa: ps testatur dicens: Posuit flumina in Ps.106.

deserto.

Capitulum. 17.

N O tandem uo est: q postq̃
A estus super terram diuisus
est: cursum vehementissim⁹
imber accepit: vt in deserto
plueret: q2 postq̃ in iudea
asperitas persecutõis ihor
ruit: vt nõ solum fidẽ minime reciperet: sz eti
am eam gladijs impugnaret: ad israel mis
sus quisq̃ predicator ad vocandas gentes
Act. 13. desudauit. Unde sancti apostoli hebreis per-
sequentibus quos deserunt dicunt: Uobis
oportebat primũ loqui verbum dei: sed qa
repelistis illud: et indignos vos iudicastis
B eterne vite: ecce conuertimur ad gẽtes. Di
uiso igitur estu: deserta et absq̃ homine ter
ra cõpluitur: q2 dispersa in iudee regionib⁹
persecutione fidelium derelicta: dudum et
quasi ab infusione rõnis aliena predicatio
nis guttis gentilitas irroratur. Que genti-
litas qualis adhuc a predicatorib⁹ sit inuẽ
ta ostenditur cum subditur: ((Ut impleret
inuiam et desolatã.)) Quid vero complu-
ta reddidit: monstratur: cũ illico adiũgitur
((Et produceret herbas virentes.)) Inuia
C nãq̃ dudum gentilitas fuit: ad quam via
dei uo non patuit. Redemptore qppe no
stro veniente: sic accepit vocationem gratie
vt non in ea prius fuerit via ꝓphetie. De
solatã etiam recte vocata est: vel rõne vide
licet consilij: vel fructu boni operis destitu-
ta. Dedit ergo dñs vehementissimo imbri
cursum: et viam sonantis tonitrui: vt in de-
serto plueret et impleret inuiam et desolatã
et ꝓduceret herbas virentes. i. exteriori pre
dicationi: internam aspirationem contulit:
vt corda gentiũ z arentia virescerent: clau
sa patescerent: inania cõplerentur: infecun
da germinarent.

Capitulum. 18.

A I N scriptura enim sacra ali
quando herba viror glorie
tpalis accipitur: aliqñ refe-
ctio dyaboli: aliqñ sustenta
tio predicatorũ: aliqñ bona
operatio: aliqñ eterne vite
scia atq̃ doctrina. Uiror nãq̃ gloria tpa-
lis accipitur sicut ꝓpheta ait: Mane sicut
herba transeat: mane floreat et ptranseat.
Mane nãq̃ sicut herba florere atq̃ trãsire Ps. 89
est: in ꝓsperitate hui⁹ seculi tpalis glorie de-
cus velociter arescere. Herba refectio dya
boli accipitur: sicut de illo a dño dicit: Hu- Job. 40.
ic montes herbas ferunt. Ac si diceret: Su
perbi ac tumidi dũ se illicitis cogitationi-
bus atq̃ actionib⁹ efferunt: sais illum inig
tatibus pascunt: herba sustentatio ꝑdican
tium demonstratur: cũ dicitur: ((Produ- Ps. 146
cit in montibus fenũ: et herbaz seruituti ho
minũ.)) In montib⁹ qppe fenum et seruituti B
hominũ herba producitur: cũ sublimes hu
ius seculi ad fidei cognitionem vocati: san
ctis predicatoribus i huius vite itinere trã
sitoria alimenta largiũtur: herba bona ope
ratio ponitur: sicut scriptũ est: Germinet ter Gen. 1.
ra herbam virentem. Quod licet in condi
tione mundi ita hystorice factũ teneamus:
terram tamẽ ecclesiam figurasse nõ incon-
uenienter accipimus: que in eo germinauit
herbam virentem: in quo ad verbum dei
fecũda misericordie opa protulit. Herbam
aliquando scientiam atqz doctrinã eterne
viriditatis accipimus: sicut p Hieremiã di C
citur: Onagri steterunt in rupib⁹ traxerũt Hiere. 14
ventos quasi dracones: defecerunt oculi eo
rum q2 non erat herba. Quo dicto supba
ac neqssima iudeorum ẽ persecutio prophe
tata. Ipsi qppe onagri pro mẽtis elatione:
ipsi dracones pro virulenta cogitatiõe vo-
cati sunt. Qui steterunt in rupib⁹: q2 nõ in
deo: sed in summis potestatib⁹ hui⁹ mundi
ꝯfisi sunt dicẽtes: Regẽ non habemus nisi Jo. 19.
cesarem. Traxerunt ventos quasi dracões
q2 spũ elationis inflati: superbia maliciosa
tumuerunt. Defecerunt oculi eoz: q2 scili- D
cet pes eorum ab eo quo intendebat cor-
ruit. Qui temporalia diligens: prestolari
eterna neglexit: et terrena ideo quia deo ꝑ-
posuit amisit. Dixerunt enim: Si dimitti- Jo. 11.
mus eum sic: omnes credent in eum: et veni
ent Romani et tollent nostrum locum et gẽ
tem. Timuerunt ne locum non occiso domi
no perderent. et tamen occiso perdiderunt.
Sed cur ista miseris euenerint subdit: Qr
non erat herba. idest. quia eorum cordibus
defuit eternitatis scientia: et nullo eos refe
cit pabulo viriditatis: interne doctrine.
Hoc igitur loco quid aliud virentes her-
bas. nisi sancte doctrine scientiam. vel con

gnas operationes accipimus? Deserta igi-
tur terra compluitur: vt ab ea virentes her
C be producantur: quia dum sancte predicatio
Isa. 35. nis imbrem gentilitas percepit: et vite opera:
et doctrine verba germinauit. Ista viriditas
voce prophetica deserte terre pollicetur: cum
dicitur. In cubilibus in quibus prius dra-
cones habitabant, orietur viror calami et
iunci. Quid enim per calamum nisi predica-
tores? Quid per iuncum qui iuxta aque hu-
morem semper nascitur: nisi pusilli ac teneri
auditores sacri eloquii designantur? In dra-
conum ergo cubilibus viror calami et iunci
oritur: quia in eis populis quos antiqui ho
stis malicia possidebat: et doctorum scientia:
et auditorum obedientia coacervatur.

Capitulum. 19.



A Ec tamen que generaliter de
gentilitate dicta sunt: si so-
lerter aspicimus: intra sinum
sancte ecclesie agi in singu-
lis videmus. Sunt enim ple-
rique ad verba dei valde in-
sensibiles: fidei quidem nomine censentur: verba
vite auribus audiunt: sed ea transire vsque ad
interna cordis minime permittunt. Hi quid
aliud quam deserta terra sunt? Que scilicet terra
hominem non habet: quia eorum mens sen
su rationis caret. Et nullus mortalium in hac
terra commoratur: quia etsi quando in eorum
B conscientia rationabilium sensuum cogita-
tiones veniunt: non persistunt. Praua enim
desideria in eorum cordibus sedem inueniunt:
recta vero si quando venerint: ac si impel-
lantur decurrunt. Sed cum misericors deus
imbri suo cursum et sonanti conitruo viam
dare dignatur: compuncti per internam gra
tiam verbis vite aures cordis aperiunt. Et
impletur terra in uia: quia dum prebet su-
ditum verbo: cumulatur mysterio. Et pro-
ducit herbas virentes: quia per gratiam com-
punctiones infusa: predicationis verba non
solum libenter recipit: sed etiam vbertim red-
dit: vt quod audire non poterat: iam loqui con-
cupiscat: et que non audiendo etiam intrin
secus aruerat: iam loquendo que sancta sunt
viriditate sua quoslibet esurientes pascat.
C Unde bene per prophetam dicitur. Emitte spi
Ps. 103. ritum tuum et creabuntur: et renouabis faciem
terre. Sic enim sic facies terre virtute reno-
uationis immutatur: dum sicca dudum mente

gratia veniente compluitur: et post ariditatem
tem pristinam quasi productis herbis scien
tie viriditate vestitur. Que conditoris no-
stri gratia adhuc nobis altius commendatur
cum subditur.

Capitulum. 20.



Quis est pluuie pater: vel quis
genuit stillas roris? Hic si
diceret: nisi ego. Qui siccas A
terram humani cordis gut
tis scientie gratuito asper-
go. De hac enim pluuia
alias dicitur. Pluuiam voluntariam segrega Ps. 67.
bis deus hereditati tue. Voluntarie quippe
pluuiam hereditati sue dominus segregat: quia nun
cam nobis pro nostris meritis: sed pro sue
munere benignitatis prestat. Et iccirco hoc
loco pater pluuie dicitur: quia supernis nobis
predicatio non de nostro merito: sed de eius
gratia generatur. Stille enim roris ipsi sanc
ti predicatores sunt: qui arua pectoris no
stri inter mala vite presentis quasi inter tene-
bras sicce noctis arentia gratia superne largi
tatis infundunt. De his stillis contumaci iu-
dee dicitur. Propterea prohibite sunt stille plu B
uiarum: et serotinus imber non fuit. Ipse quip- Hiere. 3.
pe stille roris sunt: que stille pluuiarum. Qui
enim dispensatione aliqua predicationem
temperant: quasi rorem tenerum aspergunt.
Qui vero ea que de supernis sentiunt: virtu
te qua preualent loquuntur: quasi vbertim ma
nantem pluuiam fundunt. Rorem asperge
bat Paulus: cum corinthiis diceret. Non
enim iudicaui scire me aliquid inter vos: ni 1. Cor. 2.
si Xpm Jesum: et hunc crucifixum. Et rur-
sum pluuiam manabat dicens. Os nostrum 2. Cor. 9.
patet ad vos o corinthii: cor nostrum dila
tatum est. Hinc est quod Moyses qui et valida
fortibus: et tenera infirmis dicturum se nu-
merat dicebat. Expectetur sicut pluuia elo-
quium meum: et descendant sicut ros verba Deut. 32
mea. Sed ecce audiuimus quo munere gen C
tilitas vocatur: audiamus nunc qua distri-
ctione iudea repellitur. Audiamus quomo
do deserta excolat: arentia infundat: audia
mus nunc quomodo ea que quasi videntur iter-
na proiiciat. Neque enim sic colligit electos
suos vt non etiam iudicet reprobos: neque sic
quibusdam culpas relaxat: vt non et in quibus-
dam feriat. Scriptum quippe est. Misericor Eccl. 5.
dia enim et ira ab illo. Unde hic quoque postquam

tot dona gratie intulit: etiam ire sue iudicia
non abscondit. Nam sequitur.

Capitulum. 21.

A De cuius vtero egressa ē gla
cies: τ gelu de celo quis ge
nuit? Quid enim aliud in
gelu vel glacie: nisi frigida
τ pfidie torpore constricta
accipimus corda iudeorum:
qui quondam p acceptionē legis: per custo
diam mandatorum: per ministeria sacrificij: p
mysterium pphetie: sic intra sinum gratie:
quasi intra vterum creatoris habebantur.
Sed qr veniente dño cōstricta frigore perfi
die: feruorem fidei τ charitatis amiserunt:
a secreto gratie sinu proiecti: quasi glacies
de vtero creatoris egressi sunt. Et gelu de
celo quis genuit? Quid h aliud celum: ni
si sublimis debet intelligi vita sanctorum:
cui celo dicitur. Attende celū τ loquar. Nō
Deut. 32. enim insensibili: sed rōnabili creature loque
batur. De hoc celo dñs ait. Celum mihi se
Esa. 66. des est. De qua sede alias scriptū est. Ani
Prou. 14. ma iusti: sedes sapientie est. Quia ergo sa
pientia est deus: si sedes dei celum ē τ ani
ma iusti sedes est sapientie: celum est vtiq
anima iusti. Celū fuit Abraam: celū Isaac
B celum Iacob. Sed qui persecutores domi
ni pontifices iudeorū perfidie torpore frigi
di: de illorum patrum progenie pcesserunt:
quasi de celo gelu extitit: quia de sublimi ple
sanctorum processit: frigida plebs infideliū.
Cum enim de Abraam natus est Caiphas:
quid aliud nisi gelu de celo pcessit? Quod
tamen gelu iccirco dñs genuisse se dicit: qa
iudeos quos naturaliter ipse bonos condi
dit: iusto iudicio per eorum maliciam frigi
dos a se exire permisit. Dñs enim auctor ē
nature: nō culpe. Genuit ergo creando na
turaliter: quos iniquos permisit viuere tole
rando patienter. Et qr illa quondā tenera
ac fidei penetrabilia corda iudeorū: in pfi
die postmodum obstinatione durata sunt:
recte subiungitur. In similitudinem lapi
dis: aque durantur. Aqua enim popu
los accipi iam sepius edocuisse me memini
C Lapides vo pro ipsa duricia aliqn gētiles
populi designantur. Ipsi qppe lapides co
luerunt. Et de his per pphetā dictū est. Si
Ps. 113. miles illis fiant: qui faciunt ea: τ oēs q cōfi
dunt in eis. Vñ Ioānes iudeos aspiciens:

se de scemate generationis extollere τ gēti
les prudens ad abrae plem fidei cognitiōe
transire ait. Ne velitis dicere intra vos pa Mat. 3.
trem habemus Abraam. Dico eniz vobis:
quia potens est deus de lapidib[9] istis susci
tare filios abrae: lapides vz duros perfi
dia gentilea vocans. Quia ergo primū iu
dea deo credidit: gentilitate omni in perfi
die sue obstinatione remanēte: postmodum
vo ad fidem gentiū corda mollita sunt: τ
iudeorū infidelitas obdurata: bene dictum
est. In similitudinē lapidis aque durātur.
Ac si diceret. Illa mollia ac penetrabilia fi
dei corda iudeorū: in isensibilitatem vertun
tur gentiū. Cum enim misericors deus gē
tes traxit: iratus iudeam repulit. Verūq est
vt sicut dudum ad pcipiendā fidem gentili
tas fuerat obdurata: ita postmodum ad fi
dem gentilitate suscepta: iudee populus pfi
die torpore durescerct. Vñ Paulus aposto
lus eisdem gentibus dicit. Sicut aliquādo Ro. 11.
vos nō credidistis deo: nunc aūt misericor
diam cōsecuti estis ppter illorū incredulita B
tem: ita τ isti nō crediderūt in vestra miseri
cordia: vt τ ipsi misericordiā cōsequantur.
Conclusit enim deus oia in icredulitate: vt
oium misereat: quā sniam suam pmū qdez
de vocatione iudeorū: τ repulsione gentiuz:
postmodū vo de vocatione gentiū τ repul
sione iudeorū subtiliter pensans: seq occul
ta dei iudicia cōprehendere nō posse: excla Ibi. 3.
mando subiunxit. O altitudo diuitiarū sa
pientie τ scientie dei: q̄ incomprehensibilia
sunt iudicia eius: τ inestigabiles vie eius.
Vñ hic quoq cū de iudeorū pfidia dñs di
ceret: i similitudinem lapidis aque durant:
vt de repulsione eorū occulta esse sua iudi
cia demōstraret: apte subdit. Ca. 22.

Et superficies abyssi cōstrigit A
qr supiecto quodā ignoran
tie nostre velamine incōpre
hensibilitatem diuini iudi
cij humane mentis oculus
nullatenus penetrat. Scri
ptū quippe ē. Iudicia tua abyssus multa. Ps. 35.
Nemo ergo pscrutari appetat. Cur cū ali[9]
repellat alius eligat: vel cur ali[9] eligit alius
repellat: qr superficies abyssi cōstrigitur. Et
attestāte Paulo. Inscrutabilia sunt iudicia Ro. 11.
ei[9] τ inestigabiles vie ei[9]. Per hoc vo qd
dictum ē de cuius vtero egressa ē glacies et

gelu de celo quis genuit: etiam sathan i ge
lu et glacie nil obstat intelligi. Ipse quippe quasi
de dei vtero glacies processit: quia a calore se
cretorum eius malicie torpore frigidus magi-
ster iniquitatis exiuit. Ipse gelu de celo e ge
nitus: quia constricturus corda reproborum
a summis cadere e ad ima permissus. Qui
bene in celestibus conditus: in culpe frigo-
re mentes sequacium quasi gelu dum ceci-
dit astrinxit. Qui ad terram veniens: quid
in hominibus egerit expletur cum subditur.
((In lapidis similitudinem aque durantur.))
Per aquas namque populi per lapidem vero
eiusde sathane duricia designatur. Illo igitur
ad ima veniente in similitudinem lapidis
aque durate sunt: quia eius maliciam imi-
tati homines: mollia viscera charitatis ami
serunt. Cuius fraudulenta consilia quia a sedu
ctis hominibus deprehendi non possunt: recte
subiungitur. Et superficies abyssi constringi-
tur. Aliud quippe eius intrinsecus latet: atque
aliud extrinsecus ostendit. Transfigurat enim
E se velut angelum lucis: et callida deceptionis
arte plerumque proponit laudabilia: vt ad illici
ta pertrahat. Abyssi ergo superficies constri-
gitur: quia dum quasi bone persuasionis eius spe
cies velut solida desuper glacies ostendit i
profundo latens eius malicia non videtur.
Cuncta tamen hec intelligere et aliter possu
mus: si moraliter exquiramus.

Capitulum. 23.



B Entes namque hominum: omnipo-
tens deus dum in suo timo
re format: quasi concipit: eas-
que ad aptas virtutes dum
perducit gignit: sed si de ac-
ceptis virtutibus extollunt
relinquit. Et sepe quosdam cognouimus malo
rum suorum consideratione compungi: diuini
terroris pauore feruescere: et per pauoris
exordia vsque ad virtutum summa peruenire:
sed dum de eisdem virtutibus quas acci-
piunt extollunt: inanis glorie laqueo astri-
cti ad antiquum torporem redeunt. Recte
ergo cum tales dominus proiicit dicit. De cuius
vtero egressa est glacies. Quasi enim de dei
D vtero glacies egreditur: quia hi qui iam itus
incaluerant ex virtutum dono frigescunt: et
inde exteriorem gloriam torpentes appetunt:
vnde ad interna diligenda ardentius fla-
grare debuerunt: vsque iste signis: ille scientia:
iste prophetia: ille magnis opibus pollet: atque
per hec dona placere hominibus appetit: et
quod prius intimum caluerat: exteriorem laudem
diligens in torporem vertit. Quasi ergo gla-
cies dei de vtero egreditur: dum post dono-
rum beneficia a visceribus pietatis superne
separatur. An non sunt glacies qui in virtu C
tibus quas accipiunt laudes ab hominibus
querunt: et tamen veniente iudice dona sua
ad eius memoriam reuocantes dicunt. Domine Mat.7.
domine: nonne in nomine tuo prophetauimus: et in no
mine tuo demonia eiecimus: et in tuo nomine Ubi.s.
virtutes multas fecimus: Sed quomodo hanc
glaciem dominus proiiciat ostendit dicens. Ne-
scio vos vnde sitis: discedite a me omnes
operarij iniquitatis. Hanc glaciem nunc in
vtero dominus portat: quia intra sinum eccle-
sie tolerat. Sed tunc aperte eiicit: cum tales
a secretis celestibus per extremum et publicum
iudicium repellit. His itaque verbis quid ap-
te agitur: nisi vt beatus Job de summis suis
virtutibus humilietur: ne in hoc quod bene vi-
uendo caluerat superbiendo frigescat: et a di
uinitatis vtero repulsus exeat: si intra sinum
sui cordis se tumidus extollat.

Capitulum. 24.



Et quia iusto iudicio superbas A
mentes ad culpam egredi
ex accepta virtute permittit: re
cte adhuc subiungitur. ((Et
gelu de celo quis genuit:))
Plerumque enim sacri eloquij
sciam prestat: sed dum de eadem scientia is
qui accipit extollitur: ira districti iudicis in
ipso sacro eloquio ceeatur: vt exteriores fa
uores per illam sequens: eius iam interna
non videat: et qui intus manens calere pote
rat: exeundo frigescat: duratusque in ima cor
ruat: qui de cognitione dei prius tractabi-
lis in summis liquidus stabat. An sacrum elo B
quium celum non est: quod diem nobis intelli
gentie aperiens: sole nos iusticie illustrat: quod
dum nos vite presentis nox continet: stellis
nobis mandatorum fulget: Sed quia oportet
esse hereses: vt probati manifesti fiant: cum ab
intellectu sano mens superba repellitur: vltio
ne districti iudicis gelu de celo generatur: vt
cum ipsa scriptura sacra in electorum cordi
bus caleat: eos qui se superbe scire appetunt
a se frigidos emittat. Ibi quippe et errant:
vbi corrigere errata debuerant: et dux a su-

perna intelligentia resplendentis eloquii: et obdurati ipsi et seducturi ceteros corruunt ad ima venientes vt gelu et alios astringunt. Semetipsum tamen dns hoc gelu gignere phibet: non quo prauorum mentes ipse ad culpam formet: sed quo a culpa non liberet sicut scriptum est. Ego obdurabo cor pharaonis. Exo. 4. Quos qz misericorditer emollire noluit: profecto districte se obdurare nunciauit. C Quia vero cum inchoata diuini timoris virtus amittitur: propter humanas laudes virtutis imago retinetur: recte subiungitur. ¶ In similitudinem lapidis aque durant: et superficies abyssi constringitur. Aque enim per glaciem in superficie durescunt sz fluide in intimis remanent. Et quid per aquas nisi fluxa accipimus corda reproborum. Qui cum ex proposito: virtutem deserunt: fortes se in bonis per hypocrisim ostendunt: dumqz in intimis suis ad vicia defluunt: et foris se sanctorum ac fortium imitatores fingunt aque in similitudinem lapidis durantur: et superficies abyssi constringitur: qz per superductam sanctitatis speciem fluxa ac instabilis eorum conscientia hominibus tegitur. Nam cum sibimetipsis intrinsecus turpes sint: ante alienos tamen oculos quadam viuendi venustate vestiuntur.
D Sed ne quis hec verba domini in bonam intelligi partem velit debemus scientiam sic querentibus astruere: dummodo minime iudicemur: que pscrutanda fuerant neglexisse. Superiori enim versu dicitur. Quis est pluuie pater: vel quis genuit stillas roris? statimqz additur. De cuius vtero egressa est glacies et gelu de celo quis genuit? Si ergo dictis precedentibus sequens sententia non dispari sensu coniungitur: profecto et in bona parte nobis eius intelligentia sine obstaculo difficultatis aperitur.

A Capitulum. 25.



Terra enim cum compluitur facta in eaz semina fortius ligantur. Sed rursum si illam pluuia immoderatius irrigat: in culmo pinguedinem frumenti virtutemqz mutat. Si vero iacestum semen post pluuiam gelu premitur: quo foras citius apparere repellitur: eo intus fecundius radicatur: et quo vetatur progredi: cogitur multiplicari: quia cum ab immaturo ortu restringitur: ex conceptionis sue tarditate laxatum ad fructum vberius impletur. Quid est ergo quod dominus prius quidem patrem se pluuie insinuat: postmodum vero de suo egredi vtero glaciem narrat: seqz gelu gignere de celo pronunciat. Nisi quod miro modo nostri pectoris terram ad suscipienda verbi semina: et prius per occulte gratie pluuiam infundit: et postmodum ne in conceptis virtutibus immoderatius profluat disciplina itime dispensationis premit: vt quam accepte gratie pluuia irrigat: etiam discipline rigor astringat: ne si aut anteqz debet aut plus qz necesse est conceptas virtutes proferat fruges in herbam vertat. B Plerumqz enim ab inchoantibus opus bonum dum priusquam oportet ostenditur: a grano perfectionis inanitur: et plerumqz virtutes dum plus qz necesse est exuberant: exalant. Unde et electorum suorum dominus vel ante tempus desideria renuit: vel rursum in tempore vltra mensuram profectus premit: ne si aut anteqz debent: aut plus qz debent proficiant: per profectus sui magnitudinem in elationis defectum cadant. Nam cum cor post peccata compungitur: terra que aruerat infusione pluuie rigatur: et cum relictis iniquitatibus bona exequi opa proponit: quasi post infusionem semen accipit. Et plerumqz eum desideria sancta conceperint: in summis iam exerceri virtutibus inardescunt: vt non solum culpa operationem non inquinet: sed nec cogitationem pulset: et adhuc quidem in corpore positi sunt: sed nil iam perpeti de communione presentis vite volunt imitari per intentionem internam mentis stabilitatem appetunt: sed interuenientibus temptationibus reuerberantur: vt videlz dum infirmitatis sue meminerint et elati de virtutibus quas accipiunt non sint. C Quod dum mira discipline repressione agitur: quid aliud qz superinfusam terram gelu de celo generatur? Quid aliud qz de dei vtero glacies producitur? quando de interno secreto dispensatio egreditur: et voluntates nostre etiam in bonis desideriis frenantur? Videamus? Paulus infusa videlicet terra: quanta discipline glacie prematur: dum ait. Velle adiacet mihi: perficere autem bonum non inuenio. Qui enim velle habere se asserit: iam per infusio-

nem gratie que in se lateant semina osten-
dit. Sed dum perficere bonū nō inuenit: p
fecto indicat quanta illum dispensationis
superne glacies premat. An ista glacies co-
rum corda non presserat: qbus dicebat: vt
nō qcūq; vultis illa faciatis. Ac si apte
diceret: O occulta cordis vestri semina ia p-
dire in frugem querunt: sed superni mode-
raminis gelu premuntur: vt tanto post fe-
cundius excant: quanto diuini iudicij pre
mentis pōdera patientius portant.

Capitulum. 26.

A E T qr plerūq; humana cor
da qm erumpe ad virtu-
tes quas appetunt nō va-
lent: eo ipso quo ab intētio
nis sue perfectōe resiliunt:
tēptationum stimulis fati-
gantur: sed tamen easdem tēptationes co-
gitationū cōprimunt: seq; per exercitatiōis
vsum in quodam viuendi rigore cōponunt
bene subditur: In similitudinem lapidis
aque durant: qr et si fluxe cogitatōes interi-
us lacessunt: nequaq̄ tamen vsq; ad ꝯsen-
B sum praui operis trahant. Sed mēs sub in
olita bene viuendi cōsuetudine: quasi sub
quadam duricia exterius abscondit: quic-
quid intus ex tēptationis passione molle-
scit. Unde et bene subiungitur: Et super-
ficies abyssi ꝯstringitur: qr praua cogitatio
et si vsq; ad suggestionē venit: vsq; ad con
sensum nō ꝓsilit: qr fluctuantes motus ani
mi superductus rigor sancte deliberatiōis
C premit. Potest etiaz in gelu vel glacie pre-
sentis vite aduersitas designari: que dū sub
asperitate sua sanctos cōprimit: valentio-
res reddit. Dum enī nos omnipotens de9
molestijs exerceri ꝑmittit: atq; ad melioris
vite statum interueniente tristicia ꝑuehit: mi
ro cōsilio super futuram frugē gelu et glaci
em gignit: vt elect9 quisq; in hac vita tanq̄ i
hyeme aduersa ventoꝝ et frigorū toleret: et
velut in estiua serenitate postmodū fructus
D quos hic cōceperit demōstret. Ubi et sponsi
voce vniuscuiusq; anime post hui9 mundi tur-
bines: ad illa eternitatis amena ꝑgenti di
Can.2. citur: Surge propera amica mea formosa
mea et veni: iā enī hyems transijt: imber abijt
et recessit. Et qr si solu nobis assunt ꝓspera
soluimur: ad virtutem vero melius p aduer-
sa solidamur: recte subiungitur.

Capitulum. 27.

I N similitudinez lapidis aq̄ A
durantur. Mētes. n. que
p prospa molliter fluxerūt:
ꝯstricte aduersitatib9 dure-
scūt: et ad similitudinē lapi-
dis aqua ꝑducitur. quādo
infirmus qsq; p acceptā desuper toleranti-
am passiones sui redēptoris imitat. In si-
militudinē quippe lapidis aqua durauerat:
cū ille prius impatiens ꝑsecutor postmodū
Paulus dicebat. Impleo ea q̄ desunt pas- Coll. 2.
sionū xpi in carne mea. Et qr cū deprimun-
tur aduersis solertius se intra dona custo-
diunt: recte additur. Et superficies abys-
si ꝯstringit. Solet enī leticia archana mē
tis apire atq; apiēdo amittere: aduersa ve
ro cū nos exteri9 deprimunt iterius cautio
res reddunt. Post gelu itaq; vel glaciem B
supficies abyssi ꝯstringitur: qr mens nostra
ad ꝯseruanda pfunda dona que acceperit
ipsis aduersitatib9 munitur. Abyssi enī sui
superficiem Isaias ꝯstrinxerat cū dicebat
Secretū meū mihi: secretū meū mihi. Abys Isa. 24.
si sui superficiē Paulus ꝯstrinxerat: q tot
piculis ac aduersitatib9 insudans: sub pre-
textu cuiusdā de semetipso loqtur dicēs:
Audiuit archana vba: que nō licent homi 2. Cor. 12.
ni loq. Et rursum. Parco aūt: ne qs me exi 2. Cor. 12
stimet supra id qđ videt i me: aut audit ali
qd ex me. Qui igitur foris aduersa tolerās
ne fortasse i laudib9 deficeret: archana sua
apire metuebat: qd aliud q̄ secretoꝝ suoꝝ
abyssum p cōstrictam supficiē presserat:
Seqtur. Nunqd cōiungere valebis mi-
cantes stellas pliades: aut gyrum arcturi
poteris dissipare: Pliades stelle apte a C
plisu. i. a pluralitate vocate sunt. Ita autē
vicine sibi et diuise sunt condite: vt et simul
sint: et tamē coniungi nequaq̄ possint qua-
tenus vicinitate quadam cōiuncte sint: sed
tactu disiuncte. Arcturus vero ita nocturna
tempora illustrat: vt celi axe positus per di
uersa se ꝓtat: nec tamē occidat: Neq; enī
extra se currens voluitur: sed in loco situs:
in cunctis mundi partibus nequaq̄ casu-
rus inclinatur. Quid ergo est q homo ex
terra factus atq; in terra positus de celesti
amministratione discutitur: quia pliades
ꝯiungere nō valet: quas vicinas sibimet-
ipsis conditas et pene coniunctas videt:

qz arcturi gyrum dissipare non potest: que-
tamen cernere ipsa sua vertigine pene dissi-
patum potest. An vt in istis ministerijs au-
ctoris potentiam pensans infirmitatis sue
meminerit ⁊ eum quem adhuc in maiestate
sua videre non poterat: q̄z sit inestimabilis
in ipsa ministeriorum celestium gubernatio
ne perpendat. Sed cur ista loqmur q stimu
lo rōnis vrgemur vt h̄ v̄ba mysticis sensi-
bus grauida cognoscamus.

Capitulum. 8.



Uid enim micātes plyades
A que ⁊ septem sunt: aliud q̄z
sanctos oēs designant qui
inter p̄sentis vite tenebras
septiformis spiritus gratie
nos lumine illustrant: q ab
ipsa mundi origine vsqz ad eius terminum
diuersis temporibus ad ꝓphetanduz missi
iuxta aliquid sibi coniuncti sunt: ⁊ iuxta ali-
quid disiuncti. Stelle enim plyades, sicut su-
pra dictum est: vicinitate sibi cōiuncte sunt
tactu disiuncte. Simul quidem site sunt: et
B tamen lucis sue mixtim radios fundunt.
Ita omnes sancti alijs atqz alijs ad predi-
candum temporibus apparentes: ⁊ disiun-
cti sunt per visionem sue imaginis: ⁊ cōiun-
cti per intentionem mentis. Simul micant:
qz vnum predicant. Sed nō semetipsos tā-
gunt: qz in diuersis temporibus patiuntur.
Quā diuersis temporibus Abel Isaias et
Joānes apparuerūt. Diuisi qdem fuerunt
tempore: sed non predicatione. Nam Abel
Gen. 4. redēptoris nostri passionē significans agnū
in sacrificio obtulit: de cuius passione Isa-
Esa. 53. ias ait. Sicut agnus coram tondente se ob-
mutescet: ⁊ nō aperiet os suū. De quo Jo-
annes quoqz ait. Ecce agnus dei: ecce qui
Jo. i. tollit peccata mundi. Ecce diuisis qdez tem
poribus missi: ⁊ tamen concorditer de redē-
ptoris nostri innocentia sentientes eundem
agnum Joannes ostendēdo: Isaias preui-
dendo: Abel offerendo locutus est: ⁊ quem
Joannes in ostensione: quem Isaias in lo-
cutione: hunc Abel significando in manib⁹
tenuit. Qz igitur quomodo plyades stelle d
humanitate redemptoris sibi cōcinnant di-
ximus: nunc quō in ostendenda vnitate tri-
nitatis cōcorditer luceant demōstrem⁹. Di
C uersis quippe tēporibus huic mūdo Dauid:
Isaias ⁊ Paulus apparuit: sed tamē nul-
lus eorum alteri diuersum sensit: qz etsi se-
metipsos nō nouerant facie: vnū tñ didice-
rant ex diuina cognitione. Dauid qppe vt
auctorem oīum deū in trinitate ostenderet
dixit.: Benedicat nos deus deus noster: be- Ps. 66.
nedicat nos deus. Ac ne tertio deum nomi
nans tres deos dixisse putaretur: ilico vni-
tatem eiusdem trinitatis insinuās addidit.
Et metuant eum oēs fines terre. Qui enim Ubi s.
non eos: sed eum subdidit: vnū tria que di-
xerat intimauit. Isaias quoqz cum laudem
de vnitate trinitatis aperiret: seraphin vo-
ces exprimens ait. Sanctus sanctus sanct⁹: Isa. vi.
at ne tertio sanctum nominans vnitatē di-
uine substantie scindere videretur adiūxit.
Dñs deus sabaoth. Qui ergo non dñi dīj
sed dñs deus addidit: vnū existere qd ter-
tio sanctum vocauerat indicauit. Paulus
quoqz vt operationem sancte trinitatis osten
deret ait. Ex ipso. ⁊ per ipm: ⁊ in ipso sunt Ro. xi.
omnia: atqz vt vnitatem eiusdem trinitatis
intimaret ꝓtinus addidit. Ipsi gloria in se D
cula seculorum amen. Qui igitur non ipsis
sed ipsi subdidit: vnum naturaliter tria ẜm
personas innotuit: quod superius tertio id-
ipsum dixit. Quasi ergo ⁊ vno in loco plya-
des site sunt: quia de deo cōcorditer senti-
unt ⁊ tamen semetipsas nō tangunt: quia
sicut dictum est: per huius mūdi tempa di-
uersa patiuntur. Quod bñ ac breuiter Eze
chiel ꝓpheta describit: q cum diuersi gene-
ris aīalia videre se diceret: adiunxit: Iunc-
teqz erant pēne eorum alterius ad alteruz. Ezech. i.
Pēne quippe aīalium alteri⁹ ad alterz iūcte
sunt: qz ⁊ si dissimilia sunt que agunt: vno
tñ eodēqz sensu sibi sanctorum voces virtu
tesqz sociantur: ⁊ q̄uis alius rōnabiliter cū-
cta agendo fit homo: alius in passionib⁹ for
tis aduersa mundi nō timendo fit leo: ali⁹
per abstinētiam semetipsum viuam hostiā
offerēdo fit vitulus: alius se in alta rapien-
do cōtemplationis volatu fit aqla: pēnis se
tamen dum volant tangūt q ⁊ confessione
vocum ⁊ virtutum sibi vnanimitate iungū
tur. Quod qz solius diuine virtutis est: et
disiunctis temporibus missos in fidei predi
catione coniungere: ⁊ dissimilibus virtuti-
bus preditos fulgore intentionis vnire: re
cte dicitur: ((Nunquid coniungere valebis
micantes stellas plyades.)) Ac si dicat vt
ego: qui vnus omnia impleo: atqz vnitatis

sensu electorum mentes implendo coniun-
quentium populoꝝ patres: sunt tamen precedentium filij: vnde ꝛ nō īmerito catuli vocantur. Uel certe q2 ꝛ si quorundā fidelium magistri sunt: vniuersalis tamē ecclesie discipulos se esse gloriātur. Leene ita q; ꝑdā dñs capit: q2 virtute sue inspirationis ab errore vitam delinquentiū dirupit: ꝛ aīas catulorum illius replet: q2 conuersione multorum ꝑija doctoꝝ desiderijs satisfacit. De quibus catulis bene subiungitur. ((Quando cubant in antris: ꝛ in speluncis insidiantur.)) Neq; enim cuncta tempora doctrine sunt congrua. Nā plerūq; doctorum virtus perditur si intempestiue ꝓferatur. Sepe vero ꝛ quod leuius dicitur conuentu tēporis congruentis animatur. Ille ergo scit recte

dicere: qui et ordinate scit tacere. Quid enim prodest eo tempore irascentem corripere: quo alienata mente non valet aliena percipere: sed semetipsum vix valet tolerare. Furentem quippe qui per invectionem corripit: quasi ei qui non sentiat plagas ebrio imponit. Doctrina itaque ut pervenire ad cor audientis valeat: que sibi congrua sint: temporum momenta perpendat. Bene ergo de his cautis dicitur. ¶ Quando cubant in antris et in speluncis insidiantur. ¶ Doctores enim sancti quando et arguenda conspiciunt: et tamen se per silentium in cogitationibus retinent: quasi in speluncis latent: et velut in antris se
B contegunt: quia in suis cordibus occultantur. Sed cum opportunum tempus invenerint: repente prosiliunt: nullia que dicenda sunt reticent: et cervicem superbientium morsu aspere increpationis tenent. Sive itaque per apostolos: sive per doctores quos in apostolorum loco subrogavit: huic leene dominus quotidie predam capit: et per eos quos ceperit alios etiam capere non desistit. Ad hoc quippe iustis huius mundi peccatores rapiunt: ut per conversos eos etiam alios e mundo rapiantur. Unde et ipsa gentilitas que pro apostolorum ore rapta est: tanta nunc fame alios esurit: quanta se ab apostolis concupitam fuisse cognoscit. Proinde et apte subiungitur.

Capitulum. 12.

A Quis preparet corvo escam suam: quando pulli eius ad deum clamant: vagantes eo quod non habeant cibos? Quid enim corvi pullorumque eius nomine: nisi peccatis nigra gentilitas designatur? De qua per prophetam dicitur.
Ps. 146 Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis corvorum invocantibus eum. Iumenta quippe escam accipiunt: dum sacre scripture pabulo mentes dudum brute satiantur. Pullis vero corvorum filijs scilicet gentium esca datur: cum eorum desiderium nostra conversatione reficitur. Iste corvus esca fuit: dum ipsum ecclesia quereret. Sed nunc escam accipit quia ipse ad conversionem alios exquirit. Cuius videlicet pulli .i. predicatores ex eo editi non in se presumunt sed in viribus redemptoris sui. Unde bene dicitur. Quando pulli eius ad deum clamant. Nihil enim sua virtute posse se sciunt. Et quoniam animarum lucra plus

votis esuriant: ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur hec fieri exoptant. Vera enim fide comprehendunt: quia neque qui plantat est aliquid: neque qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Quod vero dictum est vagantes eo quod non habeant cibos: in hac vagatione nihil aliud quam estuantium predicatorum vota signantur. 1. Cor. 3. B
Qui dum in ecclesie sinum recipere populos ambiunt: magno ardore succensi: nunc ad hos nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quedam quippe vagatio est ipsa cogitationis estuatio: et velut ad loca varia mutatis nutibus transeunt: dum pro adunandis animabus in modos innumeros ac in partes diversas esuriente mente discurrunt.

Capitulum. 13.

Hanc vagationem pulli corvo: .i. filij gentilium ab ipso gentium magistro didicerunt. Ipse quippe quam valida charitate flagrat: tam nimia ex locis ad loca se vagatione per- A
mutat: transire ad alia ex alijs appetit quam ipsa eum que implet charitas impellit. Longe namque a romania positus scribit. Memoriam vestri facio semper in orationibus meis Ro. 1.
obsecrans: si quo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniendi ad vos: desidero enim videre vos. Rursus ephesi corinthijs scribit. Ecce tertio paratus 2. Cor. 13
sum venire ad vos. Rursum ephesi commorans Galathis loquitur dicens. Vellem modo esse apud vos: et mutare vocem meam. Gal. 4
Rome quoque custodia carceris clausus gaire ad Philippenses per semetipsum non permittitur transmittere se discipulum pollicetur dicens. Spero in domino Jesu timotheum Phi. 2.
me cito mittere ad vos: ut et ego bono animo sim cognitis que circa vos sunt. Constrictus etiam vinculis atque ephesi retentus colossensibus scribit. Nam si corpore absens Col. 2
sum sed spiritu vobiscum sum. Ecce quo sancto desiderio quasi vagatur: hic corpore tenetur illuc spiritu ducitur et paterni amoris affectum istis presentibus exhibet: illis absentibus ostendit: coram positis impendit opa audientibus exprimit vota efficaciter presens eis cum quibus erat: nec tamen illis absens cum quibus non erat. Cuius vagationem melius cognoscamus: si eius adhuc ad corin-

1.Cor.15 thios verba pensamus. Ait enim. Veniam ad vos cum macedoniam ptransiero. Nam macedoniam pertransibo: apud vos autem forsitan manebo: vel etiam hyemabo. Perpendamus queso que sit ista vagatio. Ecce alio interim manet: alio se iturum perhibet atque alio defuturum pmittit: quid e q ta3 mentis per tot loca partitur: nisi q circa oes vna charitate constringitur. Charitas enim que diuisa vnire consueuit: vnum cor Pauli per multa diuidi compellit. Quod tamen tanto arctius in deo colligit: quanto latius per sancta desideria spargit. Predicando
C igitur Paulus vult simul oia dicere: amando vult simul omnes videre: q2 τ i carne pmanendo vult omnibus viuere: τ de carne transeundo per sacrificium fidei vult omnibus pdesse. Vagentur itaque pulli coruorum .i. magistrum suum imitentur filij gentium: torporem mentis excrucient: τ cum animarum lucrum .i. cibum suum minime reperiant: non quiescant ad profectum ex profectibus se extendant τ exestuantes in vtilitate multorum refectionem suam quasi vagantes esuriant. Quia vero per pdicationum opera discurrendo refectione fidei gentilitatem saciare no cessant dicat recte. Quis preparat coruo escam suam quando pulli eius ad deum clamant vagantes: eo q non habeant cibos:

Capitulum. 14.

D Potest etiam corui nomine nigra per infidelitatis meritum plebs iudaica designari. Nam pulli eius ad deu clamare referuntur vt eide coruo a dno esca prepararet: q2 nimirum sancti apostoli plebis israelitice carne generati: dum pro gente sua pces ad dnm funderent: quasi pulli coruorum eu de quo carnaliter editi sunt spirituali itelligentia parentem populum pauerunt. Igitur dum pulli eius clamant coruo esca preparatur: q2 dum apostoli exorant: plebs dudum perfida: ad cognitionem fidei ducitur: τ ex predicatione filiorum quasi ex pullorum voce satiatur. Illud tamen in hoc versu debemus solerter intueri q hinc coruo esca dicitur primum pullis clamantibus: τ postmodum vagantibus preparari. Clamantibus namque pullis coruo esca preparata est: cu predicantibus apostolis verbum dei iudea modo audiens in tribus milibus: modo in quinque milibus spirituali est intelligentia saciata. Sed cum reproborum multitudo crudelitatem suam contra predicantes exerceret: τ quasi pullorum vitam necaret: idem pulli in vniuersis mudi spacia dispersi sunt. Vn- Act.3.4.5
de τ eisdem carnalibus patribus spirituali predicationi resistentibus dicunt. Vobis oportebat primum loqui verbum dei: sz quia repellitis illud τ idignos vos iudicatis eterne vite: ecce conuertimur ad gentes: scientes profecto: q postque gentilitas crederet: etiam iudea ad fidem veniret. Unde τ scri- Ro.11.
ptum est. Donec plenitudo gentium introiret: τ sic omnis israel saluus fieret. Quia igitur summopere sancti apostoli τ iudea crut prius audientibus predicare: τ postmodum resistentibus exempla conuerse gentilitatis ostendere: quasi esurientes pulli huic coruo escam suam: prius clamando τ postmodum vagando quesierunt. Unde enim vagatur
B pulli: inde escam coruus inuenit: quia dum per laborem predicantium conuersam ad deum gentilitatem iudaicus populus respicit: ad extremum quandoque stulticiam sue infidelitatis erubescit: τ tunc scripture sacre intelligit sententias: cum prius q sibi eas gentibus innotuisse cognoscit: atque expleta vagatione pullorum: ad percipienda sacra eloquia os cordis aperit: q2 peractis in mudi cursibus apostolorum: sero ea spiritualiter percipit: a quibus diu se psidia astringente ieiunauit. Que quia omnia solius diuine potentie virtus operatur recte dicit. Quis preparat coruo escam suam: quando pulli eius ad eum clamant vagantes: eo q non habeant cibos: Subaudis nisi ego: qui infidelem populum filijs suis τ exorantibus tolero τ predicantibus pasco atque ad illa vagantibus conuertendum quandoque in fine sastineo.

Capitulum. 15.

A Est adhuc aliud quod de coruo moraliter possit itelligi. Editis namque pullis vt fertur escam plene pbere dissimulat priusque plumescendo nigrescant: eosque inedia affici patitur: quousque in illis p pennaru nigredinem sua similitudo videat. Qui hue illucque

vagantur in nido: et ciborum expectant aperto ore subsidium. Ut cum nigrescere ceperint tanto eis prebenda alimenta ardentius requirit: quanto illos alere diutius distulit.
B Coruus profecto est doctus quisque predicator qui magna voce clamat: dum peccatorum suorum memoriam atque cognitionem infirmitatis proprie quasi quendam coloris nigredinem portat. Cui quidem nascuntur in fide discipuli: sed fortasse adhuc considerare infirmitatem propriam nesciunt: fortasse a peccatis preteritis memoriam avertunt et per hoc eam quam assumi oportet contra huius mundi gloriam humilitatis nigredinem non ostendunt. Hi velut ad accipiendas escas os aperiunt cum doceri de secretis sublimibus querunt. Sed eis doctor suus alimenta predicamentorum sublimium: tanto minus tribuit: quanto illos peccata preterita: minus digne deflere cognoscit. Expectat quippe atque ammonet: ut a nitore vite presentis prius per penitentie lamenta nigrescant: et tunc demum congrua predicationis subtilissime nutrimenta percipiant. Coruus in pullis ora inhiantia respicit: sed ante in eis pennarum nigredine indui corpus querit. Sic et discretus doctor interna mysteria eorum sensibus non ministrat: quos adhuc ab hoc seculo nequaquam se abiecisse considerat. Quanto igitur discipuli exterius per cultum vite presentis minus quasi nigri sunt: tanto per cibum verbi interius minus replentur: et quo se a corporali gloria non evacuant: eo a spirituali refectione ieiunant. Si vero in confessione vite preterite lamenti sui gemitus velut nigrescentes plumas proferant: illico in contemplationem doctor ad escam de sublimibus deferendam quasi pullorum refectionem cogitans coruus volat eisque hiantibus in ore cibum revocat: dum ex ea intelligentia quam cepit esurientibus discipulis alimenta vite loquendo subministrat. Quos tanto ardentius de supernis reficit: quanto verius a mundi nitore nigrescere penitentie lamentatione cognoscit.
C Pulli autem dum nigro se pennarum colore vestiunt: de se etiam volatum promittunt: quia quo magis discipuli abiecte de se sentiunt: quo magis sese despicientes affligunt: eo amplius spem provectus sui malicis pollicentur. Unde et curat doctor festinantius alere: quos iam per quedam indicia providet posse et aliis prodesse. Hinc enim Timotheum Paulus ammonet velut plumescentes pullos solicitius nutrire dum dicit: Que audisti a me per multos testes: hec commenda fidelibus hominibus: qui idonei erunt et alios docere. Que doctrine discretio dum caute a predicatore custoditur: et divinius largior copia predicationis datur. Dum enim per charitatem compati afflictis discipulis novit: dum per discretionum congruum doctrine tempus intelligit: ipse non solum pro se sed etiam pro eis quibus laboris sui studia impendit: maiora intelligentie munera percipit. Unde hic quoque apte dicitur: Quis preparat coruo escam suam quando pulli eius ad deum clamant: vagantes eo quod non habeant cibos. Cum enim pulli ut satientur clamant coruo esca preparatur: quia dum verbum dei boni auditores esuriunt: pro reficiendis eis maiora doctoribus intelligentie dona tribuuntur. Sequitur. 2. Thi. 2.

Capitulum. 16.

Unquid nosti tempus partus ibicum in petris vel parturientes ceruas observasti? Job Ca. 39. A
B Meridiana pars ibices aves vocat que nili fluentis inhabitant. Orientalis vero occidentalisque plaga parua quadrupedia ibices nominat: quibus et moris est in petris parere quia neque sciunt nisi in petris habitare. Que si quando etiam de altis saxorum cacuminibus ruunt: in suis se cornibus illesa suscipiunt. Caput quippe ruentes feriunt: cuius dum prima cornua opponunt fit omne corpus iacturis casus alienum. Ceruarum vero moris est inventos serpentes extinguere: eorumque membra morsibus dilaniare. Fertur autem: quia si quando flumina transeunt capitum suorum onera dorsis precedentium superponunt: sicque invicem succedentis laborem ponderis omnino non sentiunt. Quid est ergo quod beatus Job de partu ibicum ceruarumque discutit: nisi quia in ceruis vel ibicibus magistrorum spiritualium persona signatur. B
Ipsi quippe velut ibices in petris pariunt: quia in doctrina patrum qui petre pre soliditate vocati sunt: ad conversionem

animas gignunt. Ipsi velut ibices nullius
casus damna sentiunt: dum in suis cornu-
bus excipiuntur: quia quicquid eis ruine tem-
poralis accesserit. in testamentis sacre scri-
pture se suscipiunt: et quasi cornuum exceptio-
ne saluantur. De his enim testamentis di-
Aba.3. ctum est: Cornua sunt in manibus eius. Ad
scripturarum ergo consolationem refugiunt
dum aliqua temporalis casus iactura feri-
untur. An non more ibicum huius mundi ad
uersitatibus cadens quasi in suis se cornibus
eadem excipiebat Paulus cum diceret: Que
Ro.15. cunque scripta sunt ad nostram doctrinam scri-
pta sunt: vt per patientiam et consolationem
scripturarum spem habeamus. Ipsi etiam cer-
ue vocati sunt: sicut per Hieremiam de docto-
ribus genitos filios incaute deserentibus dicitur:
C Cerua in agro peperit et reliquit. Ipsi more
ceruarum interemptis vitijs quasi extinctis
serpentibus bibunt: et de ipsa extinctione vi-
tiorum fontem vite acrius inardescunt. Un-
Ps.41. de Psalmista ait: Sicut ceruus desiderat
ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea
ad te deus. Ipsi etiam dum labentia huius
temporalitatis momenta quasi quedam flu-
mina transeunt comparentes charitate one-
ra sua sibi inuicem superponunt: quia cauta
obseruatione custodiunt id quod scriptum
est: Inuicem onera vestra portate: et sic adim-
Gal.5. plebitis legem christi. Quia vero post ad-
uentum domini spiritales magistri per mundum
sparsi sunt: quique auditorum animas in conuersatione
parere predicando potuissent: et quia hoc idem
tempus incarnationis domini ante prophetarum
voces cognitum non fuit: quamuis futura
ipsa incarnatio precognita omnibus electis fu-
it: bene beatus Job de tempore partus ibi-
cum ceruarumque discutitur eique dicitur: Nunquid
nosti tempus partus ibicum in petris: vel
parturientes ceruas obseruasti: Ac si dicat
ei: Idcirco tetigisse aliquid sublimiter credis:
quia illud tempus necdum preuides: quo spi-
rituales magistri in mundum missi per doctri-
nam antiquorum patrum filios generant: sua-
isque laboribus animarum mihi lucra comportant.
Nam si illorum fructum quasi ibicum ceruarum-
B umque partus aspiceres: valde humiliter tu-
tua virtute sentires. Magna quippe que agi-
mus quasi minima ducimus: cum hec per
fortiora exempla pensamus. Sed tunc apud
deum crescunt per meritum: cum apud nos
metipsos: per humilitatem decrescunt.

Capitulum. 17.

Possunt vero ceruarum si-
gnificatione doctores: ap-
pellatione autem ibicum qui
animalia sunt minima au- A
ditores intelligi. In petris
vero ibices pariunt: quia ad ex-
ercenda sancta opera per exempla patrum
precedentium fecundantur: et cum fortasse
precepta sublimia audiunt et infirmitatis pro-
prie conscij ea se implere posse diffidunt: ma-
iorum vitam conspiciunt: atque in eorum con-
siderata fortitudine bonorum operum fetus
ponunt. Ut enim pauca de multis loquar
quatenus studiosus lector multa in paucis
intelligat iste verborum contumelijs pressus
cum virtutem patientie seruare non sufficit:
David facta ad memoriam reducit: quem
semel tot conuicijs vrgeret et armati pueri eius
vlcisci contenderent ait: Quid mihi et vobis 2.Re.14.
filij saruie: Dimittite eum vt maledicat: do-
minus enim precepit ei vt malediceret Da- B
uid. Et quis est qui audeat dicere quare sic fe-
cerint. Et paulopost. Dimittite eum vt ma-
ledicat: iuxta preceptum domini: si forte re-
spiciat dominus afflictionem meam et reddat
mihi bonum pro maledictione hac hodierna.
Quibus profecto verbis indicat quia perpetra-
to bersabee scelere: exurgentem contra se fi-
lium fugiens: reduxit ad animum malum quod
perpetrauit: et equanimiter pertulit quod au-
diuit: et contumeliosa verba non tam conuicia
quam adiutoria credidit: quibus se purgari sibi-
que misereri posse indicauit. Tunc enim illata
conuicia bene toleramus: cum in secreto men- C
tis ad mala perpetrata recurrimus. Leue quip-
pe videbitur quod iniurijs pertimur: dum in actio-
ne nostra conspicimus quia peius est quod mere-
remur: sicque fit vt contumelijs gratia magis
quam ira debeatur: quarum interuentu deo iu-
dice pena grauior declinari posse confiditur.

Capitulum. 18.

Ecce alius dum mundi hu-
ius successibus pficit lenoci-
nante leticia cordis tem- A
ptari se luxurie stimulis sen-
tit sed si Joseph factum ad
memoriam reuocat: in ar-
ce se castitatis seruat. Qui dum sibi a domi-
na conspiceret pudicitie damna suaderi ait:

Gen.39. Ecce dominus meus omnibꝰ mihi traditis
ignorat qd habeat in domo sua; nec qcq̄
ē quod nō in mea sit ptāte vel nō tradide-
rit mihi pter te: q̄ vxor eius es: quomodo er
go possum hoc malum facere ⁊ peccare in
dominum meum. Quibus ͛bis ostenditur
quia bona que assecutus fuerat repēte me
morie intulit: ⁊ maluz quod se pulsabat eni-
cit ⁊ quia ꝑcepte gratie meminit: vim cul-
pe imminētis fregit. Cum.n. voluptas lu-
brica tēptat in prospis: hec ipsa sunt ꝓspa
s culeo temptationis opponēda: vt eo eru-
bescamus praua cōmittere: quo nos a deo
meminimꝰ gratuita bona percepisse ⁊ illatā
gr̄am exteriorum munerū vertamꝰ in arma
virtutum: vt sint ante oculos que percepi-
mus: ⁊ que nos illiciunt subigamꝰ. Qr enī
voluptas ipsa ex ꝓsperitate nasci tur. eiusdē
prospitatis est consideratione feriēda: qua
B tenus hostis noster vnde oritur inde moria
tur. Considerandum quippe est: ne acceptum
munꝰ vertamus in vitium: ne per fauorem
vite nos absorbeat vorago neqtie. Irā nā-
q̄ contra nos superni iudicis inextinguibili-
ter accendimꝰ: si contra benignitatem illiꝰ
etiam ex ipsa sua largitate pugnamꝰ. Aliꝰ
internescie dulcedinem querens: nec tamē
secreta eiꝰ contingere preualens Danielis
Dan.10. vitam ad imitandum conspicit ⁊ desidera-
tum culmen scientie apprehendit. Ille qp-
pe q postmodū voce angelica pro cognitio
nis interne ꝯcupiscētia vir desiderioꝝ dicit:
priꝰ in aula regia carnis in se desideria edo
muisse memoratur: vt nil ex delectabilibus
cibis attingeret: sed lautis ac mollioribus
duriora atq̄ asperiora cibaria pferret: vt
dum sibi exterioris cibi blandimenta sub-
traheret ad interna pabuli delectamenta
perueniret: ⁊ tanto auidius gustū sapiētie
intus acciperet: quāto saporem carnis pro
eadem sapientia foras robustius repressis-
set. Si.n.a carne hoc quod libet abscidimꝰ
mox in spiritu quod delectat inuenimꝰ. In
C tētōe quippe anime si exterior euagatio clau
ditur interior secessus apitur. Naz quo ex-
tra se spargi ppter disciplinam mens nō po
test: eo super se tendere per profectum pōt
quia ⁊ in altum crescere arbor cogitur que
per ramos diffundi prohibetur. Et cum ri
uos fontis obstruimus: fluenta surgere ad
superiora prouocamus. Igitur dum studio-
si quiq̄ sanctorum vitam imitando cōspi-
ciunt: in petris ibices fetus ponunt. Hinc ē
q̄ auditores suos quasi ibices in petris pa
rere Paulus āmonebat: cū enumerās ma
iorum virtutibꝰ diceret: Habentes tantam Hebre.12
impositam nubez testiū: deponentes omne
pondus ⁊ circūstans nos peccatum p pa-
tientiam curramꝰ ad ꝓpositum nobis cer-
tamen. Et rursum: Quorum intuentes exi Hebre.13.
tum conuersatōis imitamini fidem.

Capitulum. 19.

Sed cū diuina precepta cor A
de cōcipimus nō statiz qua
si iam solide cogitata par-
turimus. Unde ⁊ beatus
Job non de ptu ibicū. sed
de tempore ptus ingritur.
Quod videlz tempus dū in nobismetipsis
vix cōprehendimꝰ; multomagis in aliena
mente nescimus. Prius enī superni timo-
ris semina vtero cordis suscepta per medi-
tationē studij coagulantur: vt maneāt post
modū stricta intentione cogitatōis affixa
dum ad discretōis rōnem tendunt quasi i
mēbroꝝ distinctione formantur. De hinc
vsu pseuerantie ꝯfirmata velut in solidita
tem ossium veniunt: ad extremū vero perfe
cta auctoritate roborata quasi in partū p-
cedunt. Que incrementa diuinoꝝ seminū
nullus in aliena mēte considerat: nisi ipse q
creat. Nam etsi quelibet iam vim superne
ꝯcupiscentie ꝯcepisse quarūdam reꝝ atte-
statione cognoscimꝰ. qū tamē in ptu erum-
pat ignoramus. Sepe aūt concepta men-
te semina peruenire ad perfectionez neque
unt: qr oriendo tempus partus antecedūt.
Et qr necdū plene in cogitatione formata
ante humanos oculos pdeunt: velut: abor
tiua moriuntur. Bona quippe adhuc tenera B
plerūq̄ humana lingua dū iam quasi for-
tia laudat extinguit. Tanto enim celerius
occidunt: quanto ad fauoris noticiā intem
pestiue prumpunt. Nōnunq̄ vero imper-
fecta nostra cogitatio: necdum q roborata
dum citius hoibus ostenditur resistentium
aduersitate dissipatur: ⁊ cū conatur ante tē
pus videri qr sit agitur vt non sit. Sancti
aūt viri qr cuncta que bene cogitant stu-
dent vt occulte ꝯualescant: ⁊ quasi ꝓcessu-
ros fetus prius intra vteꝝ mentis formant
recte beatus Job partus tempore discutit:

quod videlz vnicuiqꝫ quando sit congruũ nisi a creatore nesciatur. Qui dum penetrabilia cordis aspicit: quando ad humanam noticiam bona nostra congrue nascant̃ apprehendit. Bene itaqꝫ dr̃: (Nunqd nosti tẽpus partus ibicum in petris:) Ac si aperte dicat: vt ego: q iccirco electoꝝ fetus viuaces facio qꝛ prefixa i tempore ꝑduco. Bene antẽ expleto fetu auditoꝝ subditur. (Vel parturiẽtes ceruas obseruasti.) Parturientes eni ceruas obseruare est: illos labores patrũ: q spũales filios generant: cauta consideratõe pensare. Solerter quippe intuendũ est: ꝙ hic sermo tã vigilanter
C imprimitur vt dicatur obseruasti: qꝛ vtiqꝫ perpaucoꝝ est pensare qs labor sit in predicationibus patrum: quantis doloribus quasi qbusdam conatib⁹ animas in fide ⁊ cõuersatione parturiunt: ꝗ̃ cauta se obseruatione circũspiciunt: vt sint fortes in preceptis: compatientes in infirmitatib⁹: in minis terribiles: in exhortationib⁹ blandi: in ostẽdẽdo magisterio humiles: in rerum temporalium contẽptu dominantes: in tolerãdis aduersitatib⁹ rigidi: ⁊ tamen dũ vires suas sibimet nõ tribuunt infirmi: quãtus sit ei⁹ dolor de cadentib⁹: quãtus sit de stantibus timor: quo feruore alia adipisci appetũt: quo pauore alia adepta ꝯseruant. Quia igitur perpaucoꝝ est ista pensare: bene ei dicitur: Vel parturientes ceruas obseruasti.

Capitulum. 20.

21 Nisi vero obstat ꝙ ṽba de⁹ de doctorib⁹ faciens nõ ceruoꝝ sed ceruaꝝ eos spẽ designat: qꝛ nimiꝝ illi ṽe doctores sunt: q cuꝫ per vigorem discipline patres sunt: ꝑ pietatis viscera esse matres nouerunt. Qui labores sancte conceptionis tolerant: ⁊ ꝓferendos deo filios intra vterum charitatis portant. In edenda.n. prole amplius matres laborant: que crescentem itra vteꝝ conceptionem longo mensiũ tpe sustinent: q̃ ex vtero ꝓcedentem nõ sine magnis doloribus deponũt. Tamen ⁊ hic apte consideratione subiungitur: (Dinumerasti menses cõceptus earum.) Sancti eni viri cum de ꝓfectu auditoꝝ cogitant: quasi iã in vtero conceptionem portant. Sed cũ nonnulla que dicenda sunt differũt ⁊ apta spis exhortationibus tempus querũt: velut a partu quem fieri appetunt in mensiũ ꝓlixitate dilatantur: ⁊ sepe dum quedam que sentiunt intempestiue dicere audiẽtibus nolũt: in ipsa tarditate ꝓferende sentẽtie siue ad
B hec que suadenda sunt seu ad illa que increpanda ꝯsilio altiori firmantur: ⁊ dũ cogitatur vita filioꝝ nec tamẽ ante tẽpus lingua ꝯsilium mentis eijcit quasi iam cõcepta soboles intra vteꝝ crescit: vt ad auditoꝝ noticiam tunc sententia cordis exeat: quando ꝓlata vtiliter quasi per ꝯgruũ partũ viuat. Et qꝛ hec homines in magistroꝝ mẽte qñ vel quomodo agantur ignorant: deus vero ad retributõis gloriam nõ solum effectũ
C cõsiderat sed etiam momenta cogitationũ signat: recte ad beatum Job dr̃: Dinumerasti menses conceptus earũ: subaudis vt ego: q in sanctis predicatorib⁹ nõ solũ fructus exteriorum operum: sed ipsas diuinas cogitationes numero qui ⁊ ad retributionem seruo.

Capitulum. 21.

Post sunt per menses qꝛ congesti dies sunt: etiam multiplicate virtutes itelligi. In
A mensib⁹ quoqꝫ luna renascitur: nil obstat: si per mẽses noua regeneratõis creatura signetur. De qua Paulus apostol⁹ dicit: In christo Jesu neqꝫ circũcisio aliquid
Gal. 5. valet neqꝫ preputiũ: sed noua creatura. Sancti igitur viri cum se ad predicandum parant: prius se interius virtutib⁹ innouãt: vt ad hoc quod loquẽdo docent: viuendo cõcordent: prius sua interna ꝯsiderãt: atqꝫ a cunctis se vitiorum sordibus emundant: curantes sũmopere vt contra irã: patientie luce resplendeant cõtra carnis luxuriam etiã cordis mundicia fulgescant contra torporem zelo candeant: cõtra confusos precipitatõis mot⁹: serena grauitate rutilent: contra superbiã: vera humilitate luceant: contra timorẽ radijs auctoritatis clarescant. Qꝛ ergo tanta in se prius studia ꝯgerunt: quasi in ꝯceptu sancte predicatõis menses virtutũ fiunt. Quos mẽses dñs solus dinu
B merat: qꝛ eadẽ bona in eorum cordibus nõ nisi q dedit pensat. Et quia iuxta mensuram virtutũ effectus etiã subsequtur fructuum: recte subiungitur: (Et scisti tps part⁹

earum:subaudis vt ego: q dum in cogita-
tione virtutu: mēses dinumero: quādo hoc
quod iplere appetunt: parere valeant scio:
qr nimirum dum cordis occulta conspicio:
futur foras effectum operis: intus in pōde
re cogitatōis penso. Sequitur. ¶ Incuruant
ad fetum τ pariunt τ rugitus emittunt.]
Rugiunt quippe dum per incuruationē suā
E in conuersatione lucis auditor animas gi-
gnunt: qr ab eternis nos suppliciis remoue
re nisi flendo τ dolendo nō possunt. Pre-
dicatores eni sancti nunc in lachrymis se
minant: vt segetē postmodū gaudior me-
tant. Nunc quasi cerue in dolore part' sūt:
vt spūali prole postmodū sint fecundi. Ut
eni vnū de multis loquar: video Paulum
quasi quandā ceruam in partu suo magni
doloris rugitus emittentē. Ait enim: Filioli
Gal.4. mei: quos iterū parturio: donec formetur
xps in vobis: vellem eē apud vos modo: τ
mutare vocē meā: quoniam confundor in
vobis. Ecce mutare vult vocē in partu suo
vt predicatōis sermo in rugitum vertatur
D doloris. Uult mutare vocem: qr quos iam
predicando pepererat: reformando gemēs
iterū parturiebat. Qualem rugitum hec cer
ua pariens emittebat quando eisdem post
Gal.3. se redeuntib' exclamare cogebatur dicens:
O insensati galathe qs vos fascinauit: et
sic stulti estis: vt cum spū cepitis: nūc carne
psummamini. Uel certe currebatis bene: qs
vos impediuit veritati nō obedire: Qualis i
huius cerue partu rugitus fuit: que diu cō
ceptos filios cum tot difficultatib' pepit: τ
qñqz partus ad malicie vterū redisse cogno
uit. Cōsideremus qd doloris habuerit: qd
laboris que τ postqz potuit cōcepta edere:
rursum cōpulsa est extincta suscitare.

Capitulum. 27.

A Notandum vo summope ē
q iste cerue incuruant vt
pariant: qr nimirū si erecte
starent: parere nō valerent
Nisi eni predicatores san
cti ab illa imensitate con-
templatōis interne quam capiunt ad infir
mitatē nostram, humillima predicatōe qua
si quadam incuruatione descenderent: nun
qz vtiqz in fide filios procrearēt. Nobis qp
pe pdesse nō possent: si i sue altitudinis ere
ctione psisterent. Sz videamus ceruam se
se vt pariat incuruantem: Ego inqt nō po- 1.Cor.3.
tui vobis loqui quasi spiritualib': sz quasi
carnalibus, tanqz paruulis i xpo lac vobis
potum dedi: nō escam. Atqz mox eiusdē in-
curuatōis causas exequitur dicens: Nōdum
enim poteratis: sed nec adhuc quidem pote-
stis. Sed hanc ceruam que ppter nos in-
curuata est: queso videamus erectam. Aut
Sapientiam loquimur inter pfectos. Et rur 1.Cor.2.
sum: Siue mente excedimus deo. Cum vo 2.Cor.5.
mente excedit deo: excessum eius nos oīno
nō capimus. Ut ergo nos inueret: incuruat
ad nos. Unde illic apte subiungitur: Siue so Ubi.s.
brii sumus. Si.n. sancti viri ea nobis predi
care vellent que capiunt: cū in supna cō-
platōe debriantur: τ nō magis scientiā suā
quodam moderamine: τ sobrietate tempa
rent: adhuc angusto intelligentie sinu illa su
perni fontis fluenta qs caperet: Incuruate B
autem iste cerue: alias celi vocati sunt de
qbus dī. Domine inclina celos tuos τ de- Psal.143.
scende: cū enim inclinantur celi descēdit do-
minus: qr cū se in predicatōe sua sancti do
ctores attrahūt diuinitatis noticiā nostris
cordibus īfundūt. Nequaqz quippe ad nos
dñs descenderet: si predicatores eius in cō
templatōis eius rigore inflexibiles perma-
nerēt. Inclinant ergo celi vt descendat do
minus: incuruant cerue vt nos in nouis fidei
luce nascamur. Iste incuruate cerue in can
ticis canticorum sponsi vbera sunt vocate:
sicut scriptum est: Meliora sunt vbera tua
vino. Ista.n. sunt vbera que in arca pecto-
ris fixa: lacte nos potant qr ipsi archanis Can.1.a
summe cōtemplationis inherentes: subtili 4.
nos predicatōe nutriunt. Ut igitur ab eter
no gemitu: τ dolore nos retrahent: Sicut
uantur cerue: atqz in partu rugitus emit-
tunt. Quia vo ipsi: q sancta patrū predica
tione nascunt: aliquādo doctores suos par
tiendo perueniunt vt eis adhuc in hac vita
durantib' ipsi iam martyrio psumēt: apte
sequitur. ¶ Separant filii earum τ pgūt ad pa-
stū: egrediunt τ non reuertūtur ad eas.]
Pastum scriptura sacra illud viriditatis C
eterne pabulum vocat: vbi iam nostra re-
fectio nullius defectus ariditate marcescit.
De quo pastu p psalmistam dicitur: Do- Ps.22.
minus regit me τ nihil mihi deerit: in loco
pascue ibi me collocauit. Et rursum: Nos Ps.99.
autem populus eius τ oues pascue eius.

Jo. 10. De quibus nimirum pascuis veritas p se metipsam dicit. Per me si quis introierit sal uabitur ⁊ ingredietur ⁊ egredietur: ⁊ pascua inueniet. Pergant ergo ad pastum: q2 de corporibus exeuntes illa pabula eterne viriditatis inueniunt. Egrediuntur ⁊ non reuertuntur ad eas: q2 in illa suscepti in contemplatione gaudiorũ: iam nullaten9 indigent verba audire docentium. Egressi itaq3 ad eas iam non redeunt: quia angustias vite psentis euadentes vltra a doctorib9 predicationem vite accipere non requirunt. Tunc quippe impletur quod scriptum est.
Hiere. 31. Non docebit vltra vir proximum suum: et vir fratrem suum: dicens. Cognosce dñm: omnes enim cognoscent me a minimo corum vsq3 ad maximũ dicit dñs. Tunc implet qd
Jo. 19. D in euangelio veritas dicit. Palam de patre annũciabo vobis. Filius quippe de patre palam annũciat: q2 sicut superius diximus: per hoc qd verbum est ex natura nos diuinitatis illustrat. Verba ergo tunc docentiũ quasi quosdam humane lingue riuulos nõ querunt: quando de ipso iam veritatis fonte debriantur. Igitur postq3 figurata incarnatione ceruarum multa de magistrorũ virtute narrata sunt: nunc ad eorum vitã qui remote cõuersationis secreta appetunt verba vertuntur: qui ⁊ ipsa cessandi ocia quia diuino adiutorio ⁊ non suis viribus assequuntur de eis a domino dicitur.

Capitulum. 23.

E Quis dimisit onagrũ liberũ in solitudine ⁊ vincula ei9 quis soluit: subaudis nisi ego: Onager enim qui in solitudine cõmoratur non incongrue eorum vitã significat: qui remoti a turbis secularibus cõuersantur. Qui apte etiam liber dicit: q2 magna est seruitus seculariũ negociorum qb9 mens vehementer atteritur quamuis in eis sponte desudetur. Cuius seruitutis cõditio se carere est: in mundo iam nil concupiscere. Quasi enim quodã iugo seruitutis premunt psperã dum appetuntur: premit aduersa: dum formidantur. Ac si quis semel a dñatione desiderio2 tẽporaliũ colla mẽtis excusserit: quadã iam etiã in hac vita libertate pfruitur: dum nullo desiderio felicitat3 afficitur: nullo aduersitatis terrore coartatur. Hoc graue seruitutis iugũ dñs vidit se-
Mat. 11. cularium ceruicib9 impressum cum diceret. Venite ad me oẽs qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiam vos. Tollite iugũ meũ sup vos ⁊ discite a me q2 mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ inuenietis requiem aiabus vestris. Iugũ enim meũ suaue est: ⁊ on9 meũ leue est. Asperũ quippe iugũ ⁊ dure sicut diximus seruitutis pondus est subesse tẽporalibus: ambire terrena: retinere labentia: velle stare in nõ stantibus: appetere quidẽ transeuntia: sed cum transeuntibus nolle trãsire. Dum enim contra votum cuncta fugiunt que prius mentem ex desiderio adoptionis afflixerant post ex pauore amissiõis premũt.
B Liber ergo dimittitur: q calcatis desiderijs terrenis ab appetitione rerum tẽporaliũ seruitate mẽtis exoneratur. Et vincula ei9 qs soluit: subaudis nisi ego: Soluunt ergo vniuscuiusq3 vincula: dũ diuino adiutorio interna desiderio2 carnaliũ retinacula disrũpuntur. Cũ enim pia intentio ad conuersionem vocat: sed adhuc ab hac intẽtione carnis infirmitas reuocat: quasi qbusdã vinculis aĩa ligata ppeditur. Multos enim sepe videmus viam qdem sancte cõuersatiõis appetere: s3 ne hãc assequ valeant: mõ irruẽtes casus: mõ futura aduersa formidare. Qui incerta mala dũ quasi cauti pspiciunt: in peccatorũ suo2 vinculis incauti retinent. Multa enim ante oculos ponũt q si eis in cõuersatione eueniant subsistere se non posse formidãt. De qbus bñ Salomon
Pro. 15. ait. Iter pigro2 quasi sepis spinarũ: nã cũ viam dei appetunt eos velut spine obstantium sepium formidinũ suarũ opposite suspitiones pungũt: qd q2 electos ppedire nõ
Ibi. 7. solet: bene illic secutus adiungit. Via iustorum absq3 offendiculo: iusti quippe in conuersatione sua qlibet eis aduersitatis obuiauerit non impingunt: quia tẽporalia aduersitatis obstacula eterne spei ⁊ interne cõtẽplationis saltu transcendunt. Soluit itaq3 deus onagri vincula: quando ab electi vniuscuiusq3 animo infirmarũ cogitationũ nodos erũpit: ⁊ ppitius dissipat: omne qd illectam mentem ligabat. Seqtur. Cui dedi in solitudine domũ ⁊ tabernacula eius i terra salsuginis. Hoc loco solitudinẽ debemus intelligere solitudinem corporis an solitudinem cordis. Sed quid pdest solitu-

do corpis: si solitudo defuerit cordis. Qui
enim corpore remotus viuit: sed tumultib⁹
conuersionis humane terrenorũ desiderio-
rum cogitatione se inserit. non ẽ in solitudi-
ne. Si vero prematur aliquis corporaliter
popularibus turbis: & tñ nullos curarũ se-
cularium tumultus in corde patiatur: non
est in vrbe. Itaq; bene cõuersantibus p̃mũ
solitudo mentis tribuitur: vt exurgentẽ in-
trinsecus strepitum terrenorum premant: &
ebullientes ab ĩfimis: curas cordis per sup-
ni gratiã restringant amoris: oẽsq; motus
importune se offerentium leuium cogitatio
num: quasi quasdã circũuolantes muscas
ab oculis mentis abigant manu grauitatis:
& q̃dam sibi cum dño intra se secretũ que
rant: vbi cum illo exteriori cessante strepitu
per interna desideria silenter loquantur.

Capitulum. 24.



A　E hoc secreto cordis alias
Apo.8　dictum est.) Factũ ẽ silen-
tium in celo quasi dimidia
hora. Celum q̃ppe ecclesia
vocatur electorum: que ad
eterna sublimia dũ p suble
uationem contemplationis intendit: surgen
tes ab infimis cogitationum tumultus pre-
mit atq; intra se deo q̃dam silentiũ facit.
Qđ q̃dem silentium cõtemplationis: q̃r in
hac vita nõ potest esse pfectum: factũ dimi-
dia hora dicitur. Nolenti q̃ppe animo co-
gitationes tumultuosi se strepitus ingerant:
etiam sublimibus itendentem: rursũ ad re-
spicienda terrena cordis oculum violenter
Sap. 9.　trahunt. Unde scriptum est. Corpus quod
corrumpitur aggrauat aiam: & deprimit ter
rena inhabitatio sensum multa cogitantẽ.
Bene ergo factum hoc silentiũ non integra:
sed dimidia hora describitur: q̃r hic contem
platio nequaq̃ pficitur quãuis arienter in
Ezec. 40　choetur. Quod etiam per Ezechielẽ pphe-
tam cõgruenter exprimitur: qui pro mensu-
ra ciuitatis i monte cõdite: in manu viri ca
lamum sex cubitorum & palmo se vidisse te
statur. In monte q̃ppe electorũ ecclesia si-
ta est. q̃r fundata in ĩfimis desiderijs nõ est.
B　Quid autem p cubitum: nisi operatio: quid
per senarium numerum: nisi pfectio opera-
tionis ostenditur? Quia & sexto die cuncta
opa dñs explesse memoratur. Quid ergo su
per sex cubitos palmus insinuat: nisi cõtem

plationem: que iam initia eterne & septime
quietis demonstratur. Quia enim eternorũ
cõtemplatio hic minime perficitur: mẽsura
septimi cubiti nõ explectur. Electorum itaq;
ecclesia q̃r cuncta que operanda sunt perficit
in sex cubitis i monte posita ciuitas exten-
dit. Q̃r vero hic adhuc sola initia contem-
plationis ĩspicit: de septimo cubito non nisi
palmũ tangit. Sciendũ vero est q̃r nequa-
q̃ culmen contemplationis attingimus: si
non ab exterioris cure oppressione cessem⁹.
Nequaq̃ nosmetipsos iuenimus vt sciam⁹
aliud in nobis esse rõnale qđ regit: aliđ ani　C
male qđ regitur nisi ad secretũ huius silen-
tij recurrentes: ab omni exterius pturbatio
ne sopiamur. Qđ silentiũ nostrũ bñ etiam　Gen. 2
Adam dormiens figurauit: de cuius mox
latere mulier pcessit: quia q̃sq; ad interio-
ra intelligenda rapitur a rebus visibilibus
oculos claudit: & tunc in semetipso vel que
preesse viriliter debeãt: vel que subesse pos-
sint infirma distinguit: vt aliud in illo sit qđ
regere valeat tanq̃ vir: aliud tanq̃ femia
qđ regatur. In hoc itaq; silentio cordis dũ
per contemplationem interius vigilamus:
exterius quasi obdormiscimus. Q̃r ergo re
moti viri. i. a desiderijs carnalib⁹ alieni: hoc
silentium mentis inhabitãt: huic onagro do
minus in solitudine domũ dedit vt a turba
desideriorum temporaliũ nõ premantur. Se
quitur.

Capitulum. 25.



T tabernacula eius i terra
salsuginis.) Salsugo accẽ
dere sitim solet. Et q̃r san-　A
cti viri: quãdiu in huius vi
te tabernaculis degunt: ad
supernam patriam deside-
rij sui quotidianis estibus accenduntur: in
terra salsuginis tabernacula habere perhi
bentur: incessanter q̃ppe accenduntur vt si
tiant: sitiunt vt satientur: sicut scriptum ẽ.
Beati qui esuriunt & sitiunt iusticiam: quo-
niã ipsi saturabuntur. Sequitur. Contẽnit　Mat. 5
multitudinem ciuitatis.) Multitudinẽ ci-
uitatis contemnere est: humane conuersa-
tionis praua studia deuitare: vt iam non li-
beat terrenorum hominũ qui pre abundan-
tia iniquitatis multi sunt perditos mores
imitari. Cum paucis naq; ingredi angustã　B
portam desiderant: & non cum multis lata

itinera ingredi appetunt que ad interitum ducunt. Solerter quippe a quo ⁊ ad quid sunt creati conspiciunt: ⁊ erecta considera-
tione accepte imaginis sequi vulgi multitu-
dinē dedignantur. Unde ⁊ sponsi voce spon-
Cant. i. se in canticis canticorum dicitur. Nisi co-
gnoveris te o pulchra inter mulieres: egre-
dere ⁊ abi post vestigia gregum ⁊ pasce he-
dos tuos. Semetipsam nāq; ea que est pul-
chra inter mulieres cognoscit: quando ele-
cta queq; anima etiā inter peccantes posi-
ta: q2 ad auctoris sui imaginem ac similitu-
dinem sit cōdita meminit: ⁊ iuxta percepte similitudinis ordinem incedit. Que si se nō cognoscit: egreditur: quia a secreto sui cor-
dis expulsa: in exterioribus concupiscentijs dissipatur. Egressa vero abijt post vestigia gregum: q2 sua interna deserens ad latam videlicet viam ducitur: seqtur exempla po-
pulorum: nec iam agnos: sed hedos pascit: q2 non innoxias cogitationes mentis sz in-
trire pravos motus carnis intendit. Q2 er-
C go electus quisq; ac cōtinens abire post gre-
gum vestigia despicit: dicatur recte. Cōtem-
nit multitudinem civitatis. Ubi ⁊ apte sub-
iungitur. ((Clamorez exactoris nō audit.)) Quis intelligi exactor alius: nisi diabolus potest: qui semel in paradiso homini male persuasionis nūmū contulit: ⁊ quotidie ab eo huius debiti exigere reatum querit: Hu-
ius exactoris sermo est male suggestiōis in-
choatio. Huius exactoris clamor est: iaz nō lenis sed violenta temptatio. Hic exactor loqtur: cum leniter suggerit. Hic exactor cla-
mat: cum fortiter temptat. Clamorem ergo exactoris non audire est: violentis tempta-
tionum motibus minime consentire. Audi-
ret enim: si eā que suggesserit faceret. Sz cū perversa agere despicit: recte dicitur clamo-
rem exactoris non audit.

Capitulum. 26.


D Onnulli vero hoc loco per exactorem intelligi ventrē volunt. Ipse nāq; a nobis quoddam debitum exigit: quia quotidianum fructū sibi humani laboris impen-
di etiam per naturam querit. Abstinentes igitur viri: que hoc loco onagri vocabulo fi-
gurantur: dum violenta gule desideria re-
primunt: quasi clamantia exactoris verba contemnunt. Sed cum continēti viro con-
tra innumera vitia: multa virtutum certa-
mina suppetunt: cur sibi exactoris clamore contempto: de solo hic ventre dicitur: q2 eius impetum impulsumq; restringat: nisi q2 nul-
lus palmam spiritualis certaminis appre-
hendit: qui non in semetipso prius afflictūs ventris concupiscentiam carnis incentiva devicerit. Neq; enim ad conflictum spiri-
tualis agonis assurgitur: si non prius per af-
flictam ventris concupiscentiam videlz ap-
petitus edomatur: quia si nō ea que nobis sunt viciniora prosternimus: nimirum ma-
niter ad ea que longius sunt impugnanda transimus. Incassum nāq; contra exterio-
res inimicos in campo bellum geritur: si in-
tra ipsa urbis menia, civis insidians habe-
tur. Mens quoq; ipsa certantis sub gravi confusionis dedecore a spiritualis certami-
nis congressione repellitur: quando infirma in carnis prelio gule gladijs confossa supe-
ratur. Nam cum se parvis prosterni conspi- B
cit: confugere maioribus erubescit. Nōnul-
li vero ordinem certaminis ignorātes edo-
mare gulam negligunt: ⁊ iam ad spiritualia bella consurgūt. Qui aliquādo multa etiaz que magne fortitudinis sint faciunt: sed do-
minante gule vitio: per carnis illecebrā om-
ne quod fortiter egerint perdunt: ⁊ dū ven-
ter non restringitur: per carnis concupiscen-
tiam simul cuncte virtutes obruuntur. Un-
de ⁊ Nabusardan vincente scribitur. Prin-
ceps cocorum destruxit muros Hierusalem. Quid enim per muros Hierusalem signifi-
cans scriptura exprimit: nisi virtutes ani-
me: que ad pacis visionem tendit: Aut qs cocorum princeps nisi venter accipitur: cui diligentissima a coquētibus cura servitur: Muros igitur Hierusalem princeps cocoz destruit: q2 virtutes anime dum nō restrin-
gitur venter perdit. Hinc est q2 Paulus cō- C
tra Hierusalem menia decertanti vires co-
corum pncipi subtrahebat cum diceret. Ca-
stigo corpus meū ⁊ servituti subijcio: ne for- 1. Cor. 9.
te alijs predicās ipse reprobus efficiar. Hic
etiam pmisit dicens. Sic curro non quasi i Ab. 5.
incertū: sic pugno non quasi aerē verberās. Quia cum carnem restringimus: ipsis absti-
nentie nostre ictibus non aerem: sed immū-
dos spūs verberamus: ⁊ cū hoc qd est itra nos subijcimus: extra positis adversarijs pr-

Dan. 3. gnos damus. Hinc ē ꝙ rex Babylonis succendi fornacem iubet: naptę: stuppę: picis: ⁊ malcoli ministrari congeriem ꝑcepit: sed tñ abstinentes pueros hic ignis minime consumit: quia antiquus host. s. lʒ innumeras ciboꝝ ↄ̄cupiscentias nostris obtutibus opponat: quibus libidinis ignis crescat: bonis tñ mentibus superni spiritus gratia insibilat: vt a carnalis concupiscentię estibus illese perdurent: vt ⁊ si vsqʒ ad temptationem cordis flamma ardeat: vsqʒ ad consensum tamen temptatio non exurat.

Capitulum. 27.



A Ciendū preterea est quia nos quinqʒ modis gule vitium temptat. Aliquando namqʒ indigentie tempora preuenit: aliquando vero tempus non ꝑuenit: sed cibos lautiores querit: aliquando quelibʒ sumenda preparari accuratius expetit: aliqñ aūt ⁊ qualitati ciboꝝ ⁊ tempoꝝ congruit: sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderate refectionis excedit. Nōnunqʒ vero ⁊ abiectius est qđ desiderat: ⁊ tamen in ipso esu immensi desiderij deterius peccat. Mortis quippe sententiam patris ore Jonathas meruit: quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit. Et ex egypto populus eductus in heremo occubuit: qꝛ despecto manna cibos carnium petijt: quos lautiores putauit. Et prima filiorum heli culpa suborta est: qđ ex coꝝ voto sacerdotis puer non antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere: sʒ crudas q̄reret quas accuratius exhiberet. Et cum ad

Ezec. 16. Hierusalem dicitur. Hec fuit iniqtas Sodome sororis tue: sup̄bia: saturitas panis et abundantia aque: apte ostenditur: ꝙ iccirco salutē perdidit: qꝛ cum sup̄bie vitio mensuram moderate refectionis excessit. Et pri

B mogenitoꝝ gloriam esau amisit: qꝛ magno esu desiderij: vilem cibum. i. lenticulā ↄ̄cupiuit: quā dū vendēdis etiam ꝓmogenitis pretulit: quo in illam appetitu anhelaret indicauit. Neqʒ enim cibus sed appetitus in vitio est. Unde ⁊ lautiores cibos plerūqʒ sine culpa sumim⁹: ⁊ abiectiores non sine reatu ↄ̄scientie degustamus: hic q̄ppe quē diximus esau ꝓmatū per lenticulam ꝑdidit: et Helias in heremo virtutē spiritus carnes edendo seruauit. Un̄ ⁊ antiquus hostis q̄a non cibum sed cibi ↄ̄cupiscentiā esse cām damnationis intelligit: ⁊ ꝓmū sibi hominē non carne: sed pomo subdidit: ⁊ scđm nō carne: sed pane temptauit. Hinc est: ꝙ plerūqʒ culpa ↄ̄mittitur: etiam cum abiecta ⁊ vilia sumuntur. Neqʒ enim Adam solus: vt

C a vetito se pomo suspenderet preceptū ꝓhibitionis accepit. Nam cū alimenta quedaʒ saluti nostre contraria indicat: ab his nos quasi per sententiam vetat. Et cum concupiscentes noxia attingim⁹ ꝑfecto qđ aliud q̄ vetita degustam⁹. Ea itaqʒ sumēda sunt que nature necessitas querit: ⁊ nō que edēdi libido suggerit. Sed magnus discretiōis labor est huic exactori ⁊ aliqđ impendere: ⁊ aliqđ denegare: ⁊ non dando gulam restringere: ⁊ dando naturā nutrire. Que fortasse discretio subinfertur cum dicitur. Clamorē exactoris non audit. Sermo nāqʒ hui⁹ exactoris est necessaria postulatio nature. Clamor ꝟo eius est mensuram necessitatis trāsiens appetitus gule. Hic itaqʒ onager exactoris huius sermonem audit clamorē non audit: qꝛ discretus vir ac ↄ̄tinens ⁊ vsqʒ ad temperandam necessitatē ventrem reficit: ⁊ a voluptate restringit.

Capitulum. 28.



A Ciendū vero ē: qꝛ sic voluptas sub necessitate se palliat: vt vir eam ꝑfectus q̄s discernat. Nam dū solui debitū necessitas petit: voluptas expleri desideriū suppetit: ⁊ tanto gulam securius in preceps rapit: quāto sub honesto noīe necessitatis explende se contegit. Sepe aūt in ipsa edēdi via furtiue adiuncta voluptas subsequitur: nōnunqʒ vero impudenter libera etiam preire conatur. Facile aūt est deprehendere: cum voluptas eius necessitatem ꝑuenit: sed valde est difficile discernere cum in ipso esu necessario se occulta subiungit. Nā q̄a precuntem nature appetitum sequr: quasi a tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debitum soluit: q̄a per esum voluptas necessitati miscetur: qđ necessitas petat: ⁊ qđ sicut dictum est voluptas suppetat ignoratur. Sepe ꝟo ⁊ discer-

B nimus: ⁊ quia vtrāqʒ per experientiam sibi coniunctam nouimus: in hoc qđ extra me-

tas rapiant:libet vt sciendo fallamur:z dū
sibi mens ex necessitate blanditur ex volu-
ptate decipitur. Scriptū quippe est. Carnis
Ro.13. curam ne feceritis i desiderijs. Que igitur
fieri i desiderio phibetur:in necessitate con
ceditur: Sed sepe dū incaute necessitati cō
descendimus:desiderijs deseruim⁹. Nōnun
q̄ȝ vero dum desiderija imoderatius obuia
re nitimur:necessitatis miserias augemus.
Sic enim necesse est:vt artem q̄sq̄ȝ contine
tie teneat:quatenus non carnem sed vitia
carnis occidat. Nam dū plerūq̄ȝ dūȝ plus
iusto caro restringitur: ēt ab exercitatione
boni operis enaruatur vt ad oratioñe quo
q̄ȝ vel predicatioñe non sufficiat:dū incen-
tiua vitiorum in se funditus suffocare festi
nat. Adiutorem quippe habem⁹ intentionis
iterne hunc hoiem quem exterius gestam⁹
z ipsi insunt motus lasciuie:ipsi effect⁹ sup
petunt opationis bone. Sepe ꝟo dum in il
lo hostem insequimur:ēt ciuem quem diligi-
mus trucidamus:z sepe dum quasi conciui
C parcimus:ad prelium hostem nutrim⁹. Eis
dem nāq̄ȝ alimentis vitia superbiunt:qbus
nutrite virtutes viuunt. Et cum virtus ali-
tur plerūq̄ȝ vires vitijs augentur. Cum ꝟo
imensis continentia vitioꝝ vires extenuat:
etiam virtus deficiens anhelat. Unde ne-
cesse ē:vt interior hō noster equ⁹ qdem ar-
biter presideat iter se z eū quem exteri⁹ ge-
stat:quaten⁹ ei hō suus exterior p debitum
misteriū seruire sufficiat z nunq̄ȝ supbe li-
bera ceruice contradicat:nec moueat si qd
suggerēdo submurmurat dūmodo eū sem
per supposita calce dominatōis premat.
Sicq̄ȝ fit vt dum repressa vitia reniti qdem
nobis patimur: z tamē hec nobiscum con-
gredi ex equo prohibemus:nec vitia cōtra
virtutem preualeant:nec rursum virt⁹ cum
vitioꝝ oīmoda extinctōe succūbat. Quia i
ea re sola elatio funditus extinguitur:quia
q̄uis victorie seruiat ad edomandam ta-
men cogitationum superbiam continua no
bis pugna seruat. Unde bene hic q: vnus-
quisq̄ȝ vir continens z debite necessitati cō
gruit:z violente voluptati contradicit vo-
ce dnica dī:Clamorem exactoris nō audit.
Quia autem discretus vir eo ad intelligen
da superiora se eleuat:quo in se carnis in-
centiua castigat:recte post contemptum ex
actoris clamorem subditur: ¶ Circūspicit
mentes pascue sue. }) Mōtes pascue sunt:
alte contemplatōes interne refectōis. San
cti eni viri quātomagis se exteri⁹ despicien
do deijciunt:tanto amplius iterius reuela
tionum contemplatōe pascuntur. Ut scri-
ptum est: Ascensus in corde eius disposuit
in conualle lachrymarum q: quos exteri⁹
in fletu continet conuallis humilitatis:eos
interius subleuat ascensus contemplatōis

Capitulum. 29.

Montes etiam pascue sunt
sublimes virtutes angelo-
rum. Que ideirco h̄ nos mi- A
nistrando z adiuuando re
ficiunt:q: illic interno con-
templatōis rore pinguescūt
Que q: largiente deo i omni nos certami
ne protegunt:recte circūspici dicuntur: Unde
q̄ȝ eni nobis adesse circūspicimus:quorum
defensione contra aduersarios ex oī latere
munimur. Possunt adhuc montes pascue
accipi alte sententie scripture sacre:de qui-
bus per psalmistam dī:Montes excelsi cer Ps. 103.
uis:q: hi q iam dare contēplatōis salt⁹ no
uerunt:altos sniarum diuinarum vertices
quasi cacumina mōtium ascendūt. Ad que
pfecto cacumina:q: infirmi puenire nō va
lent:recte illic subditur: Petra refugiū eri
nacijs:q: videlȝ inualidos nō sublimiter i-
telligentia exercet:sed sola in christo fides
que ova sua deserens obliviscitur: quod pes conculcet ea: quia videlicet hypocrite eos quos in conversatione filios generant derelinquunt et omnino non curant ne aut exhortationis sollicitudine: aut discipline custodie destitutos pravorum operum exemplis pervertant. Si enim ova que gignunt diligerent: nimirum metuerent ne quis ea perversa opera demonstrando calcaret. Hunc Paulus pedem in firmis discipulis: quasi ovis que posuerat metuebat cum diceret. Multi ambulant Philip. 3.
quos sepe dicebam vobis: nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi. Et rursum. Vi Ibi. 3.
dete canes: videte malos operarios. Et rursum. Denunciamus vobis fratres: et in no 2. Thess.
mine domini nostri Iesu christi: ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate: et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Hunc pedem Ioannes gravo
B formidabat: qui cum multa diotrepis malitia premisisset adiunxit. Charissime noli imitari malum sed quod bonum est. Hunc ipse 3. Io. 1.
synagoge dux infirmo suo gregi metuebat dicens. Quando ingressus fueris terram quam dominus deus dabit tibi: cave ne imitari velis abhominationes illarum gentium. Obliviscitur etiam quod bestia agri conterat: quia nimirum diabolus in hoc mundo sevientis si editos in bona conversatione filios rapiat hypocrita omnino non curat. Hanc autem agri bestiam Paulus ovis que posuerat: metuebat dicens. Timeo ne sicut ser 2. Cor. 11.
pens Evam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri a charitate que est in Iesu christo. Hanc agri bestiam discipulis metuebat Petrus cum diceret. Adversarius vester diabolus quasi leo rugiens: cir 1. Pe. 5.
cuit querens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Habent ergo veraces magistri super discipulos suos timoris viscera ex virtute charitatis: hypocrite autem tanto minus commissis sibi metuunt: quanto nec sibimetipsis quod timere debeant deprehendunt. Et quia obduratis cordibus vivunt ipsos etiam quos generant filios nulla pietate debiti amoris agnoscunt. Unde adhuc sub struthionis specie subditur. Duratur ad

filios quasi non sint sui) Quem enim charitas gratis non infundit proximum suum etiam si ipse hunc deo genuit extraneum respicit ut profecto sunt oēs hypocrite: quorū videlicet mentes dum semper exteriora appetunt: intus insensibiles sunt ⁊ in cunctis que agunt: dum sua semper expetunt erga effectum proximi⁹ nulla charitatis compassione mollescunt. O q̄ mollia viscera gestabat Paulus: quando circa filios suos tanto estu amoris inhiabat dicens. Nunc vivimus: si vos statis in domino: ⁊ testis mihi est deus: quomodo capiaz vos omnes in visceribus christi Jesu. Romanis quoqz ait.
Ro. I. Testis est mihi deus cui seruio in spiritu meo in euangelio filij eius: q᷑ sine intermissione memoriam vestri semper facio in orationibus meis obsecrans si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate dei veniēdi ad vos: desidero enī
2. Ti. I. videre vos. Timotheo quoqz ait. Gratias ago deo meo cui seruio a progenitoribus meis in conscientia pura: quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die desiderans te videre. Thessalonicensibus quoqz amorem suū
I. Thes. 2. indicans dicit. Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus ore aspectu: non corde abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio. Qui du-
B ris persecutionibus pressus ⁊ tamen de filiorum salute sollicitus adiunxit. Misimus timotheum fratrem nostrum: ⁊ ministrū dei in euangelio christi ad confortandos vos ⁊ exhortandos pro fide vestra: ut nemo moueatur in tribulationibus istis. Ipsi enim scitis: q᷑ in hoc positi sumus. Ephesijs quoqz
Ephe. 3. ait. Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis que est gloria vestra. Ecce in tribulatione positus alios exhortatur ⁊ in hoc quod ipse sustinet alios roborat. Non enim filiorum suorum fuerat more struthionis oblitus: sed metuebat nimis ne eius discipuli in predicatore suo tot persecutionibus probra cernentes fidem in eo despicerēt cōtra quam innumere passionum contumelie preualerent. Et iccirco minus dolebat in tormentis sed magis filijs de tormentorum suorum temptatione metuebat. Parui pendebat in se plagas corporis dum formidaret in filijs plagas cordis. Ipse patienda suscipiebat vulnera tormentorum sed filios consolando curabat vulnera cordium. Pensemus ergo cuius charitatis fuerit inter dolores proprios alijs timuisse: pensemus cuius charitatis sit filiorum salutem inter sua detrimenta requirere ⁊ statū mentis in proximis etiam ex sua delectione custodire.

Capitulum. 9.



Ed hec hypocrite charitatis viscera nesciūt quia eorum mens quanto p mundi concupiscentiam in exteriora resoluitur: tāto per affectionem suam interius — A
obduratur: ⁊ torpore insensibili frigescit intrinsecus: quia amore damnabili mollescit foris: seqz ipsam considerare non valet: quia cogitare se minime studet. Cogitare vero se mens non potest: que tota apud semetipsaz non est. Tota vero esse apud semetipsam non sufficit: quia per quot concupiscentias rapitur: per tot a semetipsa species dissipatur: ⁊ sparsa in infimis iacet: que collecta si vellet ad summa consurgeret. Unde iustorum mens quia per custodiam discipline a cunctorum visibilium fluxu appetitu constringitur: collecta apud semetipsam intrinsecus integratur: qualisqz deo esse vel proximo esse debeat plene conspicit: que nihil sui exterius derelinquit: ⁊ quanto ab exterioribus abstracta compescitur: tanto sancta in intimis inflammatur ⁊ quo intus magis ardet: eo ad deprehendenda vicia amplius lucet. Hinc est enim q᷑ sancti viri dum intra semetipsos colligunt: mira ac penetrabili acie: occulta etiam aliena delicta depre- B
hendunt. Unde bene per Ezechielem prophetam dicitur. Emissa similitudo manus Ezech. 8.
apprehendit me in cincinno capitis mei ⁊ eleuauit me spiritus inter terram ⁊ celum: ⁊ adduxit me in Hierusalem: in visione dei iuxta hostium interius quod respiciebat ad aquilonem: ubi erat, statutum idolum zeli ad prouocandam emulationem. Quid est enim cincinnus capitis: nisi collecte cogitationes mentis: ut non sparse diffluant: sed per disciplinam constricte subsistant. Manus ergo desuper mittitur: ⁊ propheta per cincinnum capitis eleuatur: quia cum nostra mens sese per custodiam colligit: vis su

C perna sursum nos ab infimis trahit. Bene
ergo inter terram et celum sublatum se asse-
rit: quia quilibet sanctus in carne mortali
positus plene quidez adhuc ad superna nõ
peruenit: sed iam tamen ima dereliquit.
In visione vero dei in hierusalem ducitur
quia videlicet vnusquisqꝫ proficiẽs per cha
ritatis zelum qualis esse ecclesia debeat cõ-
templatur. Bene quoqꝫ additur: quia iuxta
hostium interius ductus est: quod respicie
bat ad aquilonem: quia nimirum sancti vi
ri dum per aditum eterne contemplationis
aspiciunt: plus praua intra ecclesiam fieri
qꝫ recta deprehendunt et quasi in aquilonis
parte oculos. idest ad solis sinistram flectũt
quia contra vitiorum frigore charitatis se
stimulis accendunt. Ubi et recte subiungi-
tur: quia illic erat statutum idolum zeli ad
prouocandam emulationem. Dum enim
intra sanctam ecclesiam a nonnullis specie
sola fidelib9 rapinas et vitia perpetrari con
siderant quid aliud qꝫ in hierusalem ido-
lum vident: Quod idolum zeli dicitur: qa
per hoc contra nos emulatio superna pro-
uocatur: vt tanto districtius delinquentes
feriat quanto nos charius redẽptor amat.

Capitulum. 10.

A Ypocrite igitur quia cogi
tationes mentis non colli
gunt per cincinnum capi-
tis minime tenentur. Et
qui sua nesciũt commisso-
rum sibi quando delicta
deprehendunt: hi itaqꝫ
torpent ac celestibus ad que flagrare debue
runt: et flagrant terrenis rebus ant(e)ie: a qui
bus laudabiliter torpuisse[n]t. Postposita
quippe cura filiorum: sepe eos videas se
contra pericula immensi laboris accingere
maria transmeare: adire iudicia: pulsare
principatus: palatia irrumpere: iurganti
bus populorum cuneis interesse: et terrena
patrimonia laboriosa obseruatione defen-
dere. Quibus si fortasse dicatur: cur ista
vos agitis: qui seculum reliquistis: respon
dent illico deum se metuere: et iccirco tan-
to studio defendendis patrimonijs insuda
re. Unde bene adhuc destructionis huius
stulta labore subiungitur. Frustra labora-
uit: nullo timore cogente. Illic namqꝫ tre-
pidauerunt timore vbi non erat timor. Ec
ce enim diuina voce precipitur. Si quis ti- Mat. 5.
bi tulerit tunicam et voluerit tecu(m) i iudicio
contendere: dimitte, illi et pallium. Et rur-
sum. Si quis quod tuum est tulerit: ne re- B
petas. Paulus quoqꝫ apostolus discipu-
los suos cupiens exteriora despicere: vt va
leant interius seruare: ammonet dicens.
Iam quidem omnino delictum est i vobis: 1. Cor. 6
qꝫ iudicia habetis inter vos: quare nõ ma
gis iniuriam accipitis: quare non magis
fraudem patimini: Et tamen hypocrita as-
sumpto sancte conuersationis habitu filio
rum custodiam deserit: et temporalia que-
qꝫ defendere: etiam iurgijs querit: exemplo
suo eorum perdere corda non trepidat: et
quasi per negligentiam amittere patrimo
nia terrena formidat. In errorem discipu
lus labitur: et tamẽ cor hypocrite nullo do
lore sauciatur. Ire iniquitatis voraginem
cõmissos sibi conspicit: et hec quasi inaudi
ta pertransit: at si quod sibi leuiter inferri
temporale damnum senserit: in vltionis irã
repente ab intimis inardescit: mox patien
tia rumpitur: mox dolor cordis in vocibus
effrenatur: quia dum animarum damna
equanimiter tolerat: iacturam vero rerum
temporalium: repellere etiam cum spiritus
cõmotione festinat: cunctis veraciter indi
cat teste mentis perturbatione quid amat.
Ibi quippe est grande studiũ defensionis C
vbi et grauior vis amoris. Nam quanto
magis terrena diligit: tanto priuari eis ve
hementius pertimescit. Quã enim mente
aliquid in hoc mundo possidemus non do
cemur: nisi cum amittimus. Sine dolore
namqꝫ amittitur: quicquid sine amore pos
sidetur. Que vero ardenter diligimus ha
bita: grauiter suspiramus ablata. Quis au
tem nesciat: quia nostris vsibus res terre
nas dominus condidit: suis autẽ animas
hominum creauit: Plus ergo deo se ama
re conuincitur: qui neglectis his que eius
sunt propria tuetur. Perdere namqꝫ hy-
pocrite ea que dei sunt. idest animas ho
minum nõ timent: et ea que sua sunt amit
tere: videlicet res cum mundo transeun-
tes quasi districto iudici posituri ratio-
nes timent: ac si p(ro)pitiatum inueniant: cui
desideratis rebus. idest rationabilibus
perditis insensibilia et non quesita con-

seruant. Possidere aliquid in hoc mũdo
Luc.14. volumus: et ecce veritas clamat. Nisi quis
renunciauerit omnibus que possidet nõ po
B test meus esse discipulus. Perfectus igitur
christian⁹ quomodo debet res terrenas iur
gando defendere quas non precipitur pos-
sidere: Itaqz cum res proprias amittimus:
si perfecte deum sequimur in huius vite iti
nere: a magno onere leuigati sumus. Cum
vero curam rerum nobis eiusdem itineris:
necessitas imponit: quidam dum eas rapi-
unt solũmodo tolerandi sunt: quidaz vero
conseruata charitate prohibendi: nõ tamẽ
sola cura ne nostra subtrahant: sed ne rapi-
entes: non sua semetipsos perdant. Plus
quippe ipsis raptoribus debemus metuere
q̃ rebus irrationabilibus defendentes ipsa
re. Illa nãqz etiam nõ rapta morientes amit
timus: cum illis vero et nunc conditionis or
dine: si corrigi studeant post perceptionem
muneris: vnum sumus. Quis autẽ nesciat:
quia minus ea quibus vtimur et plus debe
mus amare quod sumus? Si ergo et pro sua
C vtilitate raptoribus loquimur: iam non so-
lum nobis que temporalia: sed ipsis etiam
que sunt eterna vendicamus. Qua in re il-
lud est solerter intuendũ: ne per necessita-
tis metum cupiditas surrepat rerum: et zelo
succensa prohibitio et impetu immoderatio
re distensa: vsqz ad odiose turpitudinẽ con
tentionis erumpat. Dumqz pro terrena re
pax a corde cum proximo scinditur: liquido
apparet: quia plus res q̃ proximus amatur.
Si enim charitatis viscera etiam circa ra-
ptorem proximum nõ habemus: nosmetipsos
peius ipso raptore persequimur: grauiusqz
nos quã alter poterat deuastamus: qr dile
ctionis bonum sponte deserentes a nobis-
ipsis intus est quod amittimus: qui ab illo
sola exteriora perdebamus. Sed hanc hy-
pocrita formam charitatis ignorat: qr plus
terrena q̃ celestia diligens contra eum qui
temporalia diripit: sese in intimis insani
odio inflammat.

Capitulum. xl.



Ciendum vero est: qr sunt
nõnulli quos charitatis gre
A mio nutriens mater eccle
sia tolerat: quousqz ad spi-
ritalia etatis incremẽta per
ducat: qui nõnunq̃ et san-
ctitatis habitum tenent: et perfectionis meri-
tum exequi non valent. Ad bona nãqz spi-
ritalia minime assurgunt: et idcirco his q si-
bi cõmenda sunt ad tuenda ea: que terrena
sunt seruiunt: et nõnunq̃ in defensiõis eius-
dem iracundia excedunt. Hos nequaq̃ cre
dendum est in hypocriterum numerũ cadere
re: quia aliud est infirmitate aliud est mali
cia peccare. Hoc itaqz inter hos et hypocri
tas distat: q3 isti infirmitatis conscij malũt
a cunctis de culpa sua redargui q̃ de ficta
sanctitate laudari. Illi vero et iniqua se age
re certi sunt: et tamẽ apud humana iudicia
de nomine sanctitatis intumescunt. Isti nõ
metuunt prauis hominibus: etiaz de bona
actione displicere: dũz iudicijs supernis tan
tũmodo placeant: illi vero nunq̃ quid agãt
sed quomodo de actione qualibet homini- B
bus possint placere considerant. Isti iuxta
modum sue intelligentie: etiam in rebus se-
culi militant causis dei: et illi eciã per causas
dei intentione deseruiunt seculo: quia inter
ipsa quoqz que se agere sancta opera osten
dunt: non conuersationem querunt homi-
num: sed auras fauorum. Igitur cũz quos-
dam non despecte conuersationis viros ira
cunde vel nimie defendere terrena conspi
cimus debemus hoc in illis per charitatem
reprehendere nec tamen eos reprehenden-
do desperare: quia plerũqz vni eidem ho-
mini et insunt quedam iudicabilia que ap-
parent et magna que latent. In nobis autẽ
sepe magna in facie pdeunt: et nõnunq̃ que
reprehendenda sunt occultantur. Hinc er-
go humilianda est nostre mentis elatio: qr
et illorum infirma sunt publica et nostra se-
creta et rursum fortia illorum secreta sunt: et
in publico nostra vulgantur. Quos ergo de
aperta infirmitate reprehendimus superest
vt de occulte fortitudinis estimatione vene
remur: et si se de aperta firmitate nostra mẽs C
eleuat: occulta sua infirma considerans se-
se in humilitate premat. Sepe enim nõnul
li multis preceptis obsequuntur: et quedam
pauca pretereunt: et nos multa pretermitti-
mus cũz pauca seruamus. Unde fit plerũ-
qz vt quia quod seruare nos nouimus hoc
preterire alios videmus: illico nostra se in ela
tione mens eleuet obliuiscens q̃z multa pre
tereat: cum valde sint pauca que seruat.
Necesse est igitur vt in quibus alios repre-

hendimus: elationem solicite nostre cogita
tionis ichnemus: quia si sublimiorem se ce-
teris noster animus conspicit: quasi precipi
tio singularitatis ductus: heu peius ruit:
Sed cur hypocrita celestia lucra deserens
terrena elaboret: sub strutionis adhuc no-
mine subiungit dicens: Privavit eam de⁹
B sapientia nec dedit illi itelligentiam. Quā-
uis aliud sit privare aliud non dare: hoc ta
men repetijt subdendo non dedit quod ṕ-
misit privavit. Ac si diceret: Quod dixi pri-
vavit: nō iniuste sapientiam abstulit sed iu
ste non dedit: Unde & Pharaonis cor do
minus obdurasse describitur nō ꝗ ipse du
riciam contulit: sed quod exigentib⁹ ei⁹ me-
ritis: nulla illud desuper infuse timoris sen-
sibilitate molliuit. Sed nunc hypocrita qꝺ
sanctum se simulat quod sub imagine boni
operis occultat: sancte ecclesie pace premit
& iccirco ante nostros oculos religionis vi-
sione vestitur. Si qua ergo temptatio fidei
erumpat: statim lupi mens rabide habitu
se ovine pellis expoliat quātūqꝫ contra bo
nos seuiat: persequens demonstrat. Unde
& recte subditur: ¶ Cum tempus fuerit i al
tum alas erigit: deridet equm & ascensorē
eius. ¶ Quid enim alas hui⁹ strutionis acci
pimus: nisi pressas hoc tempore quasi com-
plicatas hypocrite cogitatōes: Quas cum
tempus fuerit in altum elevat: quia opor-
tunitate compta eas superbiendo manife-
stat. Alas in altum erigere est per effrena-
tam superbiam cogitationes aperire. Nūc
autem q: sanctuꝫ se simulat: q: in semetipso
stringit: que cogitat alas in corpore ꝑ hu-
militatem plicat.

Capitulum. 12.

A N O tandum vero ē: ꝙ non
ait deridet equum & ascen
sorem. sed equitem & ascē-
soreꝫ eius. Equus quippe
est unicuiqꝫ sancte aīe cor
pus suum: quod videlꝫ no
uit & ab illicitis continentie freno restringe
re: & rursum charitatis impulsu in exercita-
tione boni operis relaxare. Eqtis ergo no-
mine anima sancti viri exprimitur: que iu-
mentum corporis bene subditū regit. Un-
de & Joannes apostolus in apocalypsi do-
Apo. 19. minum contemplatus ait: Et exercitus qui
sunt in celo sequebantur eum in equis al-
bis. Multitudinem quippe sanctoruꝫ que
in hoc martyrij bello sudauerat: recte exer-
citum vocat: q iccirco in equis albis sede-
re referuntur q: nimirum eorū corpora et
luce iusticie & castimonie candore claru-
runt. Deridet ergo hypocrita equiteꝫ: quia
cuꝫ ipse in aperto iniqtatis eruperit: electo
rum despicit sanctitatē: & elatos fatuos ap
pellat: quos pace pressus fidei: callida arte
B simulabat. Quis vero alius huius ascen-
sor est equitis nisi omnipotens deus: qui &
ea que non erant preuidens condidit: & ea
que possidens regit. Ascendit qppe equitē:
quia iusti uniuscuiusqꝫ viri animū possidet
sua bene mēbra possidenteꝫ. Huic ergo hy
pocrite deridere est eqtem: sanctos despice
re: deridere ꝟo est ascensorem eqtis prosili-
re: usqꝫ ad iniuriam creatoris. Quia enim
in uno quoqꝫ lapsu a minimis semper inci
pitur & succrescentib⁹ defectib⁹ ad grauio-
ra peruenitur: recte hypocrite huius iniqtas
per supposita detrimēta distinguitur: ut di
catur prius bonum se quod nō sit ostende-
re: postmoduꝫ ꝟo bonos aperte despicere:
ad extremum quoqꝫ usqꝫ ad iniuriam con-
ditoris exilire. Nunqꝫ quippe illic anima
quo ceciderit iacet: q: voluntarie semel la-
psa ad peiora pondere sue iniqtatis impel
litur: ut in profundum corruens semper ad
C huc profundius obruatur. Fiat ergo hypo-
crita & nunc suas laudes appetat: postmo-
dum vitam proximorum premat & quādo-
qꝫ se in irrisione sui conditoris exerceat: ut
quo elatiora semper excogitat: eo se suppli-
cijs atrocioribus imergat. O ꝙ multos ta
les nūc sancta ecclesia tolerat: quos cuꝫ tē
pus eruperit: temptatio aperta manifestat
Qui voluntates suas: q: contra eam mo-
do non exerunt: quasi complicatas interim
alas cogitationum premunt. Quia enim a
bonis malisqꝫ hec vita cōmuniter ducitur:
nunc ecclesia ex utrorumqꝫ numero visibili
ter congregatur: sed deo inuisibiliter iudicā
D te discernitur atqꝫ in exitu suo a reproboꝝ
societate separatur. Modo vero esse in ea
nec boni sine malis: nec mali sine bonis pos
sunt. Hoc enim tempore conuicta utraqꝫ
pars sibi necessario congruit: ut & mali mu
tentur per exempla bonorum: & boni pur-
gentur per temptamenta malorum. Atqꝫ
ideo dominus postqꝫ sub strutionis specie

mulca de hypocritarum reprobatione intu
lit mox ad electorum sorte verba conuertit
vt qui in illis audierut quod fugientes to-
lerent:in istis audiant quod imitantes amet
Sequitur. ¶ Nunquid prebebis equo for-
titudinem aut circudabis collo eius hinni-
tu.) Sed fortasse prius qz huius equi fortitu
dinem hinnitumqz differamus ab aliquibus
queritur vt aliter vt etiam moralitate post
posita:et rinocerotis virtus:et strutionis hu
ius fatuitas exponatur. Manna quippe
est verbum dei:et quicqd bene voluntas su
scipientis appetit: hoc profecto in ore come
dentis sapit. Terra est verbum dei: qz quan
to labor ingrentis exigit:tanto largius fru
ctum reddit. Debet ergo intellectus sacri
eloquij multiplici inqsitione ventilari:qz et
terra que sepius arando vertitur : ad fru-
gem vberius aptatur. Que igitur aliter de
rinocerote ac strutione sentimus sub breuita
te perstringimus qz ad ea que obligatoria
sunt edonanda properemus.

Capitulum. 13.

A Rinoceros iste qui etiam mo
noceros i grecis exempla-
ribus nominatur:tante ee
fortitudinis dicitur:vt nul
la venantium virtute capia
tur. Sed sicut hi asserunt
qui describendis naturis animalium labo-
riosa inuestigatione sudauerunt : virgo ei
puella proponitur que venienti sinuz ape-
rit:i quo ille omni ferocitate postposita ca-
put deponit:sicqz ab eis a quibus capi queri
tur: repente velut inermis inuenitur. Bu-
xei quoqz coloris esse describitur:qui etiam
cum elephantis quando certamen aggre-
ditur:eo cornu quod i nare singulariter ge
stat:ventrem aduersantium ferire perhibe
tur:vt cum ea que molliora sunt vulnerat:
impugnantes se facile sternat. Potest er-
go per hunc rinocerotem vel certe monoce
rotem scilicet vnicornem ille populus intel
ligi:qui dum de accepta lege non operat : sz
solam inter cunctos homines elationez sum
psit:quasi inter ceteras bestias cornu singu
lare gestauit. Unde passionem suam domi-
nus propheta canente pronuncians ait: Li
Ps.21. bera me de ore leonis: et de cornibus vni-
cornium humilitatem meam. Tot quippe
in illa gente vnicornes vel certe rinocero-
tes extiterunt: quod contra predicamenta B
veritatis de legis operibus singulari: et fa
tua elatione confisi sunt. Beato igitur Job
sancte ecclesie typum tenenti dicitur: Nun-
quid volet rinoceros seruire tibi. Ac si aper
te dicatur: Nunquid illum populum: quez
superbire in nece fidelium stulta sua elatio
ne consideras: sub iure tue predicationis i
clinas: subaudis vt ego: qui et contra me il
lum singulari cornu extolli conspicio: et ta-
men mihi cum voluero protinus subdo.
Sed hoc melius ostedimus si de genere ad
speciem transeamus. Ille ergo ex hoc popu-
lo et prius in superbia et postmodum preci-
puus testis in humilitate nobis sed medius
Paulus ducatur : qui dum contra deum
se quasi de custodia legis nesciens extulit
cornu in nare gestauit. Unde et hoc ipsum
naris cornu per humilitatem postmodum
inclinans dicit: Qui prius fui blasphemus et i.Thi.1.
persecutor et contumeliosus sed misericor-
diam consecutus sum ; quia ignorans feci.
In nare cornu gestabat:qui placiturum se
deo de crudelitate cofidebat:sicut ipse post C
modum semetipsum redarguens dicit : Et
proficiebam in iudaismo supra multos co
etaneos meos in genere meo:abundantius
emulator existens paternarum mearum tra-
ditionu. Huius autem rinocerotis fortitudi-
nem omnis venator extimuit ; quia Saul
sentiam vnusquisqz predicator expauit. Scri
ptum namqz est: Saulus autem adhuc spirans Act.9.
minarum et cedis in discipulos dni:accessit
ad principem sacerdotu et petijt ab eo epi
stolas i damascu ad synagogas vt si quos
inuenisset huius vie viros ac mulieres victos
perduceret in hierusalez. Cum flatus nare
reddendus trahitur inspiratio vocatur. et
illud sepe per odorem nare deprehendimus
quod oculis non videmus. Rinoceros ergo
iste nare gestabat cornu quo perentueret: qz
minarum et cedis in discipulos spirans:post
qz presentes interfecerat absentes quere-
bat. Sed ecce omnis ante illuz venator ab-
sconditur.idest omnis homo rationale sa-
piens opinione timoris eius effugatur.
Ut ergo hunc rinocerotem capiat : sinum
virgo.idest secretum suum ipsa per se inuio
lata in carne dei sapientia expandat. Scri-
ptum quippe est qz cum damascum perge-
ret: subito circufulsit illuz dic media lux de

B celo: et vox facta est dicens: Saule Saule
quid me persequeris? Qui prostratus i ter
ra respondit. Quis es domine? Cui illico di
citur: Ego sum Jesus nazarenus quem tu
persequeris. Virgo nimirū rinocerotis nūm
sañ aperuit eum Saulo incorrupta dei sa
pientia incarnationis sue mysteriū de celo
loquendo patefecit: et fortitudinem suaz ri
nocerros perdidit: qz prostrat⁹ humi omne
quod superbū tumebat amisit. Qui dum
sublato oculorum lumine: manu ad anani
am ducitur: patet iam rinoceros iste quib⁹
dei loris astringitur: qz videlicet uno in tē
pore cecitate predicatiōe baptismate liga
tur. Qui etiam ad dei presepe morat⁹ ē: qz
ruminare vba euangelij dedignat⁹ non est:
ait enim: Ascendi hierosolymaz cuz barna
ba assumpto et tito. Ascendi autem secūdū
E reuelatiōem: et contuli cū illis euangelium.
Et q prius iam⁹ audierat: durū est tibi cō
tra stimulum calcitrare: mira postmodum
virtute presidentis pressus: et verbi pabulo
vires obtinuit et calcem superbie amisit.
Loris nāqz dei non tantuz a feritate restri
gitur sed quod magis sit mirabile ad arā
dum ligatur: ut non solum homines crude
litatis cornu non impetat: sed cornz etiam
refectioni seruiens aratrum predicationis
1. Cor. 9. trahet. Ipse quippe de euangelizantibus
quasi de arantib⁹ dicit: Debet enim spe q
arat arare: et qui triturat in spe fruct⁹ perci
piendi. Qui igitur tormenta pri⁹ infidelib⁹
irrogauerat: et pro fide postmodū flagella
libenter portabat: q scriptis etiam episto
lis humilis ac despect⁹ predicat quod du
dum terribilis impugnabat: profecto bene
ligatus sub aratro desudat ad segetem: q
fuerat i cāpo male liber a timore. De quo
recte dicitur.

Capitulum. 14.



A [A]ut confringet glebas val
lium post te. Jam scilicet
domin⁹ quorūdam men
tes intrauerat: q illuz ve
raciter humāi generis re
demptorē credebāt. Qui
tamen cū nequaqz a pri
Gal. 5. stina obseruatione recederent cū dare lit
tere predicamenta custodirent: eis predica
tor egregius dicit: Si circūcidamini christ⁹
vobis nihil pderit. Qui ergo in humili mē
te fideliū legis duriciam redarguendo cō
triuit: quid aliud qz in valle post dominum
glebas fregit. ne videlicet grana seminum
que excisus aratro fidei sulcus cordis exci
peret per custodiam littere pressa depirent.
De quo bene adhuc subditur: Nunqd
fiduciam habebis in magna fortitudie ei⁹
et derelinques ei labores tuos? In rinoce
B rotis hui⁹ fortitudine fiduciam de⁹ habuit
qz quāto illum crudeli⁹ sibi dura inferēdo
pertulit: tanto pro se constantius tolerantē
aduersa prescivit. Cui labores etiam quos
in carne pertulerat dereliqt: quia conuer
sum illum vsqz ad imitationez proprie pas
sionis traxit. Unde et per eūdem rinocero Col. 1.
tem ait: Suppleo ea que desunt passionum
christi in carne mea. De quo adhuc subdi
tur: Nunquid credis ei q reddat semen
tem tibi: et aream tuaz congreget. Consi
derem⁹ Saulum quis fuerit: cum ab ipsa
adolescentia lapidantium adiutor existe
ret: cum alia ecclesie loca vastaret: et acce
ptis epistolis vastāda alia peteret cū mors
ei fidelium nulla sufficeret sed semper ad
aliorum interitum aliis extinctis anhela
ret: et profecto cognoscimus quia nullus
tunc fidelium crederet: q ad iugum suū de
us sue formidinis vim tante elationis incli
naret. Unū et ananias voce dominica hunc
et postqz conuersum audiuit extimuit dicēs
Domine audiui a multis de viro hoc quā
ta mala sanctis tuis fecit in hierusalem.
C Qui tamen repente cōmutatus ab hoste
predicator efficitur: et in cunctis mūdi par
tibus redemptoris sui nomen insinuat sup
plicia pro veritate tolerat: pati se que irro
gauerat exultat: alios blandimentis vocat
alios ad fidem terroribus reuocat. Istis
regnū pollicetur celestis patrie: illis mina
tur ignes gehēne. Hos per auctoritatē cor
rigit: illos ad viam rectitudinis per humili
tatem trahit: atqz in omni latere ad mansi
se sui rectoris inclinat: et tanta arte dei are
am congregat quātis illam prius elationis
cornu ventilabat. Ca. 15.



A [S]Ed neqz hoc abhorret a
Paulo: q rinoceros dulci
coloris dicitur: et elephāto
rum ventres cornu ferire
phibet. Qz eni viuere sub
rigore legis assueuit: ani⁹

ceteris in illo custodia: vniuscuiusq; virtutus inoleuit. Quid enim colorem buxeam: nisi abstinentie pallor exprimitur? Cui ipse se tenaciter adherere testatur dicens. Casti
1. Cor. 9. go corpus meum & seruituti subijcio: ne forte alijs predicans: ipse reprobus efficiar. Qui diuine legis eruditione preditus: aliorum ingluuiem redarguit: cornu elephātes in ventrem ferit. In ventrem quippe elephantes percusserat cum dicebat. Multi
Phil. 3. ambulant quos sepe dicebam vobis: nunc autem & flens dico inimicos crucis christi: quorum finis interitus: quorum venter deus est: & gloria in confusione ipsorum. Et rur
Ro. 16 sum. Huiusmodi christo domino non seruiunt: sed suo ventri. Cornu suo igitur rinoceros iste non iam homines sed bestias percutit: quando ille Paulus doctrine sue fortitudine nequaquam perimendos humiles impetit: sed superbos ventris cultoris occidit.
B Que ergo in Paulo scripta cognouimus superest vt facta & in alijs credamus. Multi quippe ad humilitatis gratiam ex illius populi elatione conuersi sunt quorum ceruicē dominus dū sub iugo inspirati timoris edomuit: nimirum rinocerotis sibi fortitudinē subegit. Sed quia miram dei potentiā qd de electis egerit audiuimus nūc mira eius patientia in his quos reprobat quid tolerauerit audiamus. Pēna strutionis similis est pēnis herodij & accipitris. Quid strutionis nomine: nisi synagoga signatur: que alas legis habuit: sed corde infimis repens nunquā se a terra subleuauit. Quid, per herodium & accipitrem: nisi antiqui patres exprimuntur: qui ad ea que potuerunt intel
C ligendo perspicere valuerunt etiam viuendo peruolare. Penna igitur strutionis herodij & accipitris pennis est similis: quia synagoge vox priorum doctrinam loquendo tenuit: sed viuendo nesciuit. Unde & eiusdē synagoge populos: de phariseis atq; scribis veritas ammonet dicens. Super cathedram moysi sederunt scribe & pharisei. Oia
Mat. 23. ergo quecunq; dixerint vobis seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere. Multa autem dicere de herodij vita potuimus sed quia penna eius tantummodo ad memoriā reducitur de vita loqui prohibemur.



Qui derelinquit in terra oua sua tu forsitan in puluere calefacies ea. In ouis aliud est quod cernitur: aliud quod separatur: et videri A
spes non potest: Paulo attestante qui ait: Quod enim videt quis quid sperat? Qui ergo per strutionis oua: nisi de Ro. 8.
synagoge carne editi apostoli designantur: qui dum se in mundo despectos atq; humiles exhibent: sperare gloriā in supernis docent. Abiecti nāq; & quasi nullius momenti atq; apud ceteros habiti: in terra velut oua iacuerunt: sed intus in eis latebat vnde viuerent: & subleuati spei pennis ad celestia volarent. Que oua strutio in terra derelinquit: quia eos quos carne genuerat synagoga apostolos audire contemnens vocandos gentilitate deseruit. Mira autem potentia dominus hec eadem in puluere oua calefacit: quia viuos apostolorum fetus in illa abiecta dudum gentilitate suscitauit et quos synagoga velut insensatos inanimificatosq; desperauerat ipsi nunc in veneratione gentium per doctrine magisterium viuētes volant. Oua sua strutio in puluere dereliquit: quia omnes quos predicando synagoga genuit a terrenis desiderijs minime B
suspendit. Que nimirum desideria quia antiquus hostis concepta in corde inuenit: obsessas mentes etiam in sceleribus rapit. Unde & subditur. Obliuiscitur quod pes conculcet ea: & bestia agri conterat. Tunc oua pes calcat & bestia agri conterit cum in terra deseruntur quia videlicet humana corda dum semper terrena cogitare: semper que ima sunt agere appetunt: ad conterendum se agri bestie. idest diabolo sternunt: vt cum diu in infima cogitatiōe abiecta sunt quandoq; etiam malorum criminum perpetratione frangantur. Synagoga ergo oua que genuit: a terra suspendere bene viuēdo neglexit. Sed omnipotens deus multos eius filios quos āīs in terrenis desiderijs mortuos ac frigidos reperit: calore tamē sui amoris animauit. Sed vitam quā filijs synagoga non dedit: hanc postmodum inuidit: dū C
molitur persequendo extinguere quos se ad bona opera non meminerat fouendo genuisse. Unde & apte de hac strutione subditur. Duratur ad filios quasi nō sint sui.

Quasi non suos respicit quos aliter viuere
q̃ docuit ipsa deprehendit ⁊ durescente se-
uitia terroris ammonet: seq̃ in eorum cru-
ciatibus exercet: atq̃ inuidia facibus inflam
mata in quibus nō laborauit vt possent vi
uere. laborat vt debeant interire: ⁊ cum do-
mini membra persequitur placare se ꝑ hoc
dominum suspicatur. Unde ⁊ eisdem stru-
tionis ouis veritas dicit. Uenit hora vt om
Jo.16. nis qui interficit vos: arbitretur obsequiū
se prestare deo. Quia ergo dum crudelita-
te ad persequendum synagoga ducit: hoc
se agere impulsu diuini timoris arbitratur:
recte subiungitur. ((Frustra laborauit: nul
lo timore cogente.)) In labore quippe illa
persecutionis anhelare: non timor sed cru
delitas coegit. Sed quia plerūq̃ vitia colo
B re virtutū tincta: tāto nequiora sunt: quan
to ⁊ esse vitia minus cognoscuntur: eo in
persecutione synagoga durior extitit: quo
religiosorem se fieri fidelium mortibus esti-
mauit: ⁊ iccirco que ageret discernere om-
nino non potuit: quia lumen sibi intelligen
tie: per superbie obiectionem clausit. Un-
de ⁊ bene subditur. ((Priuauit eam deus
sapientia: nec dedit illi intelligentiā.)) Di
strictū quippe est occulte retributionis exa
men: ⁊ quia sciens humilitatem perdidit
etiam veritatis intelligentiā nesciens ami
sit. Ualde autem minora sunt vulnera que
in redēptoris aduētu fidelibus intulit quā
ea quibus sanctam ecclesiā adhuc per ad-
uentum antichristi ferire contendit. Ad il-
lud nāq̃ se tempus preparat: vt vitam fi-
delium coaceruatis viribus premat. Unde
⁊ apte subditur.

Capitulum. 17.



Um tempus fuerit in altū
A alas erigit: deridet equitē
⁊ ascensorem eius.)) In al
tū structio alas erigit: quā-
do suo conditori synagoga
non vt antea formidando
sed aperte iam repugnando contradicit.
In mēbra quippe diaboli transiens ⁊ men
dacē hominem deum credens contra fide-
les tanto in altum extollitur: quāto dei cor
pus se esse gloriatur. Que quia non solum
humanitatem domini sed ipsam etiam diui
nitatem despicit: non tantum equitem: sed
ascensorem etiam equi eius irridet. Nam cu

stodita vnitate persone valet intelligi: quia
verbum dei tunc equitem ascendit quando
animatam carnem sibi intra vterum virgi-
nis condidit. Tunc equitē ascendit: quan
do humanam animam proprie carni presi- B
dentem diuino cultui semetipsum creando
subiugauit. Carnem quippe diuinitas ani
ma mediante suscepit: ⁊ per hoc totū simul
equitem tenuit: quia in semetipso non solū
illam que regebatur: sed hanc etiam que re
gebat astrinxit. Judea igitur per aduentū
superbientis antichristi laqueo seductiōis
capta: quia redemptorem nostrum humilē
fuisse inter homines despicit deridet equi-
tem quia eius in omnibus diuinitate cōtra
dicit: deridet nihilominus ascensorem. Sz
redemptor noster vnus idemq̃ ⁊ equus et C
equitis ascensor: ⁊ cum in mundum venit:
fortes contra mundum predicatores exhi-
buit: ⁊ cum in mundi termino antichristi
fallaciam tolerat: virtutem pro se certanti-
bus subministrat: vt cum antiquus hostis
in illa sua citius finienda libertate laxatur:
fideles nostri tanto maiores vires accipiāt:
quanto contra aduersarium solutum pu-
gnant. Unde hic cum structio alas eleuare
ascensorem ⁊ equitem deridere describitur
illico fortium predicatorum memoria subro
gatur ⁊ dicitur. ((Nunquid prebebis equo
fortitudinem: aut circūdabis collo eius hin
nitum.))

Capitulum. 18.



N scriptura sacra equi no-
mine aliquando lubrica vi A
ta prauorum: ⁊ aliquando
dignitas temporalis: ali-
quando hoc ipsum presens
seculum: aliquando prepa
ratio recte intentionis: aliquando sanctus
predicator exprimitur. Equi enim nomine
lubrica prauorum vita signatur: sicut scri-
ptum est. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus.
Et sicut per prophetam dicitur. Equi ama
tores ⁊ emissarij facti sunt vnusquisq̃ ad
vxorem proximi sui hinniebat. Equi nomi- Ps.31.
ne dignitas temporalis accipitur. Salomo Hier.5.
ne attestante qui ait. Uidi seruos in equis:
⁊ principes ambulantes: quasi seruos su- Eccl.10.
per terram. Omnis quippe qui peccat: ser-
uus est peccati: ⁊ serui in equis sunt: cum
peccatores presentis vite dignitatibus effe-

B rantur. Principes vero quasi servi ambulabant: cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit: sed summa hic adversitas velut indignos deorsum premit.
Ps. 75. Hinc rursum dicitur. Dormitaverunt qui ascenderunt equos. i. in morte anime mentis oculos a veritatis luce clauserunt qui in presentis vite honore confisi sunt. Equi nomine hoc ipsum presens seculum designatur.
Gen. 49. Sicut Jacob voce dicitur. Fiat dan coluber in via: cerastes in semita mordens ungulas equi ut cadat ascensor eius retro. Quo in testimonio quid equus significet melius ostendimus: si et ea que circumstant paulo subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan venire antichristum ferunt pro eo quod hoc loco dan: et coluber asseritur et mor-
C dens. Unde et non immerito dum israeliticus populus terram in partitionem castrorum susciperet: primus dan ad aquilonem castrametatus est illum scilicet signans qui in corde suo dixerat: sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis: ascendam super altitudinem nubium: similis ero altissimo: de quo et per prophetam dicitur. A dan
Hiere. 8. auditus est fremitus equorum eius. Qui non solum coluber sed etiam cerastes vocatur. Cerastes enim grece cornua dicuntur: serpensque hic cornutus esse perhibetur: per quem digne antichristi adventus asseritur quia contra vitam fidelium cum morsu pestifere predicationis armatur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam viam. Fit ergo dan
D coluber in via: quia in presentis vite latitudine eos ambulare provocat: quibus quasi parcendo blanditur: sed in via mordet quia eos quibus libertatem tribuit: erroris sui veneno consumit. Fit cerastes in semita: quia quos fideles reperit: et sese ad precepti celestis angusta itinera constringentes non solum nequitia callide persuasionis impetit: sed etiam terrore potestatis premit et in persecutionis langore post beneficia ficte dulcedinis exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat qui per elationem suam in cursum labentium temporum spumat: et quia antichristus extrema mundi apprehendere nititur cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. Ungulas quippe equi mordere est: extrema seculi feriendo contingere: ut cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retro cadere dicitur: et non in faciem sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere est: in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere: et penitendo deflere. Retro ve- E
ro quo non videtur cadere est ex hac vita repente decedere: et ad que supplicia ducatur ignorare. Et quia iudea erroris sui laqueis capta: pro Christo antichristum expectat: bene Jacob eodem loco repente in Gen. 49.
electorum voce conversus est dicens. Salutare tuum expectabo domine. idest non sicut infideles antichristum: sed eum qui in redemptionem nostram venturus est: verum credendo fideliter Christum. Equi nomine perpetratio recte intentionis accipitur sicut scriptum est. Equus paratur in die Pro. 21.
belli: sed dominus salutem tribuit. quia contra temptationem quidem se animus preparat: sed nisi adiuvetur desuper fortiter non decertat. Equi nomine sanctus quisque predicator accipitur propheta attestante qui ait. Misisti in mare equos tuos: turbantes aquas multas. Quiete quippe aque iacuerant: quia humane mentes diu sub vitiorum suorum torpore sopite sunt. Sed equis dei mare turbatum est quia missis sanctis predicatoribus omne cor quod pestifera securitate torpuit: impulsu salutiferi timoris expavit. Hoc itaque loco equi nomine sanctus predicator accipitur cum beato Job dicitur.

Capitulum. 19.


Unquid prebebis equo fortitudinem aut circundabis collo eius hinnitum? Sed quid est quod huic equo dominus se prius dare fortitudinem: et postmodum collo eius hinnitum circundare se asserit. Hinnitu enim vox predicationis exprimitur. Verus autem quisque predicator ante fortitudinem et post hinnitum accipit: quia cum in se prius vitia extinxerit: tunc pro erudiendis aliis ad vocem predicationis venit. Equus iste habet fortitudinem: quia adversa constanter tolerat. Habet hinnitum: quia ad supernam blandiendo vocat. Huic equo dominus et fortitudinem et hinnitum se da- A

re testatur: quis in predicatore eius nisi et vita & sermo conveniant nequaquam virtus perfectionis apparebit. Non enim multum prodest si sublimis vite operatione suffultus sit: si tamen loquendo non valet ad hoc alios excitare quod sentit. Vel quid prodest bene loquendo alios accendere: si semet ipsum indicat male vivendo torpuisse. Quia ergo in predicatore necesse est: vt ad perfectionem vtraque conveniant equo suo dominus & cum actione fortitudine: hinnitum vocis & cum hinnitu vocis fortitudinem ministrat actionis. Et notandum cur hinnitus qui intersus nimirum per guttur ducitur equi collo circundari. idest per quasi gyrum exterius trahi dicatur: quia videlicet predicationis vox de internis emanat sed extra circundat. Nam quo alios ad be-
B ne vivendum suscitat: eo ad bene agendum & opera predicantis ligat: ne extra sermonem actio transeat: ne voci vita contradicat. Collo ergo equi hinnitus circunducitur: quia ne ad perversa opera prodeat suis vocibus etiam vita predicantis obsidetur. Hinc est enim quod potenter dimicantibus: in munere torques datur vt quis signa virtutum gestant: maiora semper exerceant: & debilitatis crimen incurrere metuant dum in semetipsis iam fortitudinis est premium quod ostentant. Unde & recte in laude sapientie auditori cuilibet per Salomonem dicitur. Coronam gratiarum acci-
Ecci. 32. pies capiti tuo: et torquem auream collo tuo. Sequitur. (Numquid suscitabis eum quasi locustas?) Locustarum nomine: aliquando iudaicus populus: aliquando conversa gentilitas: aliquando adulantium lingua: aliquando vero per comparationem resurrectio dominica vel predicatorum vita signatur. Quia enim iudeorum populum
C locuste exprimant vita Joannis signat de quo scriptum est. Locustas & mel silvestre edebat. Joannes quippe eum quem pro-
Mat. 3. phetie auctoritate pronunciat: etiam specie ciborum clamat. In semetipso enim designavit dominum quem prevenit. Qui nimirum in redemptionem nostram veniens quia infructuose gentilitatis dulcedinem sumpsit mel silvestre edit. Quia vero iudeorum plebem in suo corpore ex parte convertit in cibo locustas accepit. Ipsa namque locuste significant: subitos saltus dantes: sed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabant: cum precepta domini se implere promitterent: sed citius ad terram cadebant: cum per prava opera hec se audisse denegarent. Videamus in eis quasi quendam locustarum saltum. Omnia verba que lo-
citus est dominus & faciemus & audiemus. Nu. 14
Videamus autem quomodo citius ad terram ruunt. Utinam mortui essemus in egypto & non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus: & non inducat nos dominus in terram istam. Locuste ergo erant: quia habebant saltum per vocem: & casum per actionem.

Capitulum. 20.



Locustarum quoque nomine gentilitas designatur. Salo-
mone attestante qui ait. A
Florebit amygdalus impinguabitur locusta: dissipabitur capparis. Amygdalus quippe florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amygdali nisi sancte ecclesie primordia designantur: que in predicatoribus suis primitivos virtutum flores aperuit: & ad inferenda poma bonorum operum venturos sanctos quasi arbusta sequentia prevenit. In qua mox locusta impinguata est: quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratia celestis infusa. Capparis dissipatur: quia cum gratiam fi-
dei vocata gentilitas attigit: iudea in sua B
sterilitate remanens bene vivendi ordinem amisit. Hinc rursum per eundem Salomonem dicitur. Legem locusta non habet: egre-
dietur universa per turmas quia videlicet Pro. 30.
derelicta gentilitas: aliena dudum a divino regimine extitit: sed tamen ordinata postmodum contra adversantes spiritus ad fidei bellum processit. Locuste vocabulo lingua adulantis exprimitur: quod exhibite celitus egyptie plage testantur que exigentibus meritis corporaliter semel illate sunt sed que mala prava mentes quotidie ferunt spiritaliter signaverunt. Scriptum namque est. Ventus vrens levabit locustas que ascen-
derunt sup universam terram egypti: operue- Exo. 10.
runtque universam faciem terre vastantes omnia. Devorata est igitur herba terre & quicquid pomorum in arboribus fuit. Quis enim egyptius

plagis affecta est i quibus exteriori percussione commota: volensqz perpenderet: que devastationis damna iterum negligens tolleraret ut dum foras perire minima: sed ampliua dilecta cerneret: per eorum speciem et que intus pertulerat graviora sentiret.

Quid autem per significationem locuste ꝑtendunt: que plusqz cetera minuta queqz animantia. Dum enim frugibus nocent: nisi linguas adulantium: que terrenorum hominū mentes si quando bona aliqua ꝑferre cōspiciunt: hec imoderatius laudando corrūpunt. Fructus quippe egyptiorum est operatio renodoxorum: quam locuste exterminant: quando adulantes lingue ad appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam ꝙ locuste comedūt quando adulatores quiqz verba loquentium favorib⁹ extollant. Poma quoqz arborum devorant: quando vanis laudib⁹ quorundam iam quasi fortiū et opera enervāt. Locuste nomine per comparationem redemptoris nostri resurrectio designatur.

Capitulum. 21.

Ps. 108 A  Ade et voce eius per prophetam di: Excussus sum sicut locusta. Teneri enim a ꝑsecutorib⁹ usqz ad mortem ꝑtulit sed sicut locusta excessus est: qz ab eorum manibus saltu subite resurrectionis evolavit.

Quod referri quoqz ad predicatorum numerum potest. In ipsis quippe sicut locusta excessus est qui iudea in sua persecutiōe se mente: dum per diversa fugiunt: quasi quosdam recessione sue saltus dederunt. Quia vero ille predicator ad perfectionis culmē erigitur: qui non activa solūmodo: sed etiam contemplativa vita solidatur recte ipsa predicatorum perfectio locustis exprimitur que quotiens se in aera attollere conātur: primū se cruribus impellentes sublevant: et postmodum alis volant. Ita nimirum sunt sancti viri: qui dum superna appetunt: primum quidem operibus innituntur: et tunc demum se ad sublimia per contemplationis saltum volando suspendunt. Crura figunt: et alas exerunt quia recta agendo se stabiliunt: et alta videndo sublevantur.

B Qui in hac vita positi: diu in divina contemplatione manere non possunt: sed quasi locustarum more a saltu: quem dederant in pedibus suis se excipiunt dum post contemplationum sublimia ad necessaria active vite opera revertuntur: nec tamen in eadem vita activa remanere cōtenti sunt.

Sed dum ad contemplationem desideranter exiliunt quasi rursus aera volantes petunt: vitamqz suam quasi locuste ascendentes descendentesqz peragunt: dum sine cessatione semper et summa videre appetunt et ad semetipsos nature corruptibilis pondere revolvūtur. Est adhuc aliud quod locuste simile sanctis predicatoribus gerunt. C

Matutinis nāqz horis. idest teporis tempore vix a terra se sublevant: cū vero estus exarserit: tanto altius: quanto alacrius volant. Sanctus autem quisqz predicator: cū i quieta fidei tempora conspicit humilis ac despectus aspicitur: et locuste more quasi vix a terra sublevatur. Si autem persecutionis ardor incadeat corde celestib⁹ inherens mox quante sit sublimitatis ostendit: et pulsatus alis in altum rapitur: q quietis in imis torpuisse videbatur. De hoc ergo equo. idest predicatore suo beato Job dominus dicit: Nunquid suscitabis eum: quasi locustas: Subaudis ut ego: qui eū illum ad altiora excitando sublevo: quo gravior persecutionis estu: excruciare ꝑmitto: ut tunc in illo robustior virtus evigilet: cum et ardentior infidelium crudelitas illidit. Sed cum multa exterius sanctus ꝑdicator patitur: cum dira persequentium vexatione cruciatur: quis intueri valet quid est quod intus conspicit qui tot sua exteri⁹ damna non sentit. Nisi enī essent mira: que salubriter intus pascerēt: ea que proculdubio admonētur exterius usqz ad cor tormēta pervenirent. Sed in arce spei se animus sublevat: et iccirco obiecte seditionis iacula minime formidat. Unde et hoc loco dominus ut ostendat equus iste quam suavia iam de internis odoretur cum tot adversa in exterioribus ꝑtitur: recte subiungit:

(Gloria narium eius terror.) In scriptura sacra vocabulo narium aliquando fatuitas: aliquando antiqui hostis instigatio: aliquando vero prescientia solet intelligi. Naribus nanqz fatuitas designatur: sicut iam superius Salomone attestante didicimus qui ait: Circulus aureus in D Pro. 11.

naribus suis: mulier pulchra et fatua. Na-
rium nomine exalantes insidie atque instiga
tio antiqui hostis accipitur: quod in hoc eo-
dem libro dominus attestatur dicens: De na
ribus eius procedit fumus. Ac si dicat:
De peruersa instigatione illius in humanis
cordibus caligo nequissime cogitationis sur
git: per quam videntium oculi tenebrescant.
Isa. 2. Naribus quoque prescientia designatur: si-
cut per prophetam dicitur: Quiescite ab homi
ne cuius spiritus est in naribus eius: quia excelsus
reputatus est ipse. Sepe enim id quod non vi-
demus: odore comprehendimus: ita vt non-
nulle res etiam cum longe iaceant fragrantiam
nobis sue qualitatis innotescant: dumque per na-
res spiritum ducimus plerumque aliqua et inuisa
E prescimus. Redemptoris ergo nostri spiritus
esse in eius naribus dicitur: vt videlicet scientia il
lius esse in prescientia designetur: quia que-
cumque se scire in natura humanitatis innotu
it: hec nimirum ante secula ex diuinitate pre
sciuit. Qui vnde spiritum in naribus habue-
rit mox per prophetam subiungit dicens:
Abi. 5. Quia excelsus reputatus est ipse. Ac si dice
ret: In inferioribus ventura desuper presci-
uit: quia ad ima de celestibus venit. Sancti eti
am viri qui ab illo audita crediderunt: ipsi
quoque iam ventura presciunt dum eius fi-
deliter preceptis inseruiunt: aduentum illius
spe certa prestolantur. Unde et hoc loco equi
huius naribus predicatoris sancti prescien
tia ac prestolatio designatur. Dum enim
venire extremum iudicium: ostendi celestem
patriam: persolui iustis premia appetit qua-
si per nares spiritum de futuris trahit. Sed
gloria narium eius terror est: quia visionem
districti iudicii: quam iustus vehementer ex-
pectat: iniustus venire formidat. Iste namque
labores suos considerans mercedem retribu
tionis querit: et cause sue meritum sciens pre
scientiam iudicii expetit: etiamque vt veniat in
flamma ignis dans vindictam impiis et con-
F templatoris sue speciem in retributione deferens
piis summo ardore concupiscit. Ille vero qui
iniusticie sue meminit venire iudicium per hor
rescit: actusque suos examinari metuit: quia
damnari si examinentur nouit. Gloria er-
go narium eius terror est: quia iustus inde
gloriatur: vnde peccator pene addicitur. Ui
deamus equum: quomodo de his que ad-
huc non videt: per nares spiritum trahit.

Uideamus quanta gloria attollitur: cum iam
ventura prestolatur. Ecce labores suos in- 2. Thi. 4.
tuens predicator egregius dicit: Ego iam de
libor et tempus mee resolutionis instat. Bo
num certamen certaui: cursum consumaui
fidem seruaui. De reliquo reposita est mi-
hi corona iusticie: quam reddet mihi dominus in
illa die iustus iudex. Ubi et apte subiungi-
tur: Non solum autem mihi: sed et his qui
diligunt aduentum eius. Ac si dicat: Sed
et omnibus qui sibi de bona operatione sunt con
scij. Aduentum enim iudicis non diligunt: nisi
qui in causa sua se habere iusticie meritum sci-
unt. Quia igitur vnde gloriatur iustus: in-
de terretur iniustus: dicatur recte. Gloria na G
rium eius terror. Sed sanctus iste predica-
tor dum venturam gloriam prestolatur: dum ve-
nire ante faciem iudicis nititur dumque a labo
ris sui adhuc mercede differtur: in hac vi-
ta interim positus: quid agat audiamus. Se
quitur. Terram vngula fodit. Solet in equi
vngula: laboris fortitudo cognosci. Quid
ergo per vngulam nisi in predicatore sancto
virtutum perfectio designatur? Quia videli-
cet vngula terram fodit dum de corde au-
dientium: exemplo suorum operum terrenas
cogitationes eijcit. Ungula terram fodit: qua
auditorum corda a secularibus curis euacu
at: cum doctor bonus contemni seculum ope
re ostendat. Uideamus Paulum terram cor-
dis audientium: qua ostense virtutis vngula
fodiat. Ipse namque discipulis dicit: Hec cogi
tate: que et didicistis et accepistis et audistis
et vidistis in me: hec agite et deus pacis erit Phi. 3.
vobiscum. Et rursum: Imitatores mei esto
te fratres: sicut et ego christi. Qui igitur exem-
plo sui operis alios corrigit nimirum vngu
la terram fodit.

Capitulum. 22.



Habemus aliud quod ad-
huc subtilius de huius vn-
gule effosione tractemus. A
Sancti enim viri quamuis in-
tente mentis oculo in sup-
ma euigilent: quamuis cuncta
que in ima preterfluunt pede rigidi conte
ptus calcent: ex corruptione tamen terrene
carnis cui adhuc alligati sunt plerumque cogi
tationum puluerem in corde patiuntur.
Cumque foras elata ad appetenda celestia per
suadent: semetipsos semper intrinsecus sub ta

li inquisitione discutiunt: ne qua imorante in se diu infirma cogitatione polluantur. Equus ergo iste vngula terram fodit: cum predicator quisque inquisitione forti terrenas in se cogitationes discutit. Equus vngula terram fodit: quando is cui iam domus presidet que sibi moles cogitur: ex vetusta cogitatione considerat: seque ab illo fiendo euacuare non cessat. Unde bene et Isaac apud alienam gentem puteos fodisse describitur. Quo videlicet exemplo discimus vt in hac peregrinationis erumna positi cogitationum nostrarum profunda penetremus: et quousque nobis vere intelligentie aqua respondeat: nequaquam nostre inquisitionis manus ab exhauriendo cordis terra torpescat. Quos tamen puteos allophili insidiantes replent:

B qr nimirum immundi spiritus cum nos studiose cor fudere conspiciunt: congestas nobis temptationum cogitationes emergunt. Unde semper mens euacuanda est incessanterque fodienda: ne si indiscussa relinquatur vsque ad tumorem peruersorum operum cogitationum super nos terra cumuletur. Hinc ad Ezechielem

Ezech. 8. dicitur: Fili hominis fode parietem idest cordis duriciam crebris perscrutationum ictibus rumpe. Hinc ad Isaiam dominus dicit: In-

Isa. 2. gredere in petram abscondere fossa humo a facie timoris domini: et a gloria maiestatis eius. Petram quippe ingredimur cum cordis nostri duriciam penetramus: atque a facie timoris domini fossa humo abscondimur si terrenas cogitationes egerentes ab ira districti iudicis: in humilitate nostre mentis celamur. Quo enim plus terra fodiendo proijcitur: eo pauimentum semper inferius demonstratur. Unde et nos si a nobis studiosius terrenas cogitationes eijcimus: quo apud nosmetipsos abscondamur: humilius inuenimus. Ecce enim quia diuini iudi-

C cij dies imminet quasi ipsa iam timoris eius facies apparet: tantoque magis necesse est: vt vnusquisque illum terribilius timeat quanto iam gloria maiestatis eius appropinquat. Quid ergo agendum est: quum de fugiendum. Quam enim quis latere potest cum qui vbique est: Sed ecce petram ingredi: fossa humo occultari precipimur: vt videlicet cordis nostri duriciam dirumpentes: eo iram inuisibilem declinemus quo ab amore rerum visibilium apud nosmetipsos in corde subtrahimur: vt cum prane cogitationis terra eijcitur: mens apud semetipsam tanto tutius quanto et humilius abscondatur. Hinc israelitico populo per Moysen a domino

Deut. 23 iubetur: vt cum egreditur ad requisita nature: mittat paxillum in balteo: et fossa humu abscondat que egesta fuerint. Nature enim corruptibilis pondere grauati: a mentis nostre vtero quedam cogitationum superflua quasi ventris grauamina erumpunt. Sed portare paxillum sub balteo debemus:

D vt videlicet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti: acutum circa nos stimulum compunctionis habeamus qui incessanter terram mentis nostre penitentie dolore confodiat: et hoc quod a nobis fetidum erumpit abscondat. Uentris quippe egestio fossa humo per paxillum tegitur: cum mentis nostre superfluitas subtili redargutione discussa ante dei oculos per compunctionis sue stimulum celatur. Quia igitur sancti viri quecumque inutilia cogitant: reprehendere ac diiudicare non cessant: de equo suo dominus dicat: terram vngula fodit: idest quicquid in mente sua terrenum versari conspicit: hoc nimirum superducte penitentie duris percussionibus rumpit. Cum vero se iterius districta subtilitate di[...]cant: iam nihil est quod exterius pertimescant. Tanto enim minus ad mala presentia trepidant: quanto semetipsos plenius bonis venturis parant. Unde et subditur.

Capitulum. 23.



Exultat audacter: in occursum pergit armatis. Exultat audacter: quia sicut aduersis non frangitur: sic nec prosperis eleuatur. Aduer-

A sa namque non deijciunt: quem prospera nulla corrumpunt: Equus itaque iste fortis et sub freno est. Ne ergo premat aduersis habet vim fortitudinis: ne eleuetur prosperis: habet pondus desuper insidentis. Decurrunt quippe temporalia: sed iccirco in se illum trahere non valent: quia leuare non possunt. Illos nimirum trahunt quos leuant: irata deijciunt: quos blanda sustollunt. Uir autem bene deo subditus: scit iter transeuntis stare: scit inter lapsus decurrentium temporum mentis gressum figere: scit nec ad subie-

eta se erigere: nec ad obiecta trepidare.
Plerūq3 aūt q2 exerceri se vtilius cōtritio-
nis sue laboribus nouit in aduersis hilare
scit: que dum constanter pro veritate tole-
rat augeri sibi virtutis meritum letatur.
B Hinc est q̄ tunc apostolos exultasse legim⁹
cum pro christo illos contigit flagella tole-
rasse: sicut scriptum est: Ibant gaudentes
Act. 5. a conspectu concilij quoniam digni habiti
sunt pro nomine iesu contumeliam pati.
Hinc Paulus cū3 duris in macedonia fu
isset psecutionibus pressus: in eo quo se af-
flictum insinuat, etiam iocūdatum demon
2. Cor. 7 strat dicens: Nam cū venissemus, macedo-
niam nullam requiem habuit caro nostra.
Ac si aperte diceret: quia spūs regez habu
it dum per profectum anime persecutionū
supplicia caro tolerauit. Contra hūc itaq3
equum ab aduersarijs, sancte ecclesie parā
tur gladij de dolore penarum: parantur ar
ma de patrocinijs secularium potestatum.
Solent nāq3 heretici potentum mundi de
fensionibus quasi qbusdam armis se tege
re: solent omnes infideles predicationem fi
dei excitatis etiam seculi potestatibus im-
C pugnare. Sed equus dei exultat audacter
et exteriora tormenta non metuit: q2 inter-
nam delectationem querit: potestatum mū
di iracundiam non formidat: quia ipsius
quoq3 vite presentis desiderium per mentis
excessum calcat. Hinc per Salomonem di-
Pro. 12. citur: Non contristabit iustum quicquid
ei acciderit. Hinc in eo rursum scriptum est:
Pro. 28. Justus quasi leo confidens absq3 terrore
erit. In occursum bestiarum iccirco leo nō
trepidat: quia preualere se omnibus non
ignorat. Unde iusti viri securitas recte leo
ni comparatur: q2 contra se cum quoslibet
insurgere conspicit ad mentis sue confidē-
tiam redit: et scit quia cunctos aduersan-
tes superat: quia illum solum diligit quem
inuitus nullo modo amittat. Quisquis. n.
exteriora que et nolenti subtrahuntur ap-
petit sua se sponte extraneo timori subster
nit. Infracta autem virtus est concupiscē-
tie terrene contemptus quia et in alto mēs
ponitur cum a rebus infimis spei sue iudi
cio subleuatur: atq3 a cunctis aduersanti-
bus tanto minus attingitur: quanto in su-
pernis sita tuti⁹ munitur. Equus itaq3 iste
non solum contra se venientes minime m̄e
tuit: sed eis etiam in occursum pergit. Un-
de bene hic additur: in occursum pergit ar
matis. Plerunq3 enim quieti atq3 inconcussi relinquimur: si obuiare prauis per iu
cussi relinquimur: si obuiare prauis per iu D
sticiam non curamus. Sed si ad eterne vi
te desiderium animus exarsit: si iam verum
lumen intrinsecus respicit: si in se flammaz
sancti feruoris accendit: inquantum causa
exigit debemus pro defensione iusticie nos
metipsos obijcere: et peruersis ad iniusta erū
pentibus etiam cum ab eis non querimur
obuiare. Nam cum iusticiam quam nos
amamus in alijs feriunt: nos nihilominus
sua persecutione confodiunt: etiam si vene
rari videantur. Quis ergo vir sanctus pra
uis ac male agentibus sese etiam cum que
ritur opponit: recte de equo dei dicitur In
occursum pergit armatis. Intueri libet il
lum fessoris sui calcaribus excitatum con
tra armatos hostes quantus Paulum fer
uor accenderat: quando eum ephesi ad ir
rumpendas theatri turbas zeli flamma ra
piebat. Scriptum quippe est: Repleti sunt
ira: et exclamauerunt dicētes: Magna dya Act. 19.
na ephesiorum et impleta est ciuitas confu
sione: et impetum fecerunt vno animo i thea
tro rapto gayo et aristarco macedonib⁹ co
mitibus Pauli. Atq3 mox subditur. Pau
lo autem volente intrare in populum non
permiserunt discipuli. Quidam autem et d̄
asie principibus qui erant amici eius mise
runt ad eum rogantes ne se daret in thea
trum. In quibus profecto verbis agnosci
mus quo impetu contra cuneos aduersan
tes irrueret: nisi eum per amicos et discipu
los charitatis frena tenuissent. Sed si ob
uiare hostibus: si vltro pugnam petere: si
nosmetipsos semper relinquere in cursum
nostri feruoris debemus: quid est: q̄ ysdem
predicator egregius d̄ semetipso fatetur di
cens: Damasci prepositus arethe regis cu
stodiebat ciuitatem damascenorum vt me 2. Cor. 11.
comprehenderet: et per fenestram in sporta
dimissus sum p̄ murū et sic effugi manus ei⁹
Quid est q̄ equus iste modo sponte arma
torum cuneos impetit: et modo se ab arma
tis hostib⁹ quasi trepidus abscōdit: nisi hoc
q̄ necesse est: vt in ei⁹ artificiosa virtute di
scamus aduersariorum pugnā et constāter

aliquando appetere: et prudenter aliquan-
do declinare. Capitulum. 4.

A Necesse quippe est: vt per oē quod agim⁹ in mentis tru tina positum. Hinc pōdus illinc fructum nostri labo ris estimemus: et cum pon dus fructum superat: labo rem quisq̄ inorie declinat: dūmodo se in aliis exerceat: in quibus lucro fructum pondus la boris vincat. Cum vero obsequenti quan titate fructum: mensura laboris: aut equa tur: aut vincitur: labor nō sine graui culpa declinatur. Unde predicator sanctus cum damasci valde obstinatas mentes persequē tium cerneret: eorum noluit aduersitati cō fligere: quia et semetipsum quē profuturū mul tis nouerat: vidit posse deficere; et aut nul lis se ibi aut paucis prodesse. Secessum er go a certamine petiit et pugnaturū felicius ad alia se bella seruauit. Nō enim loco vir tus: sed loc⁹ virtuti defuit: et iccirco fortissi mus miles ab obsidiōis angustia: certami nis campū quesiuit. Ubi autē subiuganda
B regi proprio multa aduersariorum colla con spexit: subire bellum vel cū morte nō timu it: sicut ipse cum hierosolymā pergeret cūq̄ discipuli passione illi⁹ per prophetam prescita prohiberent: sibimetipsi attestatur dicens:
Act.21. Ego nō solum alligari sed et mori in hieru salem paratus sum pro nomine dñi iesu. Neq̄ enī facio animā meam preciosiorem quā me. Qui igitur hic hostiles cuneos et prescita passione sua impertērit⁹ petiit: illic de discretione fuisse edocuit: non de timore q̄ fugit. Qua in re pensandum est: quia ille la bores quosdam per dispensatiōis indicium laudabiliter declinat: qui pro deo maiores alios fortiter tolerat. Nam sepe ab hoīb⁹ timor debilis cauta dispensatio vocatur: et quasi prudenter ipetum declinasse se asse runt: cū fugientes turpiter in terga seruant. Unde necesse est: vt i causa dei cum res di spensatiōis agitur: metus cordis subtilissi ma liberatiōe pensetur: ne per infirmitatem ti mor surrepat et sese per dispensatiōis imagi nem rōnem fingat: ne culpa se prudentiam nominet: iāq̄ nec ad penitentiam animus redeat: quando hoc quod inique perpetrat virtutem vocat. Restat igitur vt in dubiis quisq̄ deprehensus cum quelibet sibi aduer

sitas iminet prius intra semetipsum contra formidinem: et precipitationem pugnet: qua
tenus ne formidolose se subtrahat: nec pre cipitanter opponat. Ualde enī preceps est A
qui semper se aduersis obiicit: et valde pau dus qui se semper abscondit. Sed hec meli⁹ in bella spiritalib⁹ discimus si formā exerci tus a corporalib⁹ bellis trahamus. Nō .n. ille dux sapiens est: qui semper contra hosti les cuneos exercitum preceps admonet: ne q̄ ille dux fortis qui semper hunc ab hostis fa cie cauendo subducit. Scire nāq̄ dux debz modo ab hostili ipetu exercitum caute sub trahere: modo hostem circūfusis cornibus coarctare. Quod nimirū sollicite perfecti pre dicatores exhibent: cū modo persecutionis rabiem declinantes: nouerūt sapienter: sed nō eneruiter credere: modo autē persecutio nis ipetum contēnentes nouerunt ei forti ter: sed nō precipitanter obuiare. Quia au tem sanctus vir cum cōgruum cernit ictib⁹ pectus obiicit: et venientia iacula vel mori ens retundit: recte dr̄ in occursum pergit ar mans. De quo adhuc bene subdit. Con tēnit pauorē: nec cedet gladio. Uideam⁹ quomodo pauorem despiciat: qui ipsos aduer sariorū gladios enumerans calcat ait enī.
Quis nos separabit a charitate dei: tribu latio: an angustia: an fames an persecutio: Ro.8.
In pauore aūt ventura pena metuit: i gla dio vero iam dolor de presenti percussione sen B
titur. Quia ergo vir sanct⁹ ventura aduersa nō metuit: pauorē non despicit: quia vero nec superueniente percussione vincitur: neque q̄ gladiis cedit. Contra hunc itaq̄ equum tot sunt gladii hostium quod genera persecutio num: que cuncta obuians superat: quia amo re vite sese ad interitum parat. Sed quia tā robustissimum pectus: quomodo se seculis opponat audiuim⁹ nunc quid ab aduersari is agatur audiamus. Sequitur. Super ipsum sonabit pharetra. In scriptura sacra pha retre nomine aliquando iustū dei occultū q̄ cōsiliū: aliquando vero clādestina prauo rum machinatio designatur. Per phare tram iustū dei occultūq̄ consiliū exprimit: sicut eisdem beatus Job superiore parte testa tur dicens. Pharetram enī suam aperuit a ffixit me: idest occultū suum consilium de texit: et publica me percussiōe vulnerauit. Si cut enim in pharetra sagitte; sic in occulto

dei consilio latent sententie: ⁊ quasi ex pha
retra sagitta educitur: quando ex occulto
consilio apertã deus sententiã iaculatur.
Pharetre quoq; nomine pravorũ machi-
natio designatur: sicut per prophetam dicit.
Paraverunt sagittas suas in pharetra vt
sagittent in obscuro rectos corde.

Capitulum. 25.



Iniqui enim cũ dolos quos
bonis excogitãt: secretis ma
A chinationibus occultãt: qua
si in pharetra sagittas pa
rant: ⁊ in hac presentis vite ca
ligine velut in obscuro rectos
corde feriant: q2 malitiosa eorũ iacula ⁊ sen
tiri per vulnus possunt: ⁊ tamen venientia
deprehendi non possunt. Igitur q2 equus
dei nulla adversitate terretur eiq; quo ma-
gis obviatur eo vi intẽtionis sue sup arma-
tos hostes ferventior dicitur: persecutores ei9
qui se etiã ferientes vinci sentiunt turbati
ad consilium revertuntur: dolos preparant: ⁊
velut ex longinquo mittẽdo vulnera occul-
tant. Unde nunc recte dicitur. Super ipsm
sonabit pharetra: vt cum ex absconsa ma-
chinatione longe feriant qui apertis ꝯgres-
sionibus inaniter appropinquant. Hec esse
super equum dei pharetra sonuerat: cũ qua
draginta viri qui in eius mortem coniura-
verant educi de carcere Paulũ querebãt
vt consiliorũ suorum ictibus quasi clam sa
gittarum dolo interficerent: quem cõgressio
ne persecutionis publice superare nequaq̃
possent. Pharetra ergo sonuit: quia occul
te machinationis ad Paulum causa per-
venit. Quãuis si vigilanter querimus: ad-
huc in pharetre sonitu aliquid subtilius inve
nimus. Sepe enim adversarij consilia con-
B tra bonos ineunt: pravis inventionibus in-
nituntur: ad cogitandos dolos se cõferũt:
sed tamen qui eosdem dolos pdere bonis
debeant: ipsi instituunt latenter ipsi trãsmit
tunt: vt crudelis supplíciorum preparatio
dum quasi furtive innotescitur: amplius ti-
meatur: ⁊ audientis animũ plus suspecta vul
nera q̃ percepta perturbent. In pharetra
enim sagitte dum latent ⁊ sonant: mortem
etiam non in se denunciant. Pharetra er-
go cõtra equum sonitũ reddit. cũ cõtra pre
dicatorẽ sanctũ occulta pravorũ machina-
tio cõsiliũ suũ qd fraudulenter operit frau-

dulentius innotescit: vt premissis minis q̃si
ex sonitu pharetre terreant: eum predicator
dei apertas contumelias velut comminus fe
rientia iacula nõ formidat. Cũ vero eisdē C
minus minime terretur: mox persecutorũ cru
delitas ad supplicia manifesta producitur. Un
de bene postq̃ dictum est. Super ipsm sona
bit pharetra illico additur. Vibrabit hasta
Contra predicatorem dei post pharetre so-
nitum hasta vibratur: quãdo post terrores
exhibitos e vicino iam feriens aperta pena
producitur. Predicatores autẽ sancti cũ pro
defensione fidei supplicia subeunt: ad cãdẽ
fidem quos valent rapere: ⁊ inter verbera
non desistunt: ⁊ cum patienter vulnera su-
scipiunt: prudenter cõtra corda infidelium sa
gittas predicationis reddunt. Unde nõnun-
q̃ agitur: vt ipsi qui in persecutione seviunt:
non tam doleãt q corpora predicatoris nõ emol-
liant: q̃ q per eius verba etiã alios amittãt.
Quia igitur eũ feriendo non superant: ne for
tasse alij qui illũ audiunt: se derelinquant:
mox cõtra loquentis verba scutũ responsio-
nis parãt. Unde cũ diceret: vibrabit hasta: D
recte subiungitur: ⁊ clipeus. Persecutor eni
seviens postq̃ predicatoris corpus supplicio
percutit: auditorũ cor quasi clipeo verbis sue
disputationis munit. Vir igitur sanctus vt fe
riri debeat: hasta vibratur: sed ne audiri pos-
sit clipeus opponitur. Habẽt namq; defensores
dei in prelio sagittas suas: quas eo citi9 au
ditorũ cordibus immittunt: quo illas de spiri
tali arcu. i. de intima cordis tẽsione distrin-
gunt. His quippe se in bello fidei Paulus ar
maverat cum dicebat. Laboro vsq; ad vin-
cula quasi male operans: sed verbũ dei nõ
est alligatum. Ac si diceret. Hasta quidem
suppliciorum ferior: sed tamen verborũ sa-
gittas emittere non desisto. Vulnera crude
litatis accipio: sed cor infidelium vera loquẽ-
do transfigo. Dicatur ergo. Super ipsm so
nabit pharetra vibrabit hasta ⁊ clipe9. Cõ- E
tra equum quippe dei: q2 pravorũ cõsilia per
strepunt: pharetra sonat: quia aperta pena
exquiritur: hasta vibratur: q2 verbo ei etiam
disputatione resistitur: clipeus antefertur.
Sed nunquid a fervore suo per ista compesci
tur. Vir enim sanctus quo maiore persecu
tione premitur: eo ad predicandam verita
tem acrius instigatur: ⁊ cum patiẽter perse
cutores tolerat ardenter a se auditores tra

S

pere festinat. Unde ⁊ bene adhuc de equo
dei subditur. ¶ Feruens ⁊ fremens sorbet
terram; nec reputat tube sonare clangorē.)
Primo nanq; peccanti homini dictum est.
Terra es ⁊ in terrā ibis. Tube autē clāgūt:
Gen. 3. cum huius seculi potestates: loqui sanctos
terribiliter prohibēt. Quia igitur pdicator
zelo sancti spiritus inflāmatus: vel iter sup
plicia posit⁹: quoslibet peccatores ad se tra
here non desinit: feruens pculdubio terraz
sorbet: q2 pro psecutorū minas minime for
midat: clangorem tube sonare nō reputat.
5 Tuba enim que discrimen belli denunciat:
qd est aliud q̄ vox seculariū potestatū que
contempta resistentibus mortis certamen
parat? Hec a principibus sacerdotuz tuba
sonuerat: cum flagellatos apostolos de deo
loqui phibebant sicut scriptū est. Cesis de
Act. 5. nūciauerūt: ne loquerent in noie Jesu. Sz
videam⁹ quō equū dei clangor tube nō ter
Ubi. s. reat. Ait Petrus. Obedire opz deo magis
q̄ hominibus. Qui alijs quoq; psequenti
Act. 4. bus dicit. Non enim possumus que vidim⁹
⁊ audiuimus nō loqui. Equus ergo clango
rem tube non metuit: q2 pdicator egregius
despectis potestatibus seculi: nullos mina
rum sonitus pertimescit. Videam⁹ aliū equū
dei quō terrā sorbeat: quō nullus eum tube
Act. 14. terror attingit scriptū est. Superuenerunt
autē quidam ab antiochia ⁊ yconio iudei: ⁊
persuasis turbis lapidantes Paulū traxe
runt extra ciuitatē: estimātes eū mortuum
esse. Circūdantibus autē eum discipulis: sur
gens intrauit ciuitatē: ⁊ postera die pfectus
est cū Barnaba in derben. Cūq; euangeli
6 zassent ciuitati illi ⁊ docuissent multos: re
uersi sunt lystram ⁊ yconiū ⁊ antiochiā con
firmantes animas discipulor. Perpenda
mus ergo que hunc possent equū mine cō
pescere: quādo eum ab intentione sua non
valet mors ipsa prohibere. Ecce lapidibus
obruitur: nec tamen a veritatis sermone re
mouetur. Occidi pōt: superari non potest.
Uelut extinctus extra vrbē proijcitur: sz in
tra vrbem die alio illesus pdicator inueni
tur. O q̄ fortis huic viro inest infirmitas: o
q̄ victrix pena: o q̄ dominatrix patientia.
Ad arguendū repulsione prouocat: ad pre
dicandam salutem plagis erigitur: ad pro
pellendam laboris lassitudinem pena refo
uetur. Que ergo hunc aduersitas superet

quem pena sonet? Sed equus dei ē: ⁊ pha
retre sagittas despicit: quia malicie consilia
contemnit. Uibratam hastam superat: qa
⁊ contra aperte psecutiōis vulnera pectus
firmat. Oppositum clipeum rūpit: quia di
sputationem resistentiū rōcinando subigit. B
Terram sorbet q2 peccatores in suo corpo
re exhortando cōuertit. Clangorez buccine
sonare non reputat: quia vocem quālibet
terribilis phibitionis calcat. Minus ē autē
quod dicitur: q2 fortis perseuerat in labori
bus: adhuc quod maius est exultat in ad
uersis. Unde ⁊ sequitur. ¶ Ubi audierit buc
cinam dicit vah.) Quibus pfecto verbis
⁊ illud ostēditur: q hoc loco a dño de equo
irrationabili nil dicatur. Neq; enim vah di
cere brutum animal pōt: sed dum asseritur
dicere quod omnino dicere non valet innui
tur quem designet. Vah quippe sermo exul
tationis est. Equus ergo cum audit buccinā
vah dicit: quia fortis q̄sq; predicator cū cer
men passionis sibi ppinquare cōsiderat: de
exercitio virtutis exultat: nec terretur pugne
periculo qui victorie letatur triūpho. Equo
ita q; est vah dicere: predicatorem sanctum
de ventura passione gaudere.

Capitulum. 26.

Sed si predicator fortis glo
riam passionis appetit: si A
discrimen mortis subire p
dño letus querit: qd est q
ipsi fortissimo pdicatori q
ex robusto corde virtutem
traxit nōis: Petro veritas dixit. Cū senue
ris extendes manus tuas: ⁊ alius te cinget: Jo. 12.
⁊ ducet quo non vis. Quomodo de passio
ne gaudet qui cinctus ab alio: ire quo duci
tur nō volet. Sed si pensamus qualiter ani
mus appropinquante passiōe ⁊ mortis me
tu quatitur: ⁊ tamen de venturo regni pre
mio letatur: intelligimus quomodo glorio
si certaminis subire periculo volens: nolit:
q2 ⁊ in morte considerat quod tolerans pa
neat: ⁊ in fructu mortis aspicit: quod appe Phil. 1.
tens querat. Videamus Paulū quomodo
amat quod refugit: quō refugiat qd amet. 2. Cor. 5.
Ait enim. Desideriū habens dissolui ⁊ cū
Christo esse: ⁊ mihi viuere christus est ⁊ mo
ri lucrum: ⁊ tamen dicit. Qui sumus in hoc
habitaculo ingemiscimus grauati eo q no

linnus expoliari: sed superuestiri: ut absor-
beatur quod mortale est a vita. Ecce et mo-
ri desiderat: et tamen carne expoliari formi
dat. Cur hoc? Quia et si victoria in perpe-
tuum letificat: ipsa nihilominus ad presens
pena perturbat et quamuis vincat amor sub-
sequentis muneris: tangit tamen non sine
merore animum pulsus doloris. Sicut enim
vir fortis cum vicino iam belli certamine ar
mis accingitur: et palpitat et festinat: tremit
et feruit quasi pauere per pallorem cernitur:
sed per iram vehementer vrgetur: ita vir san
ctus cum passioni se appropinquare conspicit:
et nature sue infirmitate concutitur: et spei
sue soliditate roboratur: et de vicina morte
trepidat: et tamen quod moriendo verius viuat
exultat. Ad regnum quippe non potest nisi in
terposita morte transire: et idcirco et confidē
do quasi ambigit: et quasi ambigendo cōfi-
dit: et gaudens metuit: et metuentes gaudet
quia scit quod ad brauium quietis nō perueniat:
nisi hoc quod interiacet cum labore trāscen
dat. Sic nos cum morbos a corpore repel-
lere cupimus: tristes quidem amarum pur-
gationis poculum sumimus: certi autem de
subsequenti salute gaudemus. Quia enim
peruenire corpus aliter ad salutem non va
let in potu libet etiam quod tedet: cumque ama
ritudini inesse vitam animus cōspicit: me-
rore turbatur hilarescit. Dicatur ergo. Ubi
audierit buccinam: dicit vah: quia predica
tor fortis cognito certaminis nuncio: et si vt
homo ad vim percussionis trepidat spei ta
men certitudinem ad premium remunera-
tionis exultat. Sed nequaquam ad hoc passio
nis bellum inconcussus existeret: nisi candē
passionem intenta cogitatione meditando
preueniret. Malum namque quod cōsilio pre-
uenitur: decertanti contra se animo et rōne
subjicitur: quia tanto quisque minus aduer-
sitate vincitur: quanto contra illam presciē
do paratus inuenitur. Sepe enim graue ti-
moris pondus vsu leuigatur: sepe mors ipsa
sicut inopinata perturbat: ita deliberatio-
ne preuenta letificat. Unde et recte de hoc
equo subiungitur. Procul odoratur bel-
lum. Ac si apertius dicat. Idcirco quod
libet certamen exuperat: quia mentem cer-
tamini ante certamen parat. Bellum quip-
pe odorari est: aduersa queque longe adhuc
posita cogitando prenoscere: ne fortasse va
leant improuisa superare. Hoc bellum pro-
cul odorari discipulos Paulus ammone-
bat: cum diceret. Uosmetipsos temptate 2. Cor. 13
si estis in fide: ipsi vos probate. Ac si aper-
te preciperet dicens. Persecutionum certa-
mina ad mentem reducite: et cordis vestri
intima atque occulta pensantes: quales in-
ter supplicia existere valeatis inuenite. Hoc B
bellum sancti viri proculodorantur: quan-
do et in pace vniuersalis ecclesie positi: vel
hereticorum bella vel imminentia ab infide
libus persecutionum tormenta conspiciunt:
Qui dum recte viuunt: sepe pro bonis ma
la recipiunt: detractionū contumelias equa
nimiter ferunt: vt si persecutionis occasio sup
petat: tanto illos fortiores aperti hostes in-
ueniant: quanto eos et intra ecclesiam fal-
sorum fratrum iacula non expugnant. Nā
qui a statu penitentie ante linguarum vul-
nera corruit: ipse sibi testis est: quia contra
manifeste percussionis gladios non subsi-
stit. Quis ergo vir dei exercitatus presenti
bus contra ventura: et exercitatus minimis
contra maiora nititur: recte de equo dei di-
ctum est: quod bellum procul odoratur. Sequi
tur. Exhortationem ducum et vlulatum
exercitus. Duces aduerse partis sunt: er-
roris auctores de quibus per psalmistam di
citur. Effusa est contentio super principes Ps. 106.
eorum: et seduxerunt eos vana eorum et er-
rare fecit eos in inuio: et non in via. De qui
bus per semetipsum veritas dicit. Cecus si Mat. 15.
ecco ducatum prebet: ambo in foueam ca
dunt. Hos autem duces: exercitus sequi-
tur: prauorum scilicet turba: que iniquis eo
rum preceptionibus famulatur. Notan-
dum quoque quod duces exhortari: exercitū ve-
ro dicit vlulare quia videlicet hi qui infide
libus vel hereticis presunt: praua que tene
ri precipiunt: quasi ex ratione persuadent.
Turba vero eius subdita quia sine iudicio
eorum voces sequitur: dum per confusionis
insaniam perstrepit: bestiali mente vlulare
perhibetur. Lupis quippe proprie vlula-
tus conuenit: et quia caterue reproborum
contra vitam moresque fidelium soli rapa-
citati inhiant: quasi per vlulatum clamāt.

Capitulum. 27.

A Omne ergo dei exhortatio
nem ducum et vlulatū exer
citus perl operatur: dum
sanctus quisq3 predicator lōge
ante cōsiderat: qd vel au
ctores errorum contra ele
ctos valeant precipere: vel turba eis subdi
ta: quā possit immaniter insanire. Hanc ex
hortationem ducū odorabatur Paul⁹ cū
diceret. Per dulces sermones et benedictio
nes seducunt corda innocentiū. Hunc vlu
latū exercitus odorabatur dicens. Intra
bunt post discessionem meā lupi graues in
vos. Exhortationē ducū odoratus est Pe
trus: cum de quibusdam discipulos ammo
neret dicens. In auar cia fictis verbis de vo
bis negociabuntur. Vlulatū quoq3 exercit⁹
odorabatur: cum pmitteret dicens. Et mul
ti sequentur eorū luxurias: p quos via ve
B ritatis blasphematur. Igit qr sanctus quisq3
predicator atq3 in psecutionis bello dux fidei
qualem se possit exhibere narrauim⁹: nunc
sub huius equi specie vnūquēq3 Xpi militē
describamus: vt et qui ad predicationis cul
men nec dum se puenisse cōsiderat: hac tñ
voce dominica: si iam bene viuere ceperit:
expressum se esse cognoscat quatenus hic col
ligat: quantū deo notus sit si ad maiora p
uenerit: quē significanter deus eloq: nec in mini
mis pretermittit. Singula itaq3 que de equo
dicta sunt repetentes: inuenimus quō miles
dei, a primeua cōuersatione pficiat: quō a
minimis ad maiora succrescat: vel quibus
gradibus ab infimis ad superna puemiat.
Dicat ergo. Nunqd prebebis equo forti
tudinez: aut circūdabis collo eius hinnitū:
Unicuiq3 aie cui dñs misericorditer presi
det: ante oia fidei fortitudinē pbet: de qua
i. Pe.5. Petrus ait. Aduersarius vester diabolus
sicut leo rugiens circuit querens quē deuo
ret: cui resistite fortes in fide. Hinc aūt forti
tudini hinnitus iungit: vñ fit qđ scriptū ē.
Ro.10 Corde creditur ad iusticiam: ore autez con
fessio fit ad salutem. Sequitur.

Capitulum. 281

A Unquid suscites eū qua
si locustas.) Vnusquisq3
q deū sequitur i ipso suo exor
dio vt locusta suscitatur: qr
et si in qbusdā actionibus:
locustarū more fictis popli
cibus terre iheret: in qbusdā tamē expāsis
alis sese in aera suspēdit. Cōuersionū quippe
initia: bonis moribus malisq3 pmixta sunt:
dū et noua iam p intentionem agit: et vetu
sta adhuc vita ex vsu retinet. Tanto autez
min⁹ pmittis interim malis ledimur: quan
to contra illa quotidie sine cessatiōe pugna
mus: nec suos nos iam culpa vendicat: cu
ius prauo vsui nostra sollicite mēs resultat
Minus itaq3 nobis inchoantibus terrena
opa officiunt: qr in nobis diutius demora
ri prohibentur. Proinde qsi in ipso nostre
cōuersationis initio infirma quedaz pie de
nobis dñs tolerat: vt nos quādoq3 ad cele
stia ex pfectione pducat quasi locustas nos
in exordio suscitat: qr et in volatu virtutis
subleuat: et non tñ de terreni opis casu de
sperat. Seqtur. (Gloria nariū ei⁹ terror.)
Pro eo qđ non visa res odore dephenditur C
non immerito nariuz nomine spei nostre co
gitationes exprimunt: qbus venturuz iudi
cium qđ et si oculis adhuc nō cernimus: iāz
tamē sperando puidemus. Qis aūt qui be
ne viuere incipit: audiens qđ per extremum
iudiciū iusti ad regnū vocentur hilarescit:
sz qr qdam mala adhuc ex reliquijs sibi in
esse cōsiderat: hoc ipm iudiciū de quo exul
tare inchoat: appropinquare formidat. Vi
tā quippe suā bonis malisq3 pmixtā cōspicit:
et cogitationes suas aliquo modo spe et ti
more confundit. Nam cū audit que sint re
gni gaudia: mox mentem leticia subleuat: et
rursum cum respicit que sint gehēne tormē
tā mox mentem formido perturbat. Bene
ergo gloria narium eius terror dicit: qr in
ter spem et metum positus: dum futurū iu
dicium mente cōspicit hoc ipm timet vnde
gloriatur ipsa enim sua gloria terror est: qr
inchoatis iam bonis spe de iudicio letus ē:
et nec dum finitis omnibus malis pfecte se
curus non est. Sz inter hec sollicite ad men D
tem reuertitur: et pcellas tante formidinis
rēnuens: seq3 in solius pacis tranqllitate di
sponens totis viribus a districto iudice in
ueniri liber conat. Seruile quippe estimat do
minicam pñtiam formidare: ac ne conspe
ctum patris metuat: illa agit p que se filiuz
recognoscat. Discit ergo iudicez tota expe
ctatione diligere atq3 vt ita dixerim timēdo
rēnuit. Oriri aūt cordi formidinem pro car
nali actione considerat: et idcirco ante oia

carnem forti edomatione castigat. Unde post
q dictum est: gloria narium eius terror: re-
cte subiungitur. Terram ungula fodit. Un
gula namq terram fodere est: districta absti-
nentia carnem edomare. Quo autem plus ca
ro premitur eo de celesti spe anim9 securius
letatur. Unde effossa terra apte subnectit.
Exultat audacter. Quia enim violenter re-
primit quod impugnat: audacter exultat d
his que in eterna pace desiderat: tantoque
mens melius ad superna appetenda com-
ponitur: quanto ab illicitis arctius corpus
edomatur. Unde recte per Salomonem di
Pro.14 citur. Diligenter exerce agrum tuum: ut po-
stea edifices domum tuam. Ille quippe bene
mentis domum edificat: q prius agrum corpo
ris a spinis viciorum purgat: ne si desideriorum
sentes in carnis agro proficiunt: intus tota
virtutum fabrica fame boni operis crescente
destruatur. In ipso autem quasi belli certamie
positus: tanto subtilius fraudem hostium con-
spicit: quanto et districtius corpus proprium
quasi quendam hostium adiutorem premit.
B Unde et post contritionem corporis: post le
ticiam cordis recte subiungitur. In occur-
sum pergit armatis. Hostes armati sunt im-
mundi spiritus: innumeris contra nos fraudi-
bus accincti. Qui cum suadere nobis ini-
qua nequeunt: ea sub virtutum specie no-
bis obtutibus opponunt: et quasi sub que-
dam arma se contegunt: ne in sua malicia
a nobis nudi videantur. Quibus armatis
hostibus in occursum pergimus quando eo-
rum insidias longe preuidemus. Effossa igi-
tur terra: armatis hostibus in occursum per
gere est: edomita carnis superbia dolos im
mundorum spirituum mirabiliter expoliare.
Effossa terra armatis hostibus in occursum
pergere est: devicta carnali negotia contra
spiritalia vicia certamen subire. Nam qui
adhuc secum eneruiter pugnat: frustra con
tra se bella extra posita suscitat. Qui enim
semetipsum carnalibus subiugat: quomo-
do spiritalibus vitijs resultet: Aut quomo
do de labore externi certaminis triumphare
appetit: qui adhuc apud semetipsum do-
mestico libidinis bello succumbit.

Capitulum. 29.

A El certe armatis hostibus in oc-
cursum pergimus: quando per ex
hortationis studium eorum insi-
dias: et in alieno corde preuenimus. Qua-
si enim ex loco in quo fuimus ad locum ali-
um obuiam hostib9 venimus: quando no-
stra cura ordinate postposita: accessum im
mundorum spirituum a proximi mente prohi-
bemus. Unde fit plerumque ut hostes callidi
militem dei iam et de intestino bello victo
rem: tanto de semetipso terribilius temptent
quanto illum contra se et in alieno corde pre
ualere fortiter vident: ut dum illum ad se tu-
endum reuocant: aliena corda liberi9 que
exhortatione eius protegebantur inuadant.
Cumque eum superare non possunt: saltem oc
cupare conantur: quatenus dum miles dei
de semetipso concutitur: non ipse sed is quem
defendere consueuerat perimatur. Sed mens
in deum imobiliter fixa tentationum spicu
la despicit: nec cuiuslibet terroris iacula per-
timescit. Superne enim gratie fretus auxi-
lio: sic vulnera infirmitatis sue curat: ut alie
na non deserat. Unde et bene de hoc equo
subiungitur. Contemnit pauorem nec cedit
gladio. Contemnit pauorem quia nullius ten-
tationis formidine ad hoc usque terretur ut
taceat. Nec cedit gladio: quia et si violenta il
lum tentatio percutit: ita cura tamen proxi-
mi non repellit. Unde et Paulus exemplum
nobis inuicte conuersationis insinuans: et
quos ab hoste gladios susciperat dicit: et
quomodo eisdem gladijs non cedat osten- B
dit. Omni enim iam carnalis operis pugna
superata: carnalis tentationis gladium ab
hoste susceperat q dicebat. Video aliam le-
gem in membris meis repugnantem legi men-
tis mee: et captiuum me ducentem in lege
peccati: que est in membris meis. Sed eidem
gladio quem in se vicerat: etiam in alijs non
cedebat: cum profecto primis diceret. Non Ro.6.
regnet peccatum in vestro mortali corpore
ad obediendum desiderijs eius. Et rursum
Mortificate membra vestra: que sunt super Col.3.
terram: fornicationem: immundiciam libidi-
nem concupiscentiam malam. Grauis illum
tentationum gladius feriebat: de quibus ipse 2.Cor.11.
ait: In laboribus plurimis: in carceribus abun-
dantius: in plagis supra modum: in mortib9
frequenter. A iudeis quinquies quadrage
nas vna minus accepi ter virgis cesus sum
semel lapidatus sum: ter naufragium feci:
nocte et die in profundo maris fui: et cetera
que ipse tolerare potui: et nos enumerare

lassamur. Sed quomodo eidem gladio in
proximi dilectione nō cedat: post multa ipse
subiungit. Preter illa que extrinsecus sūt
instantia mea quotidiana: solicitudo oīm
ecclesiarum. Equus ergo dei ꝛ gladio per-
titur: nec tamen percussione eadem a cursu
prohibetur: dum fortis spiritalis certami-
nis miles: ꝛ ipse vulnera ab hoste suscipit:
ꝛ tamen ad salutem alios stringit. Sed er-
ga tam durum celestis militis pectus anti
quus hostis tanto acutiora spicula perqui
rit: quanto se despici robustius conspicit.
Unde ꝛ sequitur.

Capitulum. 30.

A Super ipsum sonabit pha
retra: vibrabit hasta ꝛ cli
peus. Quia enim videt
sancte mentis studiū con-
tra se ꝛ aliis prodesse: mul
tiplicata hanc satagit tē-
tatione confodere. Unde sepe contingit: vt
hii q regendis aliis presunt temptationū cer-
tamina fortiora patiantur: quatenus cor-
poralium more bellorum dum dux ipse ad
fugam vertitur: resistentis exercitus consti-
pata vnanimitas sine labore dissipetur.
Hostis itaqȝ callidus contra celestē militez
diuersa percussionū vulnera exgrens: mo-
do ex pharetra per insidias cū sagitta vul
nerat: modo ante eius faciem hastaz vibrat:
qz videlicet vicia ꝛ alia sub virtutum spe-
cie contegit ꝛ alia vt sunt aperta eius oculis
opponit. Ubi enī infirmari dei militē con-
spicit: illic fraudis velamina non requirit.
Ubi autem sibi resistere fortem considerat
illic contra vires proculdubio dolos parat
Nam cū infirmū quempiam in carnis illece
bra videt: aperte spēm corporis: quem con
cupisci valeat: eius obtutibus obiicit. Si aūt
fortasse validum contra auariciam cernit:
importune eius cogitatōibus domesticorum
suorum inopiam suggerit: vt dū mens ad
prouisionis curam quasi pie flectitur: seduc
eta furtim in rerū ambitu inique rapiatur.
Equum ergo dei sagitta per insidias impe
tit: quādo ei hostis callidus sub virtute vi
cium abscondit. Hasta autem cominus vul-
nerat: cum manifesta nequitia etiam scien
tem tēptat. Sepe vero celesti militi vno eo-
dēqȝ tempore vtrūqȝ ab hoste obiicit: vt i
qua ibi vna percussione permane ꝛ Jo

losua nāqȝ aduersarius simul feriri nititur
ꝛ aperte seuiens ꝛ insidiis latens vt dū de
occulto sagitta metuitur: minus ante faciē
hasta timeatur: vel dum ante faciem haste
resistitur: nequaqȝ ex occulto veniens sagit
ta videatur. Sepe enī tentationē proponit
de libidine ꝛ subito fraudulentius cessans
elationem suggerit de seruata castitate.
Et sunt nōnulli q dum multos ex castita-
tis arce in elatōis foueam cecidisse conspi-
ciunt: vite sue custodiam negligentes i im-
mundiciam libidinis demerguntur. Sunt
vero econuerso nōnulli q dum libidinis im-
mundiciā fugiunt: per castitatis culmen in
voraginez elationis ruunt. Quasi ergo ap
te feriens hasta est: culpa de vitio: ꝛ quasi
ex occulto vulnerans: de pharetra sagitta
est culpa de virtute. Sed equus dei ꝛ ante C
faciem hastaz superat: cū libidinem calcat:
ꝛ a latere sagittam circūspicit: cum in casti
tatis mundicia se ab elatiōe custodit. Un
de ꝛ bene inter vtraqȝ certān: per Salomo
nem di: Dominus erit i latere tuo: ꝛ custodi- Pro.3
et pedem tuū ne capiaris. Pes nāqȝ in an
teriora tendit: anteriora sūt non videt: q
ea que sunt a latere conspicit. Rursum ꝫ q
pedis custodiam preuidens anteriora cer-
nit: circūspectionem lateris deserit. Dū ve
ro ante faciem posite virtutis aliqd agimus
quasi quo pes debeat poni puidemus: sed
dum ex virtute eadem furtiua culpa subori
tur: quasi dū in anteriora respicitur: ad sa-
gittam latus nudatur. Sepe vero dū sub-
orientem culpam metuimus: virtutem que
agenda est declinamus: ꝛ quasi dum latus
circūspicitur: nequaqȝ cernitur pes in ante D
riora quomodo ponatur. Bene ergo di: do
minus erit in latere tuo: ꝛ custodiet pedez
tuū: ne capiaris: qz miles dei diuine gratie
clipeo protectus: ꝛ que ex latere possint p-
dere circūspiciendo considerat: ꝛ gressum
ante faciem ferre prospiciendo non cessat.
Cui fraudulentus hostis inuidens: quia p
pharetram ꝛ hastam nequaqȝ se preuale-
re conspicit: clipeum opponit: vt si resisten-
tis pectus feriendo non perforat: saltez q-
busdam obiectionibus proficientis iter inter
cludat. Quasdam nāqȝ difficultates ipsis
eius conatibus obiicit: ꝛ cum superare nō
valet vel resistit. Sed qd contra tot argu-
menta bellorum equus dei agat audiemus.

((Feruens et fremens sorbet terram: nec re
putat tube sonare clãgorem.)) Cõtra equũ
clangor tube insonat. quando electi men-
tem in eo qd agit fortiter: e vicino quedam
posita culpa terribiliter temptat sed feruẽs
et fremens sorbet terram: qr nimio ardore
semetipsum discutit: et quicqd in se terrenũ
repperit quotidie proficiendo consumit.
Et clãgorem tube sonare non reputat: qa
consideratione forti omne vicium quod de
E virtutis gloria nascitur: solicitus declinat.
Sonare enim clãgorem tube reputaret: si
fortasse ppter aliud quod prave subortur
alia agere recta metueret. Qr ergo ad agẽ-
da fortia ante insonantia temptamẽta nõ
trepidat: in feruore suo positus: clãgorẽ tu
be minime formidat. Sepe autẽ dum psper
rari se virtutibus conspicit: ne ipsa illũ vir
tutum prosperitas eleuet: pulsari se tenta-
tionibus gaudet. Unde et apte subiungit.
((Ubi audierit buccinã: dicit vah.)) Mul
tos enim peius sua felicitas strauit: multos
diuturna pax inertes reddidit: eosqz illos in
opinatus hostis grauius percussit: quo lon-
go gestis usu negligentes inuenit. Unũ san-
cti viri cum multa se proficere virtutũ pro-
speritate considerant: quodam dispẽsatio-
nis superne moderamine exercere se etiam
tẽptationibus exultant: qr tanto robustius ac
ceptam virtutum gloriam custodiunt: quã-
to tentationis impulsu concussi infirmitatẽ
F suam humilius cognoscunt. Equus ergo au
dita buccina vah dicit: qr videlz preliator
dei cum vim tentationis icumbere conspi-
cit: utilitatem superne dispensatõis cõside-
rans: ex ipsa validius aduersitate cõdidit.
Cuius aduersitatis certamina iccirco illũ nõ
superant: qr nõnunqz improuisa temptant.
Longe quippe prenotat ex unaqua qz re cu-
ius viciũ pugna succrescat. Unde et sequit.
((Procul odoratur bellum.)) Bellũ nãqz
procul odorari est: ex causis precedentibus
que viciorũ pugne subsequantur agnosce-
re. Quia enĩ sicut iam sepe dictum est: odo
re res non visa cognoscitur: bellum procul
odorari est sicut flatu narium: sic prouisio-
ne cogitationum neqtias latentes idaga-
re. De quo odoratu dominus recte in cãtic
Can.7. sic sue laudibus dicit: Nasus tuus sicut tur
ris que est i libano. Per nasum nãqz odo-
res fetoresqz discernimus. Et qd per nasũz
nisi sanctorum prouida discretio designat.
Turris vero speculatõis i altum ponitur:
ut hostis veniens longe videatur. Recte er
go nasus ecclesie turri i libano similis di:
qr sanctorum prouida discretio dum soler
ter circũquaqz conspicit: i altum posita pri
usqz veniat culpa deprehendit: eamqz quo
vigilanter prenotat: eo fortiter declinat.
Hinc Abacuch ait: Super custodiam meam Aba.2
stabo.

Capitulum. 31.

A



Hinc vniuscuiusqz electi ani
mam Hieremias ammonet Hiere.3.
dicens: Statue tibi speculã
pone tibi amaritudines:
Speculũ quippe sibi statue
re est: ventura viciorũ cer-
tamina ex alta consideratõe prenoscere: si-
biqz electi mens amaritudines ponit quan
do et i virtutum pace constituta: dũ malis
insidiantia conspicit: secura quiescere nõ cõ-
sentit. Primo autẽ ne mala quelibet. secũ-
do vero loca considerat: ne bona incaute
faciat: et postqz praua subegerit: ipsa etiam
sibi subiicere recta contendit: ne si mentis
dominium trãseunt: i elationis culpaz ver
tantur. Quia enim sicut superius dictuz ẽ:
plerũqz ex bonis per icurie viciũ mala na
scuntur: vigilanti studio contemplatur quo-
modo ex doctrina arrogãtia: ex iusticia cru
delitas: ex pietate remissio: ex zelo ira ex mã
suetudine torpor oriatur. Cunqz bona hec
agit: qr hũ contra se hostes per hec exurge
re valeant conspicit. Nam cum adipiscen-
dis doctrine studiis elaborat: mentem soli
cite contra certamen arrogãtie preparat. B
Cum culpas delinquentiũ iuste vlcisci de
siderat: sagacissime cauet ne modũ iusticie
crudelitas vindicte trãscendat. Cuz pietate
frenare se nimis scienter pspicit: ne qua disci
pline dissolutõe vincatur. Cum se recti zelis sti
mulis excitat sũmope puidet ne plusqz ne-
cesse est ire se flãma succendat. Cũ magna
mãsuetudinis trãqllitate se tempat: vigilã
ter obseruat: ne torpore frigescat. Qr ergo
spiritalis miles cogitatõe oẽ vicium prius
qz surrepere possit aspicitur: recte de equo
dei dr: pcul odoratur bellũ. Perpendit eti-
am que turba ingratum prorũpat si mala i
gredi ad se vel pauca pmittat. Unũ et seqr.
((Exhortationẽ ducũ et vlulatũ exercitus.))

Temptantia quippe vicia que invisibili contra nos prelio regnanti super se superbie militant: alia more ducum preeunt: alia more exercitus subsequuntur. Neq; enim culpe ocia pari accessu cor occupant. Sed dum maiores et pauce neglectam mentem preveniunt: minores et innumere ad illam se catervatim fundunt. Ipsa nanq; viciorum regina superbia cum devictum plene cor ceperit: mox illud septem principalibus vitijs: quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur: quia ex eis procul dubio importune viciorum multitudines oriuntur. Quod E melius ostendimus: si ipsos duces atq; exercitum specialiter ut possumus enumerando proferamus. Radix quippe cuncti mali superbia est. De qua scriptura attestante dicitur.
Eccle.10. Initium ois peccati est superbia. Primi autem eius soboles: septem nimirum principalia vicia: de hac virulenta radice proferuntur. s. inanis gloria: invidia: ira: tristicia: avaricia: ventris ingluvies: luxuria. Nam quia his septem superbie vicijs nos captos doluit: idcirco redemptor noster ad spiritale liberationis prelium spiritu septiformis gratie plenus venit. Sed habent contra nos hec singula exercitum suum. Nam de inani gloria inobedientia: iactantia: hypocrisis: contentiones: pertinacie: discordie: et novitatum presumptiones oriuntur. De invidia odium: susurratio: detractio: exultatio in adversis proximi: afflictio autem in prosperis nascitur. De ira rixe: tumor mentis: contumelie: clamor: indignatio: blasphemie proferuntur. De tristicia: malicia: rancor: pusillanimitas: desperatio: torpor circa precepta: vagatio mentis erga illicita nascitur.
D De avaricia proditio: fraus: fallacia: periuria: inquietudo: violentie: et contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluvie inepta leticia: scurrilitas: immundicia: multiloquium: hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria cecitas mentis: inconsideratio: inconstantia: precipitatio: amor sui: odium dei: affectus presentis seculi: horror autem vel desperatio futuri generantur. Quia ergo septem principalia vicia tantam de se viciorum multitudinem proferunt: cum ad cor veniunt: quasi subsequentis exercitus catervas trahunt. Ex quibus videlicet septem quinq; spiritalia: duoq; carnalia sunt. Sed unumquodq; eorum tanta sibi cognatione iungitur: ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namq; superbie soboles: inanis est gloria: que dum oppressam mentem corruperit: mox invidiam gignit: quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit: ne quis hanc alius adipisci valeat tabescit. Invidia quoq; iram generat: quia quanto interno livoris vulnere animus sauciatur: tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur: et quia quasi dolens membrum tangitur: idcirco opposite actionis manus velut gravius pressa sentitur. Ex ira quoq; tristicia oritur: quia turbata mens quo se inordinate concutit: eo ad dolendum confundit: et cum dulcedinem tranquillitatis amiserit: nihil hanc nisi ex perturbatione subsequens meror pascit. Tristicia quoq; ad avariciam derivatur: quia dum confusum cor bonum leticie in semetipso intus amiserit: unde consolari debeat foris querit: et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat: quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus recurrat. Post hec vero duo carnalia vicia. i. ventris ingluvies et luxuria supersunt. Sed cunctis liquet quod de ventris ingluvie luxuria nascitur: dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia subnexa videantur. Unde dum unum inordinate reficitur: aliud procul dubio ad contumelias excitatur. E

Capitulum. 32.

Hinc autem duces exhortari dicti sunt: exercitus ululare: quia prima vicia decepte menti quasi sub quadam ratione se inserunt: sed innumera que sequuntur dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt: quasi bestiali clamore confundunt. Inanis namq; gloria devictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. Debes maiora appetere: ut quo potestate volueris multos excedere eo etiam valeas multis prodesse. Invidia quoq; devictum cor quasi ex ratione solet exhortari cum dicit. In quo illo vel illo minor es: cur ergo eis vel equalis vel superior non es? Quanta vales que illi non valent. Non ergo tibi aut superiores esse: aut etiam equales debent. Ira etiam devictum cor quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Que erga te aguntur equanimiter ferri

non possunt: hec omnia patienter tolerare peccatum est; quia et si non eis cum magna exasperatione resistitur: contra te deinceps sine mensura cumulant. Tristicia quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Quid habes vnde gaudeas: cum tanta mala de proximis portas.
B Perpende cum quo merore oculo intuendi sunt: qui tanto contra te amaritudinis felle vertuntur. Auaricia quoque deuictum animum quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Valde sine culpa est: quod quedam habenda concupiscis: quia non multiplicari appetis: sed egere pertimescis: et quod male alius retinet: ipse melius expendis. Ventris quoque ingluuies deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Ad esum deus omnia munda condidit: et qui saturari cibo respuit: quid aliud quam muneri concesso contradicit. Luxuria quoque deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari: cum dicit. Cur te in voluptate tua modo non dilatas: cum quid te sequatur ignoras. Acceptum tempus in desideriis perdere non debes: quia quam citius pertranseat nescis. Si enim misceri deus hominem in voluptate coitus nollet: in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.
C Hec est ducum exhortatio: que dum incaute ad secretum cordis admittitur familiarius iniqua persuadet. Quam videlicet exercitus vlulatus sequitur: quia infelix anima semel principalibus vitiis capta: dum multiplicatis iniquitatibus in insaniam vertitur: ferali iam immanitate vastatur. Sed miles dei quia solerter preuidere viciorum certamina nititur: bellum procul odoratur: quia mala preeuntia quid menti persuadere valeant: cogitatione sollicita respicit. Exhortationem ducum naris sagacitate deprehendit: et quia longe prospiciendo subsequentium iniquitatum confusionem conspicit: quasi vlulatum exercitus odorando cognoscit. Igitur quia vel predicatorem dei vel quemlibet spiritalis certaminis militem descriptum equi narratione cognoscimus: nunc eundem iterum in auis significatione videamus: vt qui per equum didicimus eius fortitudinem: etiam per auem discamus illius contemplationem. Quia per descriptam equi magnitudinem audiuimus quantum contra certamina viciorum vir sanctus per patientiam tolerat: nunc per auium speciem cognoscimus: quantum per contemplationem volat. De quitur. Numquid per sapientiam tuam plumescit accipiter: expandens alas suas ad austrum. Quia per annos singulos pennam veterem accipiter nouo nascente proiiciat: ac sine intermissione plumescat: pene nullus ignorat. Non autem hic illud plume tempus dicitur: quo in nido vestitur: quia tunc B
nimirum adhuc videlicet pullus ad austrum alas expandere non valet: sed illa annua pluma describitur: que laxata veteri penna renouatur. Et quidem domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant: munita ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus vero mos est vt flante austro alas expandant: quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem tepore concalescant. Cum vero ventus deest: alis contra radium solis expansis: atque percussis: tepentem sibi auram faciunt: sicque capto tepore vel veteres exiliunt: vel noue succrescunt. Quid est ergo accipitrem in austro plumescere: nisi quod vnusquisque sanctorum tactus flatu sancti spiritus concalescit: et vsum vetuste conuersationis abiiciens noui hominis formam sumit. Quod Paulus ammonet dicens. Expoliantes vos Coll. 3.
veterem hominem cum actibus suis: et induentes nouum. Et rursum. Licet is qui foris est Ephe 4
noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est renouatur de die in diem. Vetustam autem pennam proiicere est: inueterato studia dolose actionis amittere: et nouam pennam sumere est mitem ac simplicem bene viuendi sensum tenere. Penna namque veteris conuersationis grauat: et pluma noue immutationis subleuat: vt ad volatum tanto leuiorem quanto nouiorem reddat.

Capitulum. 33.

Et bene ait: expandit alas suas ad austrum. Alas quippe nostras ad austrum expandere est: per aduentum sancti spiritus nostras confitendo cogitationes aperire: vt A
iam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit cum ad austrum alas expanderit: quia tunc se vnusquisque virtutum pennis induit: cum sancto spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim vetera faciendo non detegit: noue vite opera minime producit: qui nescit lugere quod

grauat: non valet proferre quod sublevat.
Ipsa nāq̄ compunctionis via poros cordis
aperit: ⁊ plumas virtutum fundit: cūq̄ se
studiose mēs de pigra vetustate redarguit:
alacritate iuuenescit. Dicatur ergo beato
Job. Nunquid per sapientiam tuam pla-
mescit accipiter: expandens alas suas ad
austrum: idest nunquid cuilibet electo tu
intelligentiaꝫ contulisti: vt flante sancto spi
ritu cogitationum alas expandat. quatenꝰ
pondera vetuste conuersationis abijciat: ⁊
B virtutum plumas in vsum noui volatus su-
mat. Ut hinc videlicet colligat: quia vigi-
lantiam sensus in semetipso ex se non habꝫ:
qui hanc ex se cōferre alijs nequaq̄ valet.
Potest etiam per hunc accipitrem renoua
ta gētilitas designari: ac sibi beato Job aper
te diceretur. Futuras virtutum plumas in
gentilitate respice: ⁊ vetustas superbie pen-
nas amitte. Sequitur. ¶ Nunquid ad pre-
ceptum tuum eleuabitur aquila: ⁊ in ar-
duis ponet nidum sibi? In scriptura sa-
cra vocabulo aquile: aliquādo maligni spi-
ritus raptores animarum: aliquando pre-
sentis seculi potestates: aliquando vo vel
subtilissime sanctorum intelligentie: vel in-
carnatus dominus ima celeriter transuo-
lans: ⁊ mox summa repetens designatur.
Aquilarū nomine insidiatores spiritus ex-
Hiere. 4. primuntur: Hieremia attestāte qui ait. Ue
lociores sunt persecutores nostri aquilis ce
li. Persecutores enim nostri aquilis celi ve
lociores sunt: cum tanta contra nos mali-
gni homines faciunt: vt ipsas etiaꝫ aereas
C potestates inuentionibus malicie preire vi
deantur. Aquile etiam vocabulo potestas
terrena figuratur. Unde per Ezechielē pro
Ezech. 17 phetam dicitur. Aquila grandis magnarū
alarum longo membrorū ductu plena plu
mis ⁊ varietate: venit ad libanum ⁊ tulit
medullam cedri: ⁊ summitatem frondium
eius euulsit. Qua videlicet aq̄la quis alius
q̄ Nabuchodonosor rex Babylonie desi
gnatur? Qui pro immensitate exercitus ma
gnarum alarum: pro diuturnitate temporū
longo membrorum ductu: pro multis vero
diuitijs plenus plumis: pro innumera atq̄
terrene glorie compositione: plenus varieta
te describitur. Qui venit ad libanum ⁊ tu-
lit medullam cedri: ⁊ summitatem frondi
um eius euulsit: quia iudee celsitudinem pe
tens nobilitatem regni eius quasi medul-
lam cedri abstulit: ⁊ dum tenerrimum re-
gum prolem a regni sui culmine captiuan-
do sustulit: quasi summitatem frondium
eius euulsit. Aquile vocabulo vel subtilis
sanctorum intelligentia: vel volatus domi-
nice ascensionis exprimitur. Unde ijsdem
propheta dum sub animalium specie euan
gelistas quattuor se vidisse describeret: in
eis sibi hominis: leonis: bouis. ⁊ aquile fa
ciem apparuisse testatur: quartum procul-
dubio animal Joannem per aquilam desi-
gnans: qui volando terram deseruit: quia B
per subtilem intelligentiam interna myste-
ria verbi videndo penetrauit. Cui nimirū
prophetie sententie ipse quoq̄ Joannes in
reuelatione sua de semetipso non dissonat Apo. 4.
dicens. Animal primum simile leoni: secun
dum simile vitulo: tertium animal habens
faciem quasi hominis: quartum animal si-
mile aquile volanti. Et quāuis singula ad
vnumquemq̄ euangelistam recte conueni-
ant: dum alius humane natiuitatis ordi-
nem: alius per mundi sacrificij mactationē
quasi vituli mortem: alius potestatis forti-
tudinem: quasi leonis clamorem insinuat
alius natiuitatem verbi intuens: quasi ortū
solem aquila aspectat: possunt tamen hec
quattuor animalia ipsum sanctum caput cuiꝰ
sunt membra signare. Ipse nāq̄ ⁊ homo ē
quia naturam nostram veraciter suscepit:
⁊ vitulus quia pro nobis paciēter occubuit
⁊ leo: quia per diuinitatis fortitudinem su-
scepte mortis vinculum rupit: ⁊ ad extremū
aquila quia ad celū de quo venerat redijt.
Homo ergo nascendo: vitulus moriendo:
leo resurgendo: aquila ad celos ascenden-
do vocatus est.

Capitulum. 34.

Sed hoc loco aquile nomi- A
ne subtilis sanctorum intel
ligentia: ⁊ sublimis eorum
contemplatio figuratur.
Cunctarum quippe auiuꝫ
visuꝫ acies aquile superat:
ita vt solis radijs fixos in se eiꝰ oculos: nul
la lucis sue coruscatione reuerberatꝰ clau
dat. Ad preceptum ergo dei eleuatur aqui
la: dum iussionibus diuinis obtemperās in
supernis suspenditur fidelium vita. Que ⁊
in arduis nidum ponere dicitur: quia desi-

deria terrena despiciens: spe iam de celesti-
bus nutritur. In arduis nidum ponit: qui
habitationem mentis sue in abiecta et infir
ma conuersatione non construit. Hinc est quod
cineo Balaam pphetante dicitur. Robustū
quidem est habitaculum tuum: sed si in pe-
tra posueris nidum tuum. Cineus nāq̃ pos
B sessor interpretatur. Et qui sunt qui presen
tia possident. nisi hi qui ingenio sapientie se
cularis callent? Qui in hoc veraciter robu-
stum sibi habitaculum cōstruunt: si per hu-
militatem paruuli apud semetipsos facti in
christi sublimitate nutriantur. si semetipsos
infirmos sentiūt: et in excelsa humilitate co
gniti redemptoris mentis fiduciam ponant
si ima non appetant. si omne quod preterit
cordis volatu transcendant. Videamus aq-
Phil.3. Ephe.2 lam nidū spei sibi in arduis construentem
qui ait. Nostra conuersatio in celis est. Et
rursum. Qui cōresuscitauit: et cōsedere nos
fecit in celestibus. In arduis habet nidum:
quia profecto in supernis figit consilium: non
vult mentem in ima deijcere: non vult per
abiectionem conuersationis humane in infi
mis habitare. Tunc Paulus fortasse in car
cere tenebatur: cum se consedere christo in
celestibus testaretur. Sed ibi erat vbi ardē
tem iam mentem fixerat: non illic vbi illum
necessario pigra adhuc caro retinebat. Hoc
nāq̃ esse speciale specimen electorum solet:
quod sic sciunt presentis vite iter carpere: vt per
spei celsitudinem nouerint iam se ad alta
peruenisse: quatenus cuncta que preterflu
unt sub se esse videant: atq̃ omne quod in
hoc mundo eminet: amore eternitatis cal-
cent. Hinc est enim quod sequenti se anime per
prophetam dn̄s dicit. Sustollam te super al-
Isa.58 titudines terre. Quasi quedam nāq̃ infe-
riora terre sunt: damna: cōtumelie: egestas:
C abiectio que ipsi quoq̃ amatores seculi: dū
per late vie planiciem ambulant: vitādo cal
care non cessant. Altitudines autem terre
sunt: lucra rerum: blandimenta subditorū:
diuitiarum abundantia: honor et sublimi-
tas dignitatum: que quisquis per ima ad-
huc desideria incedit: eo ipso alta estimat:
quo magna putat. At si semel cor in celesti
bus figitur: mox quam abiecta sint cernit: que
alta videbant. Nā sicut qui in montē con-
scendit: eo paulisper cetera subteriacentia
despicit: quo ad altiora gressum amplius ten
dit: ita qui in summis intentionē figere nitī
tur: dum an nisu ipso nullā presentis vite glo
riam esse deprehendit: super terre altitudies
eleuatur: et quod prius in imis desiderijs posi-
tus: super se credidit: post ascendendo prospi-
ciēs sibi subesse cognoscit. Que ergo illic do
minus facturum se esse pollicetur dicēs. Su
stollā te super altitudines terre: hec apud
beatū Job solū sese facere posse testatur di
cens. Nunquid ad preceptū tuū eleuabit aqui
la: et ponet in arduis nidū sibi: ac si diceret.
Ut ad meū: qui quod exterius precipio: hoc in-
trinsecus gratia occulte largitatis inspiro.
Sequitur. (In petris manet.) In sacro elo
quio cum singulari numero petra nominat
quis alius quam christus accipitur? Paulo atte
stante qui ait. Petra aūt erat christus. Cum 1.Cor.10
uero petre pluraliter appellant membra eius:
videlicet sancti viri qui illius robore solidati sunt
exprimunt. Quos nimirū Petrus apostolus
lapides vocat dicēs. Vos tanq̃ lapides vi
uifico edificamini domus spirituales. Ista
itaq̃ aquila que ad veri solis radios cordis
oculos erexit: in petris manere dicit: quia in di
ctis antiquorum et fortiū patrū mentis sta-
tione collocatur. Eorū quippe vitā quos in
via dei preijsse se conspicit: ad memoriā redu-
cit: atq̃ in celsitudine illorum fortitudinis studēdo
nidū construit sancte meditationis. Cūq̃ eorū
acta dicta q̃ tacite cogitat: cū presentia vite
gloriā in cōparatōe eterne excellētie quā sit
abiecta considerat: quasi sub se esse ima terrarū
in petris residēs obseruat.

Capitulum. 35.



Possunt et petre sublimes
totū celestiū potestates intelli-
gi: quando nō iam quasi more ar
borū huc atq̃ illuc ventus
nostre mutabilitatis inclinat: 21
quia velut petre in arduis site:
ab omni motu mutabilitatis aliene sunt: et
ad soliditatem sue celsitudinis ipsa cui in-
herent eternitate duruerunt. Uir itaq̃ san
ctus cum terrena despicit more se aquile
ad altiora suspendit: et per contemplatio
nis spiritum subleuatus perhennem ange-
lorum gloriam prestolatur: atq̃ huic mun-
do hospes: illa appetendo que aspicit:
iam in sublimibus figitur. Recte ergo dici-

rur:in petris manet:idest intentione cordis
inter illas celestes virtutes residet:que per
eternitatis sue fortitudinem tanta iam soli
ditate fixe sunt:vt in nullo culpe latere mu
tabilitatis varietate flectantur. Unde et
apte sequitur. ¶ Et in preruptis silicibꝰ com-
moratur:atqꝫ in accessis rupibus. Qui enĩ
sunt alij prerupti silices:nisi illi fortissimi an
gelorũ chori:q quãuis non itegri:sed tamẽ
in proprio statu sūt:cadente cuz suis ange
lis dyabolo remanserunt. Prerupti enim
B sunt:q2 pars eorum cecidit:pars remansit.
Qui integri quidem stant:per qualitatẽ me-
riti:sed per numeri quantitatem prerupti.
Hanc preruptionẽ restituere mediator ve-
nit:vt redempto humano genere illa ange-
lica damna sarciret:et mensuraz celestis pa
trie locupletius fortasse cumularet. Pro-
pter hanc preruptionẽ de patre dĩ. Pro-
posuit in eo in dispensatione plenitudinis
temporum instaurare omnia in christo:que
in celis & que in terra sunt in ipso. In ipso
quippe restaurantur ea que ĩ terra sunt: duz
peccatores ad iusticiam conuertuntur. In
ipso restaurantur ea que in celis sunt:dum
illuc humilitati homines redeũt:vnde apo
state angeli superbiendo ceciderũt. Quod
vero ait in accessis rupibꝰ:nimirũ q prerũ-
pti silices:ipsi sunt inaccesse rupes. Cordi.n.
peccatorum hominũ:valde inaccessa ẽ cla
ritas angelorum:q2 quo ad pulchra corpo
ralia cecidit:eo a spiritali spẽ oculos clau-
C sit. Sed quisqs ita contemplatione rapitur
vt per diuinam gratiam subleuatus inten-
tionem suam iam angelorũ choris interse-
rat:et fixus in sublimibus ab omni se infir-
ma actione suspendat:non ei sufficit glori
am angelice claritatis aspicere:nisi eũ eti-
am q est super angelos valeat videre. So
la nãqꝫ eiꝰ visio:vera mentis nostre refectio
est. Unde cũ dixisset hanc aqlam in petris
manere:et in preruptis silicibꝰ atqꝫ in inac-
cessis rupibꝰ cõmorari:illico subdidit. Inde
contemplatur escaz:idest ex illis choris an
gelicis tendit oculũ mentis ad contẽplan-
dam gloriam superne maiestatis:qua non
Isa.53. visa adhuc esurit qua tandez visa saciatur
Mat.5. Scriptum quippe est. Pro eo q laborauit:
anima eius videbit et saciabitur. Et rursuz.
Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: quo

niam ipsi saturabuntur. Quis vero mentis
nostre cibus sit indicatur aperte cum dici Mat.5.
tur: Beati mundo corde quoniam ipsi de
um videbunt. Et quia interpositione corru
ptibilis carnis grauati:deuz sicut est vide
re non possumus:recte subiungitur. ¶ Ocu
li eius de longe prospiciunt. Quantumlis
bet enim in hac vita positus quisqꝫ profece
rit:nec dum deum per speciem:sed per enig
matis speculum videt. Et viciño ante z cũ
respicimus verius cernimus: cum vero lon
gius aciem tendimus sub incerto visu cali
gamus. Quia igitur sancti viri in vita se cõ D
templatione erigant:et tamen deum sicut ẽ
videre non possunt:bene de hac aquila di
citur: Oculi eius de longe prospiciunt. Ac
si diceret. Intentionis aciem fortiter ten
dunt:sed nec dum propinquum aspiciunt:
cuius claritatis magnitudinem penetrare
nequaquã possunt. A luce enim incorrupti
bili caligo nos nostre corruptionis obscurat
cunqꝫ et videri aliquatenus potest: et tamẽ
videri lux ipsa sicut est non potest:quã lon
ge sit indicat. Quam si mens vt cũqꝫ non
cerneret:nec quia longe esset videret. Si
autem perfecte non cerneret:profecto hanc
quasi per caliginem non videret. Igitur q2
nec omnino cernitur:nec rursuz omnino nõ
cernitur:recte dictum est: quia a longe deꝰ
videtur. Libet ad mediuz Isaie verba de
ducere atqꝫ hec et illa:quia vno spiritu pro
ferantur indicare. Qui cum actiue vite vir Isa.33.
tutes exprimeret ait dicens: Qui ambulat
in iusticijs et loquitur veritatem : qui proijcit
cit auariciam et calumniam et excutit ma
nus suas ab omni munere:qui obdurat au
res suas ne audiat sanguinẽ:et claudit ocu
los ne videat malum : illico q ab eiusdem
actiue vite gradibus ad que contemplatio
nis culmina ascendatur:adiunxit dicens:
Iste in excelsis habitabit : munimenta sa E
xorum sublimitas eius et panis ei datus est
aque eius fideles sunt. Regez i decore suo
videbunt oculi eius:cernent terram de lon
ge. In excelsis namqꝫ habitare est: cor in ce
lestibus ponere. Et munimenta saxorũ sub
limitas nostra est:cũ fortia patruz pcepta:
et exempla respicimꝰ : atqꝫ ab ĩfima cogita
tione separamur. Munimenta saxorũ sub
limitas nostra est:cũ mente choris castrisqꝫ

celestibus iūgimur: ⁊ insidiantes malignos spūs stantes in arce cordis quasi subterpositos expugnamꝰ. Tūc nobis etiam panis datur: q2 in supernis erecta intentio: eternitatis contemplatōe reficitur. Aque eni nostre fideles sunt: q2 doctrina dei quod hic per spem promittit: hoc illic i re exhibet. Sapientia nāq3 huiꝰ mundi infidelis ē: q2 mansura post morte3 non est. Aque nostre fideles sunt: quia verba vite quod aū morte3 insinuāt: hoc etiam post mortem demōstrant. Regē in decore suo oculi nostri conspiciūt: q2 redemptor noster in iudicio ⁊ a reprobis homo videbitur: sed ad diuinitatis eiꝰ intuendam celsitudinem soli q electi sunt subleuantur. Quasi eni quandam feditatē regis videre est: solam seruilem formam i qua ab iniqs despectꝰ est cernere. Sed ab electis in decore suo rex cernit: q2 vltra semetipsos raptos i ipso diuinitatis fulgore oculos cordis figunt. Qui q̄ diu i hac vita sunt q2 illam viuentiū patriam sicut est videre non possunt: recte s dicitur: cernēt terram de longe. Quod ergo hic ait eleuabitur aqla ⁊ i arduis ponet nidum sibi: hoc ille di in excelsis habitabit: Quod hic di in petris manet: ⁊ in preruptis silicibus cōmoratur: atq3 in accessis rupibꝰ hoc illic subijcitur: munimenta saxorum sublimitas eius. Quod rursus hic subinfertur: inde contēplatur escam: h illic quoq3 subditur: panis ei datꝰ est: aque eius fideles sūt regem i decore suo videbunt oculi eiꝰ. Et quod hic subiungitur oculi eiꝰ de longe pspiciunt: hoc illic aperte subijcitur: cernent terram de longe.

Capitulum. 36.

Onsideremꝰ q̄ sublimis aqla fuerit Paulus qui vsq3 ad tertium celū volauit: s3 tñ in hac vita positꝰ e lōgin quo adhuc deū pspicit qui ait. Uidemꝰ nūc p speculū in enigmate: tunc aūt facie ad faciē: ⁊ rursum. Ego me nō arbitror comprehendisse. Sed q̄uis eterna valde minus q̄ sunt ipse conspiciat: quāuis ea se cognoscere pfecte nō posse cognoscat: ifirmis tamē auditoribus ea ipsa fundere predicando nō potest que videre saltē per speculum ⁊ imaginem potest. De semetipso quippe tanq̄ d alio

A

i.Cor.13.

Phil.3.

loquitur dicēs: Audiuit archana verba que non licet homini loq. Interna ergo q̄uis minima ⁊ extrema videantur fortibꝰ: tamē predicatoribꝰ summa sunt ifirmis do auditoribus incapabilia. Unde ⁊ predicatores sancti cū auditores suos diuinitatis pbu3 capere nō posse conspiciūt: ad sola incarnationis dominice verba descendunt. Uñ bene hic dū subleuata i arduis aqla lōge videre dicitur subinfertur. Pulli eiꝰ lambūt sanguinē. Ac si aperte diceret: Ipse qdem diuinitatis ɔtemplatione pascitur sed q2 auditores eiꝰ diuinitatis percipe archana nequaq̄ possunt: cognito crucifixi dñi cruore satiantur. Sanguinem quoq3 lambere est: passionis dñice ifirma penetrare. Hinc est q idem Paulus q sicut paulo ante ia3 diximus: ad tertiū celi secreta volauerat: discipulis dicebat. Nō enim iudicaui scire me aliqd iter vos: nisi christum Jesum: ⁊ hunc crucifixum. Ac si apte hec aqla diceret; Ego qdam escam meā diuinitatis eiꝰ potētiam de longe prospicio: sed vobis adhuc paruulis icarnatōis eiꝰ tantūmodo lambēdum sanguinē trado. Nam q per predicationem suam tacita diuinitatis celsitudine ifirmos auditores d solo cruore crucis edocet: qd aliud quā sanguinē pullis prebet. Quia vero vniuscuiusq3 sancti predicatoris aīa corruptiōe carnis exuta: ad eu3 mox ducit: q pro nobis sponte i mortem cecidit ⁊ de morte surrexit: apte de hac aqla subditur. Et vbicūq3 cadauer fuerit statim adest. Cadauer qppe a casu dicit. Et nō imerito corpus dñi ppter casum mortis cadauer vocatur. Quod aūt hic de hac aqla di: vbicūq3 cadauer fuerit stati adest: hoc de egredientibꝰ animātibus fieri vitas spōte dicens. Ubicūq3 fuerit corpꝰ illuc congregabūtur ⁊ aqle. Ac si apte dicat. Qz celesti sede icarnatus redēptor vester presideo electoꝝ qs oq3 aīas cū carne soluero: ad celestia subleuabo.

Capitulum 37.

Ed hoc quōd de hac aquila dicitur vbicūq3 fuerit cadauer statim adest: intelligi ⁊ aliter potest. Omnis enim q in peccati mortem ceciderit: non inconuenienter poterit cadauer vocari. Quasi exani

i.Cor.12.

B

i.Cor.2.

Mat.24

A

mis nāq3 iacet: qui iusticie viuificantē spiri
tum non habet. Quia ergo sanctus quisq3
predicator vbi peccatores cē considerat: il-
luc anime puolat: vt in peccati morte iacen
tibus lucem viuificationis ostendat bñ de
hac aquila dicitur: vbicūq3 cadauer fuerit
statim adest: idest. illuc tendit: vbi vtilitatē
predicatōis prospicit: vt ex eo q̄ iam spiri-
tualiter viuit: alijs in morte sua iacentibus
profit: quos corripiendo quasi edit: sed ab
iniquitate ad innocentiā permutando in
sua mēbra quasi edendo ꝯuertit. Ecce ipse
B quem ad testimonium iam sepe deduxim9:
Paulus cum nunc iudeam: nunc corīthū:
nunc ephesum: nunc Romam: nūc Hispa-
niam peteret: vt in peccati morte iacentib9
eterne vite gr̄am nunciaret: qd se aliud q̄
esse aqlā demonstrabat: que velociter oīa
transuolans vbicūq3 iacens cadauer que-
rebat: vt dum voluntatē dei lucratis pecca
toribus faceret: quasi escam suam in cada-
uere reperiret. Esca quippe iustorum est con
uersio puersorum: de qua dicitur. Operami
Jo.6. ni nō cibum q perit: sed q permanet in vi-
tam eternam. Auditis itaq3 tot sanctorum
virtutib9 beatus Job obstupuisse intelligit
7 sub ammirationis terrore soluisse. Nam
seqtur. (Adiecit dñs 7 locut9 ē ad Job)
Nunqd qui contendit cum deo tam facile
conqescit: Utiq3 qui arguit deum: debet et
respondere illi. Cur sanctus tāta hac distri-
ctione flagelli nō estimauit augeri sibi me-
rita: sed vicia resecari. Qui quia in se nul-
C la cognouit percussum se iniuste credidit: 7
percutientem prorsus arguere ē: de percus-
sione murmurare. Considerans aūt domi-
nus q̄ ea que protulit nō ex tumore super
bie: sed ex qualitate collegerat vite: pie illū
increpat dicens. Nunqd qui contendit cum
deo tam facile conqescit: Utiq3 qui arguit
deum: debet 7 respondere illi: Ac si aperti9
diceret. Qui tanta de tua actione locutus
es: cur audito sanctorum vita siluisti. Me
enī fuit arguere de percussione mea an fue
rit iusta dubitare. Et bona qdem tua vera
citer protulisti: sed hec quo tenderēt flagel
la nesciuisti: qui 7 si non habes iā3 quod cor-
rigas: habes tamen adhuc quo crescas.
In quanta vero virtutis arce q̄ plurimos
sublevem me ecce narrante cognouisti: ipse
considerabas tuam: sed aliorum celsitudi-
nem nesciebas. Auditis igitur alienis vir-
tutib9: si quid vales responde de tuis. Sci-
mus aūt q̄ cordis sui oculum per elatiōis
tenebras extinguit: q cum recta agit conside-
rare meliora merita negligit. At contra ma-
gno humilitatis radio sua opera illustrat:
q aliorum bona subtilius pensat: qr dū ea
que ipse fecerit: facta foris ab alijs prospi-
cit eum q de singularitate mitus erūpere ni-
titur superbie tumorem premit. Hinc ē q̄
voce dei ad Helyam solum se estimantem
dicit: Relinqui mihi septem milia virorum qui 3.Re.19.
non curuauerūt genua ante baal; vt dum
nō solum se remansisse cognosceret: elatio-
nis gloriam que ei de singularitate surge-
re poterat: euitare posset. Beat9 itaq3 Job
nihil peruerse egisse rephenditur: s3 de alio
rum et bene gestis docetur: vt dum se equa
les 7 alios habere considerat: ei q singula-
riter summus est se humiliter subdat.

Sancti Gregorij. Liber. 32.

Capitulum primum.

Ancti uiri A
s quo apud deum alti9
virtutum dignitate p-
ficiunt: eo subtilius indi-
gnos se esse dephendūt:
qr dum proximi luci fi-
unt qcqd eos in seipsis
latebat inueniunt: 7 tanto magis foris sibi
deformes apparent: quāto minus pulchri-
us est quod intus vident. Unusquisq3 enim
sibi dū tactu veri luminis illustraē ostendit:
7 vnde agnoscitur qd est iusticia: inde eru
ditur vt videat qd ē culpa. Hinc est q̄ sepe
mens nostra q̄tus frigida in conuersatio-
nis humane actione torpescat: quātus in q
busdam delinquat 7 nesciat: quōnis pecca
ta quedam quasi nulla perpendat: cum ta
men ad appetenda sublimia orationis cō-
punctione se erigit: ipso sue compunctiōis
oculo excitata ad circūspiciendam se post
fletum vigilantior redit. Nam cum negle-
ctum se deserit 7 ocio tepore torpescit vel
ociosa verba vel inutiles cogitationes mi-
noris esse reatus omnino credit. At si igne
compunctionis incalescens a torpore suo

tacta subito afflatu contemplationis eui-
gilet: illa que leuia paulo ante credidit: mor
vt grauia ac mortifera perhorrescit. Cuncta
enim vel in minimis noxia quasi atrocissi-
ma refugit: quia videlicet per contemptio-
nem spiritus grauida introire ad se iam in-
sania nulla permittit. Ex eo enim quod in-
tus conspicit: quam sint horrenda hec que exte
rius perstrepunt sentit: et quanto amplius
sublevata profecerit: tanto magis refugit i
sima in quibus prostrata defecit. Nihil quip-
pe eam nisi id quod interius viderat pascit
atque eo grauius tolerat: quicquid se ei extrin
secus ingerit: quo illud non est quod interius
vidit: sed ex his interioribus que rapta vide-
re potuit ad exteriora que tolerat iudican
di regulam sumit. Super se enim rapitur dum
sublimia contemplatur: et semetipsam iam
liberius excedendo conspiciens quicquid ei
ex se ipsa sub seipsa remanet subtilius compre
hendit. Ex qua re miro modo agitur: vt si-
cut superius dictum est. Unde dignior effi-
citur inde sibimet indigna videatur: et tunc
rectitudini se longe esse sentiat cum appro
pinquat. Unde Salomon ait: Cuncta tem-
Eccle. 7. ptaui in sapientia et dixi: Sapiens efficiar:
et ipsa longius recessit a me. Quesita enim
sapientia longe recedere dicitur: quia ap-
propinquanti altior videtur. Qui vero hanc
nequaquam querunt: tanto se ei propinquos esti
mant: quanto et eius rectitudinis regulam
ignorant: quia siti in tenebris mirari iudicis
claritatem nesciunt: quam nunquam viderunt:
eique in forma eius pulchritudinis non ten
duntur in semetipsis et libenter quotidie de
C formiores fiunt. Nam quisquis eius radijs
tangitur sua illi manifestius tortitudo mon-
stratur: et eo verius inuenit quantum flectatur
in vitio: quo sagacius summa considerans con
spicit quantum distat a recto. Unde beatus
Job humanum genus virtutibus transiens
amicos loquendo superauit: sed loquente
deo sublimius eruditus semetipsum cogno
scendo reticuit. Illos namque iniuste loquen-
tes subdidit: sed ad verba locutionis inti-
me reum se iuste cognouit: et quidem cur fla
gellatus sit nescit. Sed tamen cur flagella
veneratus non sit silendo redarguit. Diui-
na enim iudicia cum nesciantur: non audaci
ei sermone discutienda sunt: sed formidolo
se silentio veneranda: quia et cum causas

rerum conditor in flagello non aperit: eo iu
stas indicat quo se eas facere qui summe
iustus est demonstrat. Uir ergo sanctus et pri
us de locutione et post de silentio reprehen
sus: quid de semetipso sentiat innotescat.
Ait enim. Qui leuiter locutus sum respon-
dere quid possum? Ac si dicat: Sermonem me
um defenderem si hunc cum rationis ponde- B
re protulissem. At postquam lingua leuitate vsa
conuincitur. quid restat nisi vt conticendo re
frenetur. Sequitur. ((Manum meam po-
nam super os meum: vsu sacri eloquij i ma
nu operatio: in ore locutio solet intelligi.))
Manum ergo super os ponere est: virtute
boni operis culpas tegere incaute locutionis
Quis vero inueniri potest qui quamlibet per
fectus sit de ocioso tamen sermone non pec-
cet. Jacobo attestante qui ait: Nolite plu-
res magistri fieri in multis enim offendimus Jaco. 3
omnes: et rursum. Linguam nullius homi-
num domare potest. Cuius culpas redar- Ibi. 3.
guens per semetipsam veritas dicit: Dico
autem vobis quoniam omne verbum ocio Mat. 12.
sum quod locuti fuerint homines reddent
de eo rationem in die iudicij. Sed sancti vi
ri ante dei oculos student culpas lingue te
gere meritis vite: student bonorum operum
pondere premere immoderata verborum. Un
de in sancta ecclesia manus super os poni-
tur: dum in electis eius quotidie ociose lo-
cutionis vitium bone actionis virtute opi-
tur. Scriptum namque est: Beati quorum re- Ps. 31.
misse sunt iniquitates: et quorum tecta sunt
peccata. Sed rursum cum scriptum sit: Hebr. 4.
Omnia nuda et aperta sunt oculis eius: quo
modo tegi possunt: que eius oculis cui cun-
cta nuda sunt abscondi nequaquam possunt?
Sed quia hoc quod tegimus inferius po-
nimus: atque hoc vnde tegimus nimirum su
perducimus: vt quod est subterpositum te
gamus: tegere peccata dicimur: que quasi
subterponimus: dum bone actionis opus
ad hoc post eligimus vt preferamus. Qui
ergo priora mala deserit: et bona posteri-
us facit: per hoc quod addit: transactam ne
quitiam tegit: cui boni operis merita sup-
ducit. Beatus igitur Job sancte ecclesie ty
pum tenens: et in verbis suis sua allegans E
nostra designans: dicat ex se; dicat ex no-
bis: manum meam ponam super os meum
idest: hoc quod districto iudici de sermo

ne meo i me displicuisse considero: ante ei⁹ oculos sub velamine recti opis abscondo. Seqtur. (Unū locut⁹ sum quod vtinā nō dixissem ⁊ alterum qbus vltra nō addā.) Si transacta beati Job vba discutimus: nihil eū neqter dixisse reperimus. Si vo dicta eius que cū veritate ac libertate prolata sunt: in aliquo superbie vicio flectimus: duo iam solūmodo nō erunt qꝛ multa sūt: sed qꝛ loq nostrum est hoībus occultū sensum verbis aperire: loq vero nostrū ad diuinas aures est motum mētis et expressionem actōnis ostendere. Beatus Job ad libram se subtilissimi examinis pensans: locutione sua secūdo se deliqsse confitetur. Unū enim loq illicite ē: res flagello dignas agere: aliud loq illicite est: etiam de flagello murmurare. Qui ergo ante increpatōē diuinam i omni opere hoībus prelatus fuit ipse in altum icrepatōe proficiens ⁊ minus se rectū prius i opere: ⁊ minus se patientē post i verbere agnouit. Unde semetipsum redarguit dicens: vnum locutus sū: quod vtinam nō dixissem: ⁊ alterum qbus vltra non addam. Ac si dicat: Rectum me qdem inter homines credidi: sed te loquente ⁊ ante flagella prauum: ⁊ post flagellis me rigidum inueni. Quibus vltra nō addam: qa iam quāto nūc te loquente subtilius intelligo: tanto meipsum humilius inuestigo.

Capitulum. 2.

A

Et qꝛ beatus Job sctē ecclesie typum tenet: possunt electis oībus hec eius vba congruere: q cognoscentes dūm i vno ⁊ alio deliqsse se sentiunt: qꝛ se itelligūt vel in cogitatōe ⁊ ope: vel in dei ac pximi neglecta dilectōe peccasse. Quibus se promittunt vltra nil addere: qꝛ per conuersionis grām curant penitendo quotidie etiam transacta purgare. Per hoc tamen quod beatus Job de duobus se penitēdo redarguit: liquido ostendit: qꝫ peccator ois in penitentia duplicem habere gemitum debet nimirum qꝛ bonum quod oportuit non fecit: ⁊ malum quod non oportuit fecit. Hinc est enī quod per Moysen de eo q iuramentum ptulit: vt vel male quod vel bene facere: atqꝫ hoc ipsum obliuione transcēdit dicitur: Offerat agnam de gregibus sine

Leui. 5.

capram: orabitqꝫ pro eo sacerdos: ⁊ pro peccato eius. Sin autem non potuerit offerre pecus offerat duos turtures: vel duos pullos colūbarum: vnum pro peccato: ⁊ alterū in holocausto. Juramentum nāqꝫ pferre ē: voto nos diuine seruitutis alligare ⁊ cum bona opera pmittimus: bū nos facere spondemus. Cum vero abstinentiā cruciatūqꝫ carnis nostre vouem⁹ mala ad presens nos nobis facere iuramus. Sed qꝛ nullus i hac vita ita perfectus est: vt quālibet deo deuotus sit inter ipsa quālibetcunqꝫ pia vota nō peccet: pro peccato agna offerri de gregib⁹ siue capra precipitur. Quid enim per agnā nisi actiue vite inocentia: qd per caprā que in summis sepe extremisqꝫ rupibus pēdens pascitur: nisi contemplatiua vita signatur? Qui ergo se conspicit promissa se proposita non implesse: ad sacrificium dei sese studiosius debet vel innocentia boni operis: vel non sublimi pastu contemplatōis accingere: ⁊ bene agna de gregibus: capra vero offerri de gregibus non iubetur: qꝛ actiua vita multorum est: contemplatiua paucorū ⁊ cum hec agimus que multos agere ⁊ egisse conspicimus: quasi agnam de gregib⁹ damus. Sed cum offerentis virtus ad agnā caprāqꝫ non sufficit: in remedio penitentis adiungitur: vt duo pulli columbarum vel duo turtures offerantur. Scimus qꝛ colūbarū pulli vel turtures pro cantu gemitus habent. Quid ergo per duos colūbarum pullos vel duos turtures nisi duplex penitētie nostre gemitus designatur: vt cū ad offerēda bona opera nō assurgimus: nosmetipsos dupliciter defleamus: qꝛ ⁊ recta non fecimus: ⁊ praua operati sumus. Unū ⁊ vn⁹ turtur pro peccato: alter vero offerri in holocaustum iubetur. Holocaustum nāqꝫ totum incensum dicitur: vnum ergo turturē pro peccato offerimus: cum pro culpa gemitum damus de altero vero holocaustū facimus cum pro eo quod bona neglexim⁹ nosmetipsos funditus succendētes igne doloris ardemus. Quia igitur duplex in penitentia gemitus debetur: beatus Job diuine vocis increpatione proficiens atqꝫ i sua reprehensione succrescens: dixisse se vnum ⁊ alterū penitēs fatetur: ac si apte dicat: ⁊ erga bona p negligentiā torpui: ⁊ ad mala per audaciam prorupi.

B

C

Capitulum. 3.

A Job Ca.40. Respondens autē dñs Job de turbine dixit. Accinge sicut vir lūbos tuos: ⁊ interrogabo te: ⁊ indica mihi.

Quid sit dñm de turbine respondere: qd beatum Job lūbos accingere: qd, interrogare dei: qd hominis indicare. Primo iam domini sermone tractatū est: q̄ ergo lectoris tedio parcimus curamus summope ne dicta replicemus. Seqtur. ((Nunqd irritū facies iudicium meū: ⁊ cōdemnabis me vt iustificeris tu?)) Quisqs contra flagella celestia dñi seipm defendere nititur: flagellantis iudicium euacuare conatur. Nā cū culpa sua feriri se denegat: qd aliud q̄ iusticiā ferientis accusat? Beatū itaq̄ Job nō idcirco flagella celestia pcusserunt: vt in eo culpas extinguerent: sed potius vt merita augerent quatenus qui trāquillitatis tēpore in tanta sanctitate clarueerat: vt ex pcussione pateferet: que in eo etiā patientie virtus late-

B bat. Qui qdem culpam suā inter flagella non inueniens. nec tamē flagella cadē cām sibi esse augendi meriti deprehendēs iniuste se feriri credidit: cum qd in se debuisset corrigi non inuenit. Sed ne ipsa innocētia i tumorem elationis inflaretur: diuina voce corripitur: ⁊ mens eius ab iniquitate libera: sed verberib⁹ pressa ad iudicia occulta reuocat: vt superna sentētia: ⁊ si non est cognita nō tamē credatur iniusta: sed eo saltē iustum credat oē qd patitur: quo nimirum constat q̄ deo auctore patiatur. Magna enim satisfactio percussionis est: volūtas iusta conditoris. Que cām iniustū facere nil solet: iusta agnoscitur: etiā si latet. Nā cum pro iusticie peccato percutimur: si i pcussione nostra diuine volūtati cōiungimur: mox a nostra iniusticia ipsa cōiunctione liberamur. Quisqs enim iam percussionem tolerat: sed adhuc causas pcussionis ignorat: si iustum credens hoc ipm cōtra se iudicium amplectitur: eoipso ab iniusticia sua iaz eor

C rectus est: quo pcussum se iuste gratulatur. In vindicta enim sua deo se socians: sese contra se erigit: ⁊ magna est iam iusticia qd voluntati iudicis cōcordat in pena: cui discrepauit in culpa. Uir igitur sanctus q̄ nulla deo culpa discrepauerat: quasi cū dissimultate et inter supplicia cōcordabat. Neq̄ enim credidit q̄ flagella que solent vicia extinguere: in illo sola merita augerēt. Unde nūc iuste corripit: vt occultis iudicijs ⁊ nesciens subderet: ei q̄ dicit. Nunqd irritū facies iudiciū meū: ⁊ condēnabis me vt tu iustificeris? Ac si apte diceretur. Tua qdez bene acta cōsideras: sz mea occulta iudicia ignoras. Si ergo ex tuis meritis cōtra mea flagella disputas: qd aliud q̄ me de iniusticia adducere te iustificādo festinas. Seqt.

Capitulum. 4.

Si habes brachiū sicut de⁹: ⁊ si voce simili tonas.)) Or- A
humanū gen⁹ beatus Job meritis transcendebat: eius pius cōditor ⁊ eruditor ad cōsiderandam similitudiēz sue magnitudinis puocat: vt cognita tāta dissimilitudine: in humilitate se fimat. Sed cum in deo vox ⁊ brachium dicit: cauendū summope est: ne quid in eo mens corporeū suspicetur. In antropho morphitaꝝ namq̄ heresim cadere ē: eū qui incircūscripte iplet ⁊ circūplectitur oīa: intra corporalia liniamenta concludere. Sed oīpotens deus ad sua nos trahens vsq̄ ad nostra se humiliat atq̄ vt alta insinuet: humilibus cōdescēdit: quatenus paruuloꝝ animus rebus cognitis enutritus ad inquirenda exurgat incognita: atq̄ ab eo q longe super ipm est: quedam iuxta se audiens quasi quibusdā ad illum passib⁹ moueat. Unde fit vt p scripturam suā aliquādo a corporib⁹ hominū: aliquādo a mēbris: aliquādo vero ab anib⁹ B
aliquādo etiā ab insensatis rebus quasdā longe dissimiles in se similitudines trahat. Plerūq̄ enim a corporibus hominū in se Zach. 2
similitudinez trahit: sicut de eo ppheta ad israel dicit: qui tetigerit vos: tāgit pupillā oculi eius. Et sicut de eo rursum sperāti homini p prophetaz dicitur. In scapulis suis Ps. 90.
obūbrabit tibi. Constat nimirum q̄ in natura sua nec oculū deus nec scapulas habeat sed q̄ nos p oculū cernim⁹: i scapulis vero onera sustinem⁹ deus qd oīa videat oculuz habere phibetur: qd vero nos tolerat: atq̄ eoipso quo tolerat seruat: obūbrare nobis i scapulis dicit. Ait enim. In scapulis suis

obumbrabit tibi. Ac si diceret peccatori ho
mini: et post peccatū veniā deprecanti. Ea pie
tate dñs te ptegit: qua te pietate tolerauit.
Obūbrat enim in scapulis suis: qz dū por
tat defendit. Ca. 5.

Liquādo vero a mentibus
A in se similitudinē trahit: si
cut per pphetam ad israel
Hiere. 2. dicit. Recordatus sum tui
miserās adolescentiā tuā.
Isa. 49 Et rursum per sponse cōpa
ratione loquens ait. Et si illa oblita fuerit:
ego tamē non obliuiscar tui. Quis enī ne
sciat: qz dei memoria nec obliuione rumpit:
nec recordatione sarcitur? Sed dū aliqua
deserens pterimittit: more mentiū obliuisci
dicitur: et cum post longū tēpus que volue
rit visitat: nostre mutabilitatis cōsuetudine
recordatus vocatur. Quo enim pacto diui
nitatis eius vim obliuio dissipat: cui ipsa
quoqz laudabilis memoria essentialiter cō
cordat. Nulla nāqz nisi aut pterita aut pre
sentia recordant. Quō ergo deus pterito
rum reminiscitur: cum ipsa que in semetipsis
pterenunt: eius nutui semp psentia assistūt.
Aut quō absentiū recordatur: dum oē qd ē
B per hoc illi presto est qd in ipso est. Qd si ei
presto nō esset oino nō esset: nam nō existē
tia vidēdo continet. Quicqd ergo creator
non videt essentia subsistendi caret. Aliqñ
aūt ab auibus in illū similitudo trahitur: si
Deut. 32 cut per moysen dicit. Expandit alas suas et
Ps. 16. assumpsit eos. Et sicut propheta ait. Sub
vmbra alarū tuarū ptege me. Qz enī nos
paruulos dñs ptegit nutrit: et nō graui atqz
onerosa: sed leui et blanda ptectiōe nos re
fouet: dū suas in nos misericordias exerit
quasi more super nos auiū alas tendit. Ali
quādo insensatis rebus pter infirmitatē
nostrā alta cōdescēsione se cōparat sicut p
Amos. 2. pphetā dicit. Ecce ego stridebo subter vos
sicut stridet plaustrū onustū feno. Qz enim
Isa. 40 fenū est vita carnaliū sicut scriptū ē. Ois
caro fenū: in eo enim qz dñs vitā carnaliū
patitur: more plaustri fenū se portare testa
tur. Cui sub feni onere stridere est: pōdera
et iniqtates peccantiū cū querela tolerare.
Cum ergo lōge dissimiles in se similitudines
trahat: solerter intuendū est qz quedā talia
aliquādo dicant in deo pter effectū opis:
aliquādo aūt ad indicandā eius substātiā

maiestatis. Nam cū in deo oculus: scapule C
atqz pes: ale nominant: effectus quidā ope
rationis ostenditur. Cū vero manus: brachiū
dextera: vel vox in deo dicitur: p hec voca
bula cōsubstantialis dei filius demōstratur.
Ipse quippe est manus et dextera de cuius
ascensione p moysen pater loqtur dicens.
Tollā in celū manū meā: et iurabo p dexte
ram meā. Ipse brachiū de quo ppheta ait
Et brachiū dñi cui reuelatū est? Ipse vox: Isa. 53.
qz eū pater gignēdo dixit. Filius meus es tu:
ego hodie genui te. Et de quo scriptum est. Jo. 1.
In pncipio erat verbū: et verbū erat apud
deum: et deus erat verbū. Per hoc verbū
fecisse patrē omnia. Dauid asserit dicens.
Dixit et facta sunt. Deū ergo brachiū ha Ps. 32.
bere est: operantē filiū gignere. Uoce tona
re est: cōsubstantialē sibi filiū mundo terri
biliter demōstrare. Beato igitur Job dum
dicit dñs: si habes brachiū sicut deus: et si
voce simili tonas: mira dispensatione pieta
tis eum dum increpat exaltat: qz cum quē
sua cōparatiōe supat: superiorē cunctis de D
monstrat. Cui in hac pposítione subiungit.
Circūda tibi decorē: et in sublime erigere et
esto gloriosus: et speciosis induere vestibus
subaudis et ego. Ipse enim sibi circūdat de
corem de quo scriptum est. Dñs regnauit
decorē induit. Ipse apud nos i sublime eri Ps. 90
gitur cum nostris mentibus in natura sua
esse impenetrabilis demonstrat. Ipse vero
gloriosus est: qui dū seipso pfruitur: accedē
tis laudis indigens non ē. Ipse speciosis i
duitur vestibus: qz sanctorū angelorū cho
ros quos condidit in visum sui decoris as
sumpsit: et velut quandā vestem gloriosam
sibi ecclesiam exhibet: non habentē rugam
aut maculam. Unde ei per pphetā dicitur.
Confessionē et decorē induisti: amictus lu Ps. 103
mine sicut vestimēto. Hic qppe cōfessionem
induit: illic decorē: qz quos hic p penitētiā
confitentes fecerit: illic fulgentes p decorē
iustitie ostendit. Luce ergo sicut vestimēto
amictus est: qz sanctis oibus quibus dictum
ē: vos estis lux mundi: in illa eterna gloria
vestietur. Unde et per euangelium dicitur. Mat. 17
Quia transfigurato in mōte dño: vestimen
ta eius facta sunt cādida sicut nix. In qua
transfiguratione: qd aliud qz resurrectiōis
vltime gloria nunciatur? In monte enim
vestimenta eius sicut nix facta sunt: quia in

superne claritatis culmine, sancti oēs ci iu-
ce iusticie fulgentes adherebunt. Ca. 6.

A S

Ed qz speciosarum vestiu;
nomine: iustos sibi quomo
do adiungat insinuat: inui
stos etiam quomodo a se
disiungat ostēdat. Sequi-
tur. ((Disperge superbos
in furore tuo.)) Subaudis vt ego: qui eos
a tranquillitatis tempore vniuersa cōtra me
tolero & districtus quādoqz veniens: in meo
eos furore disperge. Sed inter hec solerter
intuendum est: quod grauis pfidie error ad
mittitur: si fortasse qs estimet: quia i illa di-
uinitatis substantia furor & trāquillitas va
rietur. Creator nāqz oīum eo summe imor-
talis est: quo creature more mutabilis non
Jacobi est. Hinc de illo per Jacobū dicitur. Apud
quem non est transmutatio nec vicissitudi-
nis obumbratio. Hinc rursum scriptum est.
Sap. 12 Tu autem dñe cum tranquillitate iudicas.
Hiere. 25 Hinc ppheta ait. Deserta facta est terra a
facie ire colūbe a facie furoris dñi. Qd enim
iram colūbe predixerat: hoc furorez domini
subiunxit. Colūba nāqz valde simplex ē ani
mal: & qz in deuz nulla furoris inequalitas
serpit: furorem dñi iam colūbe nominauit:
B vt enim diuine districtionis vim impertur-
babilem demonstraret & iram dixit & colum
be. Ac si apertius diceret. Districtum iudi
cium incōcussus exerit: qui permanēs man-
suetus iniustos punit. Unde & i extremo iu
dicio in semetipso incōmutabilis manens:
nulla vicissitudine ac mutabilitate variat:
sed tñ electis ac reprobis nequaqz sub spe-
cie eiusdem incōmutabilitatis ostendit: qa
& tranquillus iustis & iratus apparebit iniu
stis. Testem enim conscientiā intra semet-
ipsos deferunt. Unde eorū mentes eque vnū
respiciant: sed nō equaliter modif. cent: qz &
istis cum benignū ostēdit anteacta iusticia:
C & illis terribilē culpa. Quorū pauorē quis
explicet: cum cōtigerit miseris & intra se cul
pas cernere: & ante iudicē iustū videre. Hoc
nimirum quotidie in vsu psentis vite agit:
vt de qualitate venturi iudicis mortalium
corda doceantur. Nā cum duo ad iudiciū
pergunt: alius innocentie sibi cōscius: alius
culpe. ante prolatam sniam adhuc tacentē
iudicē vterqz conspiciunt: & tamē culpe de-
bitor grauem ɔtra se iram hoc ipm iudicis
silentiū suspicatur. Quā iram sibi non de-
nunciat perturbatio iudicis: sed recordatio
prauitatis. Qz & si adhuc foris reum sentē-
tia non clamat, intus tamē grauiter ɔscien-
tia accusat. At contra iusticie amicus decer-
nentis vultuz cōspicit: sed intus de testimo
nio bone recordatiōis hilarescit: & quo apd
B se qd metuat nō hab;: omne qd erga semet
ipsam est blandū videt. Hoc itaqz loco fu-
ror domini dicitur nō pturbatio diuine sub
stātie: sed sup peccatores male sibi cōscios
examinatio iuste vindicte. Quāuis enim eū
tranquillum in iudicio videāt: tamē quia fe
riendos se ab illo nō dubitāt: eū in suis mo
ribus perturbatū putant. Sequit. ((Et re-
spiciens oēm arrogantē humilia.)) Ac si di
cat vt ego. Apte aūt ad vindicte ordinē ar-
rogantibus superborū eu pa ppoiur: qa
nimirū non supbia de arrogantia sed gene-
ratur arrogantia de superbia. Duobus aūt
modis a dño peccator vnusquisqz respicit:
cum aut a peccato conuertit: aut ex pecca-
to punitur. De respectu enim cōuersionis di
citur: qz respexit dñs Petrum & recordatus
Petrus verbi Jesu fleuit amare. De respe
ctu vltionis rursus dicitur. Vultus aūt dñi
super facietes mala: vt perdat de terra me
moriam eorū. Utrisqz aūt modis in humi
litate arrogans sternit: qz aut penitēdo co-
gnoscit culpam: aut pereundo percipit pe-
nam. Sequitur. Ca. 7.

A

Espice cūctos supbos & cō
funde eos: & ptere ipsos in
loco suo: subaudis vt ego.))
Supbi enī ex respectu dñi
cōfunduntur: aut hic de pie-
tate dñi cognoscentes cla-
mātes crimina: aut illic supplicia de iusticia
Eccl. 10. sentiētes. Impiorū vero locus ipsa supbia
est: qz cum scriptū sit. Initiū oīs peccati su-
perbia: vnde oritur impietas: ibi cōtinet su
B perbia quāuis necquicqz a superbia distat
impietas. Ualde enim superbire ē impia de
auctore sentire. Impius ergo i loco suo cō-
teritur: qz ipsa supbia qua eleuatur opprimi-
tur: cūqz efferēdo se in cogitationibus erigit:
lumen sibi iusticie qd inuenire debuisset ab-
scondit. Sepe aūt dum contra deum falsa
Ps. 72. gloria exterius pficit: vera miseria interius
marcescit. Unde ppheta ait. Deiecisti eos
dum alleuarētur. Nō enim ait deiecisti eos

postq̄ eleuati sunt: sed dum alleuarent: q̄a hoc ipm̄ fit superbis interius deijci: qđ eis falsa contingit gloria exterius eleuari. Ordinante aūt diuino iudicio: nō eis hic aliud culpa est: atq̄ aliud pena: sed sua illis in penā vertitur culpa: vt elatis fastu superbie. Hoc ipm̄ fit vere intus cadere qđ foris ostēditur ꝓfecisse. Seqtur. ¶ Absconde eos i puluere simul ꝛ facies eoꝝ demerge in fouea.] Ac si dicat vt ego. Supbos enim atq̄ ipsos iusto iudicio dn̄s in puluere abscondit: q̄a C eorū corda ipsis que despecto amore creatoris eligunt terrenis opprimi negocijs permittit. Vñ ꝛ illorum vitam cū in extremo iudicio discutit: tanq̄ sibi abscōditā nō agnoscit dicens. Nescio qui estis. Vita prauorū sub puluere absconditur: q̄ abiectis et infimis desiderijs grauat̄. Quisq̄s enī adhuc ea que mūdi sunt appetit: quasi ante faciē veri luminis nō apparet: q̄ nimirū sub puluere terrene cogitationis latet. Hūc prauarum cogitationū puluerem oppressa mens tolerat: quem ventus nequissime tentationis apportat.

Capitulum. 8.

Recte ergo dr: Per gyrum dentium eius
formido. idest iniquos predicatores anti
christi peruerse huius seculi protegunt po
testates. Nam quos illi appetunt loquen
do seducere: multi potentium student seui

endo terrere. Per gyrum ergo dentium eius
formido est. Ac si aperte diceretur. Idcirco
isti perversi predicatores aliquos subden-
tes conterunt: quia circa ipsos sunt alii qui infir-
morum mentes terrentes affligant. Quale
itaque illud tempus persecutionis apparebit
quando ad pervertendam fidelium pieta-
tem alii verbis seviunt: alii gladiis. Quis
etiam infirmus leviathan istius dentes non
despiceret si non eos per circuitum potesta-
tum secularium terror muniret? Sed dupli-
ci contra eos calliditate agitur: quia quod eis
ab aliis verbis blandientibus dicitur: hoc
ab aliis gladiis ferientibus imperatur. Que
utrorumque actio. i. potentum atque loquenti-
um: in Ioannis apocalypsi breui est sente-
Apoc. 9 tia comprehensa qua dicitur: Potestas
equorum in ore et in caudis eorum erat.
In ore namque doctorum scientia: in cauda
vero secularium potentia figuratur. Per
caudam quippe que retro est huius seculi
Phil. 3. postponenda temporalitas designatur: de
qua Paulus apostolus dicit: Unum autem
que retro oblitus ad ea que ante sunt exten-
tus. Retro enim est omne quod transit: an-
te vero est omne quod veniens permanet.
Istis ergo equis. i. nequissimis predicatoribus
ubique carnali impulsu currentibus in ore et
in cauda potestas est: quia ipsi quidem perversa
suadendo predicant: sed temporalibus pote-
statibus fulti: per ea se que retro sunt eral-
tant. Et quia ipsi apparere despicabiles pos-
sunt: ab iniquis auditoribus suis per eos
sibi reverentiam exigunt: quorum patroci-
niis fulciuntur. Unde hic quoque non imeri-
to per gyrum dentium eius formido inesse
describitur: quia multis terroribus agitur: ut in
perversis eorum predicationibus: etsi non veri-
tatis sententia: certe temporalis potentia timeatur.
Unde bene eundem antichristum psalmista descri-
Ps. 9 psit dicens: Sub lingua eius labor et dolor: se-
det in insidiis cum divitibus in occultis. Pro-
pter perversa eius dogmata sub lingua eius
labor et dolor est. Propter miraculorum ve-
B ro speciem sedet in insidiis: propter secula-
ris autem potestatis gloriam: cum divitibus
in occultis. Quia enim simul et miraculorum
fraude: et terrene potestate utitur: et in oc-
cultis et cum divitibus sedere perhibetur.
Sequitur. ((Corpus illius quasi scuta fusi-
lia.)) Sacra scriptura scuti nomine aliquan-
do vel in parte prospera: aliquando in ad-
versa consuevit: nam sepe scuti defensio pro
divina protectione ponitur: nonnunquam vero
pro humana repugnatione memoratur.
Pro divina enim protectione ponitur si-
cut per psalmistam dicitur: Scuto bone voluntatis Ps. 5.
tue coronasti nos. Scuto nos dominus corona-
re perhibetur: quia quos protegens adiuvat
remunerans coronat. Rursum pro huma-
na repugnatione per eundem prophetam scu-
tum ponitur: sicut alibi ait: Ibi confregit cor- Ps. 65.
nua: arcum scutum gladium et bellum. In
cornibus quippe elatio superborum: in ar-
cu enim insidie longe ferientium: in scuto au-
tem obstinata duricia defensionum: in gla-
dio autem vicina percussio: in bello vero ipsa
contra dominum mentis motio designatur.
Quod nimirum totum in sancta ecclesia con-
fringitur: dum mentes deo resistentium su-
perposito iugo humilitatis edomantur.
Hinc rursum per eundem psalmistam dicitur: Arcum Ps. 45
conteret et confringet arma: et scuta combu-
ret igni. Arcum enim dominus conterit: cum
occulta insidiantium machinamenta dissol-
vit. Arma confringit cum ea que contra se
erecta fuerant patrocinia humana commi-
nuit. Scuta igni comburit cum peccantium
mentes obstinata se duricia defendentes
ad penitentie et confessionis ardorem san-
cti spiritus calore succendit.

Capitulum. 30.



Quod vero in hoc loco corpus
leviathan istius scutis fusi- A
libus comparatur perscrutan-
dum nobis innuitur: quia du-
rum quidem sed tamen excu-
labitur fragile solet esse vas
omne quod fusile est. Scuta ergo si sunt fusilia in su-
scipienda sagittarum percussione robusta sunt:
sed casu fragilia. Ictu quidem ferientium mini-
me penetrantur: sed suo se lapsu per fragmenta
dissolvunt. Corpus ergo leviathan istius. i. omnes
iniqui: quia per obstinationem duri sunt: sed
per vitam fragiles: scutis fusilibus compa-
rantur. Cum enim verba predicationis au-
diunt: nulla correctionis iacula se penetra-
re permittunt: quia in omni peccato quod faciunt:
scutum superbe defensionis opponunt. Nam
cum talium quisque de reatu sue iniquitatis ar-
guitur non more cogitat: quomodo culpam
corrigat: sed quid in adiutorio sue defensio-

B nis opponat. Nulla igitur veritatis sagitta penetratur: quia verba sancte correctionis in scuto excipit superbe defensionis. Unde bene de iudeis contra precepta domini superba se defensione tuentibus per Hieremiam dicitur. Redde eis vicem domine iuxta opera manuum suarum. Moxque eandem vicem expressius subdidit dicens. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Labor quippe domini apparens inter homines passibilis eius humanitas fuit: quam iudei superbe sapientes: dum cernerent desperaverunt eumque immortalem credere dedignati sunt: quem natura passibili mortalem viderunt. Cumque eius humilitatem conspicerent: superbie fastibus obdurati:
C summa cura moliti sunt: ne eorum mentes sancta predicantium verba penetrarent. Dum ergo eis dominus vicem malorum operum redderet: dedit illis scutum cordis laborem suum quia recto iudicio inde illos contra se superbe obstinatos exhibuit: unde ipse pro nobis in infirmitate laboravit. Repulerunt quippe a se verba predicantium: quia dedignati sunt in domino infirma passionum. Laborem igitur domini contra eundem dominum scutum cordis habuerunt: quia superba sapientibus eo despectus apparuit quo propter eos humilis fuit.

Capitulum. 31.



Hoc scutum sicut etiam superius diximus primus ille peccator tenuit: qui requirente domino cur lignum vetitum contigisset:
A non ad se culpam retulit: sed a muliere quam dominus dederat se accepisse respondit: ut quasi reatum suum oblique in auctorem retorqueret: qui ei mulierem dederat que talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit: quando neque ipsa ad se culpam retulit: sed serpentis illud persuasionibus replicavit dicens.
Gen.3. Serpens decepit me et comedi: ut ipsa quoque reatum suum oblique in creatorem reduceret: qui illic intrare serpentem persuasurum talia permisisset. Serpens vero iam non requiritur: nec eius penitentia querebatur. Hi autem quorum penitentia quesita est: scutum nequissime defensionis contra iustissime correptionis verba protulerunt. Unde nunc usque in usum peccantium trahitur: ut culpa cum arguitur defendatur: et unde finiri reatus debuit inde cumuletur. Bene ergo dicitur corpus illius

B finis reatus culpe in confessione est

quasi scuta fusilia: quia omnes iniqui ne ad se corripientium verba perveniant: quasi contra adversariorum scuta defensionum parant. Quod videlicet eius corpus adhuc nobis expressius detegit dum subiungit. Compactum squamis se prementibus. Fertur quod draconis corpus squamis tegitur: ne cuiusquam iaculatione ullius penetretur. Ita corpus omne diaboli. i. multitudo reproborum cum de iniquitate sua corripitur: quibuscumque valet tergiversationibus se excusare conatur: et quasi quasdam defensionis squamas obiicit: ne transfigi sagitta veritatis possit. Quisquis enim dum corripitur peccatum suum magis excusare appetit quam deflere: quasi squamis tegitur: dum a sanctis predicatoribus gladio verbi iaculatur. Squamas habet: et idcirco ad eius precordia transeundi viam sibi sagitta non habet. Duricia enim carnali repellitur: ne spiritalis ei gladius infigatur. Carnali sapientia contra deum Saulus obduraverat, quando cor eius nulla predicationis evangelice sagitta penetrabat. C Sed postquam forti celitus increpatione iaculatus: et superno respectu cecatus est: lumen quippe ut acciperet amisit ad ananiam veniens illuminatur. In qua illuminatione quia defensionum suarum duricia caruit: bene de eo scriptum est. Ceciderunt quasi squame de oculis eius. Act.9. Carnalis videlicet tegumenti illum duricia presserat: et idcirco radios veri luminis non videbat. Sed postquam superbe repugnationes eius victe sunt: squame defensionum eius ceciderunt: que quidem sub ananie manibus ab oculis ceciderunt corporis: sed ante iam sub dominica increpatione ceciderunt ab oculis cordis. Cum enim alte increpationis iaculo confossus iaceret: humili iam et penetrato corde requirebat dicens. Domine quid me vis facere: Repulsis videlicet squamis iam ad cordis viscera veritatis sagitta pervenerat: qui deposita elatione superbie eum quem impugnaverat dominum confitens: et quid ageret nesciens requirebat. Intueri libet ubi est sevus ille persecutor: ubi lupus rapax.

Capitulum. 32.



Ecce in ovem iam versus est qui percunctatur pastoris semitam quam sequatur. Et A notandum quod cum diceret. Quis es domine? Non ei a do

mino respondetur. Ego sum vnigenitus pa
tris: ego principiū: ego verbū ante secula.
Qr enim Saulus incarnatum dn̄m credere
contemnebat: z eius humanitatis infirma
desperaverat: de celo hoc q͛ contempserat au
divit. Ego sum Jesus Nazarenus quez tu
persequeris. Ac si diceret. Hoc a me audi de
superioribus: q͛ in me de inferioribus de-
spicis: auctorem celi venisse desperas in
terram: ex terra ergo hominē cognosce de
celo: vt tanto in me amplius sacramenta in
firmitatis metuas: quanto z hec perducta i
celestibus ad excellentiam potestatis pro-
bas. Prosternens igit͛ te nequaq̄ te astruo
q͛ ante secula deus sum: sed illud a me au-
dis quod de me credere dedignaris. Post-
q̄ enim dixit Jesus: adhuc in expressiōe ter
rene inhabitationis subdidit: Nazarenus:
velut si apertius diceret. Humilitatis mee
infirma suscipe: z tunc superbie squamas amit
te. Sciendum tamen est: q͛ iste defensionū
squame quāuis pene omne humanum ge-
nus contegant: hypocritarū tamen specia-
liter z callidiorum hominū mentes ꝑmunt.
Ipsi etenim culpas suas tanto vehemētius
confiteri refugiunt: quanto z stultius vide-
ri ab hominibus peccatores erubescūt. Cor
repta itaq̄ simulatio sanctitatis z malicia
occulta deprehensa: squamas obijcit defen
sionis: z veritatis gladium repellit. Vn̄ be
ne per ꝓphetam contra iudeā dicitur. Ibi
Isa. 34 cubauit lamia z inuenit sibi requiem: ibi ha
buit foueam ericius. Per lamiā q̄ppe hy-
pocrite: per ericium v͛o maliciosi quiq̄: qui
diuersis se defensionib͛ contegunt designā-
tur. Lamia etenim humanam habere dicit͛
faciem: sed corpus bestiale: sic z omnes hy
pocrite in prima facie q͛ ostendunt: quasi
ex ratione sanctitatis est: sed bestiale ē cor
pus q͛ sequitur: q͛ valde iniq̄ sunt que sub
boni spē moliunt͛. Ericij aūt nomine mali-
ciosorū mentium defensio designat͛: q͛ vide
licet ericius cū apprehenditur eius z caput
cernitur: z pedes vident͛: z corpus oē con-
spicitur: sed mox vt apprehensus fuerit: se-
metipm̄ in speram colligit: pedes introrsus
subtrahit: caput abscondit: z intra tenentis
manū totum simul amittitur: q͛ totū simul
ante videbatur. Sic nimirum sic maliciose
C mentes sunt: cum in suis excessibus cōpre-
henduntur. Caput enim ericij cernitur: q͛ q̄

initio peccator ad culpam accesserat videt͛:
pedes ericij conspiciuntur: q͛ quibus vesti-
gijs nequicia sit ꝑpetrata cognoscitur: z ta-
men adductis repente excusationibus mali
ciosa mens introrsus pedes colligit: q͛ cun
cta iniquitatis sue vestigia abscondit. Ca-
put subtrahit: q͛ miris defensionibus nec i
choasse se prauum aliquod ostendit: z qua-
si spera in manu tenētis remanet: q͛ is qui
corripit cuncta que iam cognouerat subito
amittens: inuolutum intra conscientiā pec
catorem tenet: z q̄ totū iam deprehēdendo
viderat: tergiuersatione praue defensionis
illusus totum pariter ignorat. Foueā ergo
ericius in reprobis habet: q͛ maliciosa mēs
sese intra se colligens: in tenebras defensio
nis abscondit. Sed in hoc se peccator exca
sat: in q͛ caligosis defensionib͛ sicutum in se
oculum corripientis obnubilat: diuinus no-
bis sermo etiam quō a similibus fulciatur
ostendit. Sequitur.

Capitulum. 33.



Na vni coniungitur et ne A
spiraculū quidem incedit p
eas q̄ iste squame peccātiū
ne ab ore predicantiū ali-
quo vite spiraculo penetrē
tur: z obdurate sunt z con
iuncte. Quos enim similis
reatus sociat: cōcordi pertinacia etiam de-
fensio peruersa constipat: vt de facinoribus
suis alterna se inuicem defensione tueātur.
Sibi enim quisq̄ metuit: dum admoneri vel
corrigi alterum cernit: z idcirco contra corri
pientium verba vnanimiter assurgit: q͛ se
in altero protegit. Bene ergo dicitur. Una
vni cōiungitur: z ne spiraculum quidem in-
cedit per eas: q͛ iniquitatibus suis dum vi
cissim superba se defensione protegunt: san
cte exhortationis spiracula ad se nullaten͛
intrare permittunt. Quorum pestiferā con-
cordiam adhuc apertius subdidit dicens.
Una alteri adherebit: z tenentes se nequa
q̄ separabunt͛. Qui enim dum corrigi po B
terant in iniquitatum suarū pertinacia vni
ti ꝑdurant: z tanto magis quotidie a cogni
tione iusticie separabiliores fiunt: quanto a
se inuicem nulla increpatione separantur.
Nā sicut esse notū solet: si virtus desit bo-
nis: ita perniciosum est: si non desit malis.
Peruersos q̄ppe vnitas corroborat dum

concordat: ꝛ tātomagis īcorrigibiles: quāto
to vnanimes facit. De hac vnitate repro-
Eccli. 21 borum per Salomonē dicitur. Stuppa col-
Naū. i. lecta synagoga peccantiū. De hac Naum
ꝓpheta ait. Sicut spine inuicem se comple
ctuntur: sic conuiuium eorū pariter potan
tium. Conuiuiū naq3 reproborum est dele
C ctatio temporalium voluptatum. In quo
nimirum conuiuio pariter potant: qui dele
ctationis sue illecebris se ꝑcorditer debriāt.
Igitur quia membra leuiathan istius. i. īnī
quos omnes quos dei sermo squamarum
compactionibus comparat: ad defensionē3
suam per culpā concordat: bene dicit. Una
alteri adherebunt: ꝛ tenentem se nequaq3
separabuntur. Tenentes enim se separari
nequeant: quia eo ad defensionem suam vi
cissim constricti sunt: quo se sibi per omnia
similes esse meminerūt. Descripto itaq3 ei⁹
corpore ad caput sermo reducitur ꝛ quid
semetipm extreme persecutionis tēpore an-
tiquus hostis exerceat nunciatur. Nam se
quitur.

Capitulum. 34.

A Sternutatio eius splendor
ignis.) Quod melius expo-
nimus: si prius sternuta-
tio quō agatur idagem⁹.
In sternutatione quippe in
flatio a pectore exurgit q̄
cum aptos ad emanādu3
poros non inuenit cerebrum tangit ꝛ cōge-
sta per nares exiens: totum caput protinus
concutit. In hoc itaq3 leuiathan corpore. i.
siue in malignis spiritibus: seu in reprobis
hominibus qui illi per similitudinem iniq-
tatis inheserunt: quasi inflatio surgit a pe-
ctore: cum elatio se erigit ex p̄sentis seculi
potestate. Que quasi ad emanandū poros
non inuenit: q2 in hoc quod contra iustos ex-
tollitur: disponente deo quantū appetit pre
ualere ꝓhibetur. Exurgens aūt cerebrū tan
git ꝛ concutit quia collecta elatio sathane
sensum in fine mūdi artius percutit: et ca-
put turbat: dum ipm auctorem malignorū3
spirituum: per eum qui antichristus dicitur
B in p̄secutiōe fidelium vehementius excitat.
Tunc congesta inflatio per eius nares egre
ditur: q2 tota supbie eius iniqtas aptis ma
licie fatib⁹ demōstrat. Q2 ergo sternutatio
caput marie cōcutit: leuiathan istius ster-
nutatio vocat illa eius extrema cōmotio q̄
dānatum hominē ingreditur: ꝛ ꝑ eū repro
bis p̄ncipat. Qui tāta tunc v̄tute se cōmo-
uet: vt mēbra dñi si pōt fieri etiā electa per-
turbet: tantis signis ꝓdigijs vtitur: vt mira
culorū potentia quasi quodā ignis lumine
resplendere videatur. Q2 ergo cōmotū3 ca-
put illius miraculis clarescere nititur: recte
eius sternutatio splendor ignis vocat. In
eo ergo quod se ad persequēdos iustos cōmo
uet: ante reprobor̄ oculos signorum virtu-
tibus lucet. Et q2 eius tyrānidi sapientes
mundi adherent: eorūq3 consilijs omne quod
prauū molit exercet: recte subiungitur.

Capitulum. 35.

T oculi eius vt palpebre di
luculi.) Per oculos quippe
qui inherētes capiti videlica
ti visionis inseruiūt: nō im-
A merito eius consiliarij desi-
gnant: qui dum peruersis ma
chinationibus q̄liter agenda sunt puident:
malignis eius operibus quasi ostensum pedi
bus iter prebent. Qui recte palpebris dilu
culi comparant. Palpebras naq3 diluculi
extremas noctis horas accipimus: in qbus
quasi nox oculos aperit dum venture lucis
iam nuncia ostendit. Prudētes igitur secu-
li malicie antichristi peruersis consilijs ihe-
rentes: quasi palpebre sunt diluculi q2 fide3
quā in Xp̄o inueniunt. quasi erroris nocte3
asserunt: ꝛ venerationem antichristi veru3
esse mane pollicentur. Spondent enim se te
nebras repellere ꝛ v̄itatis lucem signis cla
rescentibus nunciare: q2 nec p̄suadere q̄ vo
lunt possunt: nisi exhibere se meliora fatean
B tur. Unū h̄ ipse coluber in paradiso p̄mis ho
minibus loquens in eo quod se melius aliqd
ꝓuider̄ simulauit: quasi diluculi palpebras
apuit: q̄si in inocentibus mētibus humani-
tatis ignorantiā rephendit: ꝛ sciam diuini-
tatis ꝓmisit. Quasi ignorātie enī3 tenebras
repellebat: ꝛ eterne scie diuinū mane nūcia
C bat dicens. Aperientur oculi vestri: ꝛ eritis si
cut dij scientes bonū ꝛ malū. Ita in illo tūc
dānato hoie veniens: eius oculi palpebris
diluculi cōparant: q2 despiciētes illius simplici
tate3 vere fidei q̄si trāsacte noctis tenebras
respuunt: ꝛ eius signa mēdacia quasi exur-
gētis solis radios ostēdūt. Sz q2 leuiathan
iste nō solū h3 oculos q malignis cōsilijs ꝑ

uersa pauideant: sed os quoq̄ ad quertendas mētes hominū apit: ⁊ qm̄ p predicatores prauos ad diligendā erroris fallaciam auditorū corda succendit: apte subiungit. ¶ De ore eius lāpades procedunt.) Qui enī puidēt oculi: q aūt pdicant: os vocant. Sꝫ de hoc ore lampades exeunt: q2 mentes audientiū ad amorē pfidie accendūt: ⁊ vnde quasi p sapientiā lucent: inde procul dubio p nequitiam concremantur. Sed qualis ipsa sapientie eorum lux sit ostenditur: cum protinus subinfertur.

Capitulum. 36.

Sicut tede ignis accense.) Ecce iam hypocrisis eorū aperte describitur: quorum pdicatio tedaꝝ lampadib⁹ comparat. Teda enī cū accendit: odorē qdem suauez hꝫ: sed lumen obscurū. Ita isti pdicatores antichristi: q2 sanctitatis sibi spem arrogāt sed tñ opa iniquitatis exercent: q̄si blandū quidem est qd redolent: sed nigrum qd lucent. Olent enim p simulationē iusticie: sꝫ obscure ardent per nequicie ppetrationē. Quorum simulatiōis maliciā Joānes in apocalypsi breui descriptiōe cōprehendit dicens. Vidi aliam bestiā ascendētē de terra habētē duo cornua similia agni: ⁊ loquebat vt draco. Priorē quippe bestiā .i. antichristū superiore iā descriptiōe narrauerat post quā hec alia bestia ascendisse dicitur: q2 post eū multitudo pdicatorū illius ex terrena ptāte gloriatur. De terra quippe ascendere est de terrena gloria superbire. Que hꝫ duo cornua agni similia: q2 p hypocrisim sanctitatis eā quā i se veraciter dñs habuit singularē sibi inesse ⁊ sapientiā mentit ⁊ vitā. Sꝫ q2 sub agni specie auditorib⁹ reprobis serpentinū virus infundit: recte illic subdit. ¶ Et loquebat vt draco.) Ista ergo bestia .i. pdicantiū multitudo si apte vt draco loqueretur: agno similis nō appareret: sꝫ assumit agni spēm: vt draconis exerceat opationē. Qd̄ hic vtrūq̄ p tedarū lampades exp̄mit: q2 ⁊ obscure ardent p effectū malicie ⁊ quasi suaue redolent p simulationē vite. Sꝫ nequaq̄ estimandū est: qd tūc solum antichristi pdicatores apparebunt: ⁊ nūc ab humanis deceptionibus desunt. Modo nāq̄ priusq̄ per semet ipsum appareat: nōnulli illum vocibus pleri-

q̄ aūt moribus predicant. An predicatores simulationis illius nō sunt: q cū sacros dei ordines obtinent: fugientes totis desiderijs mundū tenent: q virtutes esse ostendunt q̄ faciunt: sed vitiū est oē qd agunt:

Capitulum. 37.


Ed electorū mens quāto magis eterne luci inheret: tanto subtilius quō virtutes a vitijs discernere debeat videt. Quid aūt mirū est hoc nos spiritaliter agere: qd quotidie corporaliter cernim⁹ nūmularios implere. Qui cū nūmisma percipiunt: prius qualitatē illius: post figurā: ad extremū vo pondus examinant: ne aut sub auri specie es lateat: aut hoc qd veraciter aurū est: monete reprobe figura dehonestet: aut qd ⁊ aurum: ⁊ recte figure est: hoc non integrū pondus leuiget. Cū igit mira ignotorū hominū facta cōspicimus: residere ad mētis nostre trutinā solertes quasi nūmularij debem⁹: vt pri⁹ discretio aurū examinet: ne sub vtute se vitiū occultet: ⁊ qd prauo intentione agitur: recti visione palliet. Cui⁹ si intentionis qualitas approbat: impresse mox formule figura querēda est: si a probatis monetarijs .i. ab antiqs patrib⁹ ducit: ⁊ ab eoꝝ vite similitudine nullo errore vitiatur. Cum vo ⁊ per intentionē qualitas ⁊ recta per exēpla figura cognoscit: restat vt integrū eius pondus exquirat. Bonū quippe qd per signa ⁊ miracula corruscat: si perfectionis summā nō habet: pensādū sollicite p cautelā circūspectionis ē: ne dū imꝑfecta res quasi pro pfecta accipitur: in accipiētis dānū vertatur. Predicatores itaq̄ antichristi quō veram nūmismatis qualitatē tenēt qui in his que agunt intentionis recte vim nesciunt: q2 per hec non celestem patriam: sed culmen glorie temporalis exquirunt: Quō a monete figura non discrepant: qui ab omni pietate iustorum iustos persequendo discordant: quomodo in se integritatis pondus ostendant: qui non solum humilitatis perfectionem nequaq̄ assecuti sunt: sꝫ neq̄ ipsam primā eius ianuam contigerūt. Hinc ergo electi cognoscant quō eorum signa despiciant: quorū profecto actio omne qd a pꝛīs patribus gestum memoratur impugnāt. Sꝫ ipsi quoq̄ electi dū tot signa con-

spiciant: dum cōtēnentes vitam tant9 ei9
miracula perhorrescunt: quoddam dubie-
tatis nubilum i corde patiuntur: qr dum p
pdigia illi9 malicia se eleuat: in istis se ali-
quatenus visus certior caligat. Unde recte
subiungitur. ((De narib9 eius fumus pce
dit.)) Oculorū quippe acies fumo sauciatur
Fumus ergo de eius naribus pcedere dr:
qr de miraculorū eius insidijs ad momētū
caligosa dubietas ēt in electorū corde ge
neratur. De leuiathan naribus fum9 exiit
qr ex eis pdigijs mendacibus ēt bonarum
mentiū oculos trepidatōis caligo confun-
C dit. Tunc nāqȝ in electorum cordibus con-
spectis terribilibus signis: obscura cogita-
tio cōglobatur. Unde hoc quod iam supra
Mat.24 ptulimus: veritatis ore per euangeliū dr:
Surgēt pseudo xpi: ⁊ pseudo pphete: ⁊ da-
bunt signa magna ⁊ pdigia ita vt in errorē
iducantur: si fieri potest ēt electi. Quis in re
valde querendum est: quomodo sunt hi qui
electi sunt induci in errorē possunt: aut cur
si fieri pōt quasi ex dubietate subditur: cū
qd fiendum sit dñs oia presciens prestolat.
Sed qr electorum cor ⁊ trepida cogitatiōe
concutitur: ⁊ tamē eorū constantia non mo
uetur: vna hac sententia dñs vtrūqȝ cōple
xus ē dicens: ita vt in errorem iducantur si
fieri potest ēt electi. Quasi.n. iam errare ē:
in cogitatōe titubare: sed ptinus si fieri po
test subiūgitur: qr pculdubio fieri non pōt
vt in errore pene electi capiantur. Bñ aūt
in hac fumi caligine ipse ēt animorū feruor
exprimitur: cū ptinus subinfertur. Sicut ol
le succense atqȝ feruentes. Uelut enim olla
feruens ē: vna queqȝ tunc aīa cogitationū
suarū impetus quasi spumas ardentiū vn
darū sustinens: quas ⁊ ignis zeli cōmouet:
⁊ ipsa tpalis oppressio more olle succense
i trinsecus clausas tenet. Unde quoqȝ Joā
nes cū huius bestie signa narrasset adiun-
xit. Ita vt ignē faciat de celo descendere.
Ignē quippe de celo descēdere ē: de celestib9
electorū animis sacri zeli flāmas emanare.

A Capitulum. 38.

Quia solemathan iste ali-
as nō solū serpens sed etiā
regulus dr: p eo qr insidijs
spiritib9 vel reprobis hoi-
bus pricipatur: sicut Isa-
Isa.14 ias ait: De radice colubri
egredietur regulus: Inspiciendū nobis sū-
mopere est qualiter regulus perimat: vt ex
opatōe reguli huius nobis malicia aperti9
inotescat. Regulus nāqȝ nō morsu pimit: sȝ
flatu consumit. Sepe quoqȝ aerē flatu affi
cit: ⁊ qcquid vel positū longe attigerit: sola
narium ispiratione tabefacit. Hic ergo pē-
sare cōpellimur: p hoc quod de naribus ei9
fumus pcedere dicitur ēt priusqȝ apertius
appareat qd quotidie i humanis cordib9
fumo pestifere exaltatōis opetur. Qr enim
sicut ⁊ superius diximus fumo oculorū aci-
es infirmatur non imerito de eius naribus
fumus procedere asseritur: cuius norijs in
spiratōibus praua in humanis cordib9 co
gitatio nascitur: per quam acies mēns ob
tunditur: ne lux interna videatur. Quasi B
enim flatu narium caliginem emittit: quia
in reproborum cordibus insidiarum sua-
rum aspirationibus ex amore vite tempo-
ralis estum congerit multiplicium cogita-
tionum: ⁊ velut fumi globos multiplicat:
quia inanissimas presentis vite curas i ter
renorum hominum mente coaceruat. Iste
fumus ex eius naribus prodiens: aliquan-
do ad tempus etiam electorum oculos tan
git. Hunc nāqȝ intrinsecus fumū patieba-
tur propheta cum dixit: Turbatus est pre Ps.6
ira oculus meus. Huius inundatione pre-
mebatur dicens: Cor meum conturbatum
est in me: ⁊ lumen oculorum meorum non
est mecū. Fumus quippe iste obtundit aci
em cordis: quia caliginis sue nubilo sereni
tatem intime turbat quietis. Cognosci ve
ro nisi tranquillo corde non potest deus.
Unde per eundem prophetam rursus dici Ps.45
tur: Uacate ⁊ videte quoniam ego sum de-
us. Uacare autē mens non potest que hu
ius fumi inundationibus premitur quia i
ea terrenarum cogitationum volumina ex
presentis vite amore glomerantur. Lumē
ergo quietis eterne hoc fumo amittitur:
quia curarum pturigine cordis oculus dū
confunditur tenebratur: sed fumus aliter
iste electorum animos turbat: aliter repro-
borum oculos excecat. A bonorum quip-
pe oculis spiritaliū desideriorum flatu re-
pergitur ne preualente misera cogitatione
densetur. In prauorum vero mentibus
quo se licentius per terrenas cogitatio-
nes colligit: eo ab eis funditus veritatis lu

men tollit. Fumus iste reproborum cordi-
bus quot illicita desideria ingerit: quasi per
tot ante illos globos intumescit.

Capitulum. 39.



Ut certe fumi globos noni-
a mus: quia cum alij superius iane-
scunt: alij inferius surgunt: si-
cut et in cogitatione carnalis
et si alia pravitatis deside-
ria transeunt: alia succedunt.
Sepe autem mens misera quod iam transierit
videt: sed ubi adhuc retineatur non videt:
gaudet de quibusdam vicijs quod eis subiecta
iam non sit et precavere ac gemere negligit:
quia eorum vice successerunt alia: quibus fortasse
nequius succumbit: sicque fit ut dum alia vicia
transeunt: et semper alia succedunt: ab hoc
serpente cor reproborum sine intermissione te-
neatur. Unde bene per Johel prophetam
Joel.i. dicitur. Residuum eruce comedit locusta: et resi-
duum locuste comedit bruchus: et residuum
bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij
et flete. Quid enim per erucam que toto cor-
pore in terra repit: nisi luxuria designatur: que
cor quod tenet ita polluit: ut in superiora mun-
dicie surgere amorem non possit. Quid per
locustam que saltibus evolat: nisi inanis glo-
ria exprimitur: que se vanis presumptioni-
bus exaltat. Quid per bruchum cuius pene to-
tum corpus in ventrem colligitur: nisi edendi
ingluvies figuratur? Quid per rubiginem que
dum tangitur incendit: nisi ira insinuatur? Resi-
duum ergo eruce locusta comedit: quia sepe
cum luxurie vicium a mente recesserit: inanis
gloria succedit. Nam quia iam per amorem
carnis non sternitur: quasi sanctam se ex ca-
stitate gloriatur. Et residuum locuste bruchus
comedit: quia sepe cum inani glorie que qua-
si ex sanctitate veniebat resistitur: et ventri
vel quibuslibet ambiciosis desiderijs inmode-
ratius indulgetur. Mens enim dei nescia tan-
to atrocius ad quelibet ambitum ducitur:
b quanto nullo vel humane laudis amore re-
frenatur. Residuum bruchi rubigo consumit
quia sepe dum ventris ingluvies per abstinen-
tiam restringitur: ire impatientia acrius datur:
que more rubiginis quasi exurendo mes-
sem comedit: quia virtutum fructus impatientie
flamma tabefacit. Cum ergo vicia vicijs suc-
cedunt: agrum mentis alia pestis devorat:
cum alia relinquit. Bene autem illic subdit.

Capitulum. 40.



Expergiscimini ebrij et flete. Joel.i.
Ebrij quippe vocati sunt: qui a
mundi huius amore confos-
si: mala non sentiunt que pa-
tiuntur. Quid est ergo di-
cere expergiscimini ebrij et
flete: nisi somnum vestre insensibilitatis excuti-
te: et in devastatione cordis tot sibi succeden-
tibus viciorum pestibus vigilantibus lamentis
obviate. Per tot igitur globos de leviathan
naribus fumus surgit: per quot nimirum pe-
stes frugem cordis reprobi occulta aspira-
tione consumit. Cuius adhuc fumi vim solli-
cite dominus opprimit: cum ilico subiungit: Sicut
olle succense atque fervente. Olla enim suc-
censa dicitur cum mens humana maligni hostis
suasionibus instigatur. Olla autem fervet
cum iam et per consensum in desiderijs prave
persuasionis accenditur: et tot undas quasi
fervendo proijcit per quot se nequitias usque ad
exteriora opera extendit. Hanc namque carna-
lis conscientie. i. olle fervorem: ex leviathan
fumo ferventem propheta prospexerat cum di- Hierem.i.
cebat: Ollam succensam ego video et faciem
eius a facie aquilonis. Ab aquilonis namque fa-
cie humani cordis olla succenditur: dum insti-
gatione adversarij spiritus illicitis desiderijs
inflammatur. Ille namque qui ait: Sedebo in mon- Isa.14.
te testamenti in lateribus aquilonis: sedebo in
monte super astra exaltabo solium meum si-
milis ero altissimo: mentem quam semel cepit
malignis persuasionis sue flatibus quasi sup- b
positis ignibus accendit: quatenus non conte-
pta presentibus indesinenter per desideria
estuet ut alia contemnenda appetat: alia ade-
pta contemnat: ut modo suis compendijs
inhiet: modo alienis commodis et cum pro-
prio detrimento contradicat: modo carnis
illecebris satisfaciat: modo quasi in quodam
culmine per cogitationis superbiam rapta:
carnali cura postposita totam se in typo ela-
tionis attollat. Quia ergo tot per varia desi-
deria ducitur quot instigationibus leviathan
istius inflammatur recte fumus eius succen-
se et ferventi olle similis esse perhibetur: quia
per tot se fervores afflata eius temptationibus
conscientia erigit: per quot intra se cogitatio-
nibus intumescit. Quod verbis alijs adhuc
veritas apertius exequitur dum subiungit:
(Halitus eius prunas ardere facit.) Quid

C enim prunas: nisi succensas in terrenis concupiscentijs reproborum hominum mentes appellat? Ardent enim cū quodlibet tēporale appetunt: quia nimirū vrunt desideria: que gerum ac integrum eē animū nō permittunt. Totiens igit leviathan alitus prunas accendit: quotiēs eiꝰ occulta suggestio humanas mentes ad delectatiōes illicitas ptrahit. Alias nāqꝫ superbie: alias inuidie: alias luxurie: alias auaricie: facibꝰ inflammat. Superbie quippe facem menti eue supposuit: cum hanc ad ptemnēda verba dñice suasionis instigauit. Inuidie quoqꝫ flamma chayn animū succēdit: cum de accepto fratris sacrificio doluit: et per hoc vsqꝫ ad fratricidij facinus peruenit. Luxurie facibus cor Salomonis exussit: quem tanto mulieribus amore subdidit: vt vsqꝫ ad idolorum veneratiōnē deductus: dum carnis delectationem sequeretur: conditoris reuerentie obliuisceretur. Auaricie quoqꝫ igne achab animū concremauit: cū eum ad appetēdā alienam vineā impatientibus desiderijs impulit: et per hoc vsqꝫ ad reatum homicidij ptraxit. Tanto igitur leuiathan iste halitu in pruna flat: quāto āius suggestionis occulte humanas mētes ad illicita inflāmat. Unde et bñ mox subditur.

Capitulum. 41.

B Et flāma de ore eiꝰ egreditur. Flāma quippe oris eiꝰ est ipsa istigatio occulte locutiōis. Prauę enī suasionis verba ad vniuscuiusqꝫ animū facit: sed flāma est que de eiꝰ ore egreditur: quia ardet i desiderijs animꝰ cū eius suggestionibꝰ instigatur. Hec quotidie suggerit. hec vsqꝫ ad presentis vite terminū suggerere nō desistit, sꝫ tūc se negus dilatat: cum per illum dānatū hominē veniens in huiꝰ mundi se gloria apertius ostendit. Tanc ab eius naribus vastior fumus pcedit: quia humana corda signorꝫ eiꝰ admirationibꝰ territa amplior istigatio pcutit. Tūc eius halitꝰ vehementiꝰ prunas ardere facit: quia reproborꝫ mentes quas iā calentes amore glorie tēporalis inuenerit suggestionis sue flatibꝰ vsqꝫ ad neqtiam exercende crudelitatis icendit. Tunc de ore eiꝰ flāma egreditur: quia quicqd p se: quicqd per pdicatores eiꝰ loqtur ignis ē quo infructuo-

D sa ligna ꝯcremantur: igne aūt terrene concupiscentie eorꝫ mens tangitur: q nequaꝗ̄ fieri pciosa metalla concupiscunt. Qui ergo oris nō vult flāma affici: iuxta doctoris veri sniam: non lignū: fenū: stipulam: sꝫ aurum argentū et preciosas lapis curet innitui: quia tanto ignis suasionis illiꝰ amplius icendit quanto se ei ad ꝯsentiendū molliorem quisqꝫ prebuerit. Sed quia nulla rōne conceditur: vt mens i hac corruptili carne posita nequaꝗ̄ suasionis illius ardore tāgat: restat vt malignis flatibꝰ adustis ad orōnis opem se sine cessatiōe conuertat flāmaꝫ quippe suggestionum illius extinguat eius vnda lachrymarum.

Sancti Gregorij. Liber. 34.

Capitulum primū.

Uia ex hoc mundo corpus generisꝰ vniuersitatis terminas ex ea qua nos sumꝰ pte pensemus. Citius quippe qualis sit mundi finis agnoscimꝰ: si sollicite aspicimꝰ: hoc quod de mundo gestamꝰ. Etas eteni nostra per iuueniles annos robustior viget: in senili aūt tēpore, crebrescentibus morbis excoqtur: et dum diutius distēditur: vt subsistat moriēdi vice quotidie deficit p momēta viuēdi. Ita et mundi tempus dū venientibꝰ annis augetur: crebrescētibus malis afficitur: et vnde augmentum etatis pcepit: inde salutis dispendium sentit. Tribulatiōes nāqꝫ illi cū temporibꝰ crescant et eo detrimenta vite, debilior tolerat quo quasi ad vitam pfectior durat. Totis enim contra illum hostis antiquus viribus soluitur: q quāuis iā nūc iterijt: p eo quod superne ꝯditiōis beatitudinē amisit: tunc tamen plenꝰ extinguit qñ a tēptandi licētia astractus eternis icendijs religatur. Uñ et extrema mūdi atrocius tēptaturꝰ aggredit: quia tanto fit feruentior ad seuiciā: quāto se viciniorē sentit ad penam. Cōsiderat quippe quod iuxta sit vt licentiaꝫ neqssime libertatis amittat: et quāto breuitate tpis angustat: tantū multiplicitate crudelitatis expanditur: sicut de illo voce angelica ad Joannem dr: Ue terre et mari quia descendit dyabolus ad vos habens irā magnā sciens quod modi-

A (margin, beside "Uia ex hoc")

B (margin, beside "astractus eternis icendijs religatur")

Apoc. 12 (margin, beside "sicut de illo voce angelica ad Joannem")

cū tēpus h3. Tunc ergo in magne ire furorem se dilatat: ne q in beatitudine stare nō potuit: in damnatōis sue foueam cū paucis ruat. C Tunc quicquid nequiter voluerit callidius exquirit: tunc ceruicē supbie altiꝰ erigit: & per damnatū illū quem gestat hoiem dē quod tēporaliter preualet nequiter ostendit. Unde & diuina voce recte nunc dr̄: In collo eius morabitur fortitudo. Quid enī3 collo leuiathan istius: nisi elatōis ostensio designatur: qua contra deū se erigens cum simulatōe sanctitatis et tumore potestatis extollitur. Qꝛ enim per collū supbia exprimitur: Isaias ppheta testatur: q hierusalē (Isa. 3.) filias redarguit dicens: Ambulauerunt extento collo. In collo ergo leuiathan istiꝰ fortitudo demorari dr̄: qꝛ elationi illius etiam subiuncta potentia suffragatur. Nā quicquid tunc superbe extollitur quicquid callide machinatur: et cum virtute potentie secularis exequitur. Quod Daniel ppheta innuens ait: Dolus in manu eiꝰ dirigetur. Dolus quippe in manu est fraus i virtute: qꝛ oē quod nequiter volet: hoc ad tempus exeq etiā fortiter potest. Dolus sō eius dirigi dr̄: quia fraudis eius malicia nulla difficultate prepeditur. Hoc enim leuiathan iste vel vasa eius habere crebro ppriūm solent q ad iniquitatis sue cumulū ea que nequiter appetūt explere nequeunt possunt. Nam cū fortasse in firmantur electi atq̄ i desiderijs illicitis ruunt: i hoc plerūq̄ diuini muneris manu retinētur q̄ B volūtatis misere nullos effectꝰ inueniunt: cūq̄ eoꝝ vocis valida contrarietas nascitur plerūq̄ ex ipsa impossibilitate corrigūtur: & miro interne dispēsatōnis ordine p ouersionē mutatio male voluntatis sequitur: dū per infirmitatē perfectio denegat. Hic est eni q̄ sub specie vniuscuiusq̄ aie ꝟ firmante iudea: atq̄ in prauis itineribus gradiente per pphetaꝫ dn̄s dicit: Ecce ego (Ose. 2.) sepiā viam tuā spinis: & sepiam eā maceria: & semitas suas non inueniet: & sequetur amatores suos & non apprehendet eos: et queret eos & nō inueniēs dicet: Uadam & reuertar ad virū meū priorem qꝛ mihi bn̄ erat tunc magis q̄ nūc. Spinis eni electorum vie sepiūtur: dū dolorē punctōis inueniunt i hoc quod tempaliter concupiscunt Quasi iterposita maceria vijs eoꝝ obuiat quorum nimirum desideria perfectōis difficultas ipugnat. Horum profecto vie amatores suos querunt & non inueniunt dum sequendo malignos spūs: nequaq̄ eas quas appetunt huius seculi voluptates apphendunt. Vn̄ sūt sabditur: q̄ ex ipsa difficultate mox dicat: Uadam & reuertar ad viꝝ meū priorē qꝛ melius mihi erat tunc: magis q̄ nunc. Prior quippe vir dn̄s ē: q castā sibi aiam sanctūspūs interposito amore cōiunxit. Quem tūc mens vniuscuiusq̄ desiderat: cum multiplices amaritudines velut quasdam spinas inuenit: i his delectationibus quas temporaliter concupiscit. Nā dū aduersitatibus mūdi quē diligit anima mordeti ceperit: tunc plenius intelligit: quanto illi cū priore viro melius fuit. Eos ergo quos volūtas praua peruertit. plerūq̄ aduersitas corrigit. Unde & nimis timendū est: ne sequantur prospera cū desiderant iniusta: qꝛ difficilius malum corrigitur quod pfectionis etiam prosperitate fulcitur. Leuiathā itaq̄ iste q cū mēbris suis eternis ē cruciatibus deputatꝰ & dolus in manu eiꝰ dirigitur: & i collo eius fortitudo demorat: qꝛ hoc ē qđ tp̄aliter contra bonos puersa voluntate desiderat: vt puersiore facultate psumat: vt tanto ei de aduersitate in psenti nil obstet: q̄to ei i posterꝰ de prosperitate nihil remaneat. Et qꝛ oīs q peruersis moribus amicitijs eiꝰ innotescat: prius pñas mentis diuitias amittit: apte subiūgitur.

Capitulum. 2.

ET faciē eiꝰ pcedit egestas. Per faciē quippe solet noticia designari. Vn̄ scriptū ē: A Et facies mea pcedet te. i. noticia ducatū pbebit. Sciendū est sō q egestas i sacro elogo aliter electorum ponitur: atq̄ aliter reproborum. Egestas nāq̄ electoꝝ ē: cum vere diuitie celestis patrie ad coꝝ animū redeūt: & in hoc erūnoso pn̄tis vite exilio positi: pauperes se ee meminerūt. Illas quippe diuitias sine cessatōe suspirāt: de quibus Paulus dicit: Ut sciatis que sit spes vocationis eius et (Ephe. 1.) que diuitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et qꝛ adhuc eas nequaq̄ conspiciūt: studiose interi in erūna istius paupertatis gemunt. Hāc pculdubio paupertatē Hieremias inspexerat: cum dicebat: Ego vir videns (Treñ. 3.) paupertatem meam: in virga indignatio-

nis eius. Virga enim idignatõis dei ẽ per-
cussio districtõis. Quam indignationẽ tũc
homo pertulit cum ex paradiso pulsus ve-
ras eterni gaudij diuitias amisit: qꝛ electi q
ꝙ incessanter conspiciunt ꝙ in pñtis vite
penuriam ab illa potestatis igenite faculta
te ceciderunt bene dĩ: Ego vir videns pau
B pertatem meam. Quisq̃s eñi adhuc visibi
lia appetit peregrinatõis sue malum non
intelligit: ꝛ hoc ipsum quod patitur videre
nescit. Hanc paupertatẽ Dauid pphera i-
tuens ait: Infirmata est i paupertate virt᷒
Ps.30. mea. In paupertate eteñi virtus infirma
ri dĩ: qꝛ lapsus in hac peregrinatõe anim᷒
ꝛ corruptõis sue molestijs reuerberat᷒ hoc
quod pdidit ꝯtẽplari prepedit᷒. Sed hanc
paupertatẽ reprobi considerare nesciũt: qꝛ
dũ sequuntur ea que conspiciũt: cogitare i-
uisibilia negligunt que perdiderũt. Unde ꝛ
egestas eorum ppric dĩ: qꝛ dum replentur.
vicijs: virtutum diuitijs vacuantur. Qui-
bus sepe euenit vt per elatiõis dementiam
sublevati: dũ nequaq̃ ruine sue dãna consi
derant eẽ se etiam a bonis actib᷒ inopes
nõ cognoscant. Unde voce angelica predi-
catori laodicie dĩ: Dicis ꝙ diues sum ꝛ lo
Apo.3. cupletatus: ꝛ nullius egeo: ꝛ nescis qꝛ tu es
miser: ꝛ miserabilis ꝛ pauper: ꝛ cec᷒ ꝛ nu-
dus. Quasi diuitem se asserit q per arrogã
tiam sanctitatis extollitur: sed paup cecus-
C ꝙ ꝛ nudus arguitur. Pauper ꝗ̃o qꝛ vir-
tutũ diuitias non hꝫ: cecus: qꝛ nec pauper
tatem quã patitur videt: nud᷒: qꝛ primaꝫ
stolam pdidit: sed peius: qꝛ nec se perdidis
se cognoscit: Qꝛ ergo vt diuit᷒ egestas re
proboꝝ ẽ defraudatio meritoꝝ: recte de le
uiathan dĩ: faciem eius precedit egestas.
Nemo qppe cognitõi ei᷒ iungitur: nisi pri᷒
virtutũ diuitijs denudetur. Prius eñi bo
nas agnitões subtrahit: ꝛ tunc eius apro-
rem noticiã sue iniqtatis ĩfundit. Egestas
ergo faciẽ illius precedere dĩ: qꝛ pri᷒ facul
tas virium perditur: vt quasi p familiarita
tem postmodũ ei᷒ noticia cognoscatur. Uel
certe qꝛ multis ita fraudulẽter surrepit: vt
ab eis deprehendi nequaq̃ possit vt sic vir
tutes eoꝝ euacuat: quaten᷒ astucie sue ma
liciam non ostendat: faciem eius egestas
preire perhibetur: ac si apte diceret: qꝛ eu꞉
insidians temptat: priusq̃ videatur expoli
at. Hinc est eñi quod de effraym per pphe
tam dĩ: Comederunt alieni robur eius et
ipse ignorauit. Alieni qppe intelligi aposta
te angeli solent: q robur comedunt: cuꝫ vir
tutem mentis peruertendo ꝯsumunt. Qꝺ
effraym pertulit ꝛ nesciuit: qꝛ in tẽptatiõe
malignorum spũum ꝛ robur anime perdi-
dit: ꝛ hoc ipsum qꝛ perdiderit: nõ intellexit
Leuiathan ergo faciem egestas antecedit:
qꝛ negligentium mẽtes ante temptando ex
poliat quam eius insidias is q temptatur
agnoscat. Per hoc ergo quod dictum est: ĩ
collo eius morabitur fortitudo: virtus vio
lentie ostenditur. Per hoc ꝗ̃o quod subdi
E tur: ꝛ faciem eius precedit egestas: fraudis
subtilitas designatur. Quãuis de eo ꝙ ei᷒
faciẽ egestatem preire cognoscimus suppe
tit aliud: quod tamẽ tristius exponamus.
Terribili qppe ordie dispẽsus occulte: pri-
usq̃ leuiathan iste in illo damnato homie
quem assumit appareat: a sancta ecclesia vir
tutũ signa subtrahuntur: nam pphetia ab
sconditur: curationum gratia aufertur: p
lixioris abstinẽtie virtus imminuitur: doctri
ne verba conticescunt: miraculorum prodi
gia tolluntur. Que qdem nequaq̃ superna
dispensatio funditus subtrahit: sed nõ hec
sicut prioribus temporib᷒ aperte ac multi-
pliciter ostendit. Quod tamẽ mira dispen-
satõe agitur: vt vna ex re diuina simul pie
tas ꝛ iusticia compleatur. Dum eniꝫ sub-
tractis signoꝝ virtutib᷒ sancta ecclesia ve-
lut abiectior apparet: ꝛ bonoꝝ premiũ cre-
scit: qui illa p spe celestium: nõ ppter pñten-
tia signa venerantur: ꝛ malorum mens cõ-
tra illam citius ostenditur: q sequi que pro
mittit inuisibilia negligunt: dum signis visi
bilibus nõ tenentur. Dum igitur humili-
tas fidelium oĩum multitudine ꝛ manife-
statione signorum quasi destituitur terribi-
li occulte dispositõis examine inde bonis
misericordia largitur vnde malis iusta ira
cumulatur. Quia ergo leuiathan iste paulo
ꝗ̃ manifestus ꝛ conspicuus veniat ex ma-
gna parte in sancta ecclesia signa virtutuꝫ
cessant: recte nunc dĩ: Faciẽ eius precedit
egestas. Ante enim a fidelibus miraculo- F
rum diuitie subtrahuntur: ꝛ tunc cõtra eos
antiquus ille hostis per aperta prodigia ostẽ
ditur: vt quo ipse per signa extollitur eo a fi
delibus sine signis robustius laudabiliusq̃
vincatur: quãuis etiaꝫ fidelib᷒ in certamie

signa non deerunt: sed tanta erunt illius vt
nostrorum aut pauca aut nulla videantur.
Quorum nimirũ virtus omnibus signis fit
potior: cum omne qđ ab illo terribiliter fieri
cõspicit: per interne constantie calcem p̃mit.
Sed malignus hostis tanto ptra eos acrio
ri immanitate se exhibet: quanto se despici
etiam clarescentibus miraculis dolet. To-
tum ergo se in eorum interitum colligit: cun
ctosq3 reprobos in necem fidelium vnanimi
crudelitate coniungit: vt seuiciam suaz tan
to robustius exerceat: quanto ⁊ in eis que
peruerse agere appetit: nulla sibi sui corpo-
ris membra discordant. Unde ⁊ recte d̃r.
Membra carniũ eius coherentiã sibi. Car
nis vero leuiathan istius sunt omnes repro
bi: qui ad intellectũ spiritualis patrie per
desiderium non assurgunt. Membra vero
sunt carnium: hi qui eisdem peruerse agen-
tibus ⁊ sese ad iniquitatem precedentibus
1. Cor. 12. iunguntur: sicut econtra per Paulum do-
minico corpori dicit. Uos estis corpus chri
sti: ⁊ mẽbra de mẽbro. Aliud quippe ẽ mem
brum corporis aliud mẽbrũ membri. Mem
brum quippe corporis pars ad totũ: mem-
brũ vero membri est particula ad partem.
Membrũ nãq3 mẽbri est digitus ad manũ
manus ad brachiũ: membrũ vero corporis
totum hoc simul ad corpus vniuersum. Si-
cut ergo in spirituali dñico corpore membra
de mẽbro dicimus eos qui in eius ecclesia
ab alijs reguntur: ita in illa leuiathan istiꝰ
reproba congregatione membra sunt car-
nium: qui iniquo ope quibusdaz se nequio-
ribus iungunt. Sed q2 hostis malignus si-
bi in pũerso opere a p̃mis vsq3 ad extrema
cõcordat diuinus sermo in eo membra car-
nium sibimet coherentia memorat. Sic nã-
q3 peruersa vnanimiter sentiũt: vt nulla cõ-
tra se vicissim disputatione diuidantur: nul
la eos diuersitatis altercatio tũc scindit: ⁊
iccirco contra bonos vehementer preualẽt:
q2 in malo se concorditer tenent.

Capitulum. 3.

Sicut enim iam superiꝰ di-
A rimus vt perniciosum ẽ si
vnitas desit bonis ita per
niciosius est si non desit ma
lis. Reproborũ quippe vni
tas bonorum viam tanto
durius prepedit: quanto ei se per collectio-
nem durior opponit. Hanc vnitatem repro
borum perniciosam sibi Paulus conspere
rat cum in medio saduceorum phariseorũ
q3 deprehensus dicebat. De spe ⁊ resurre- Act. 23
ctione mortuorum ego iudicor. Qua nimi-
rum voce percussa ꝓtinus cõtra se vicissim
audientium turba dissiluit. Cumq3 in duas
partes tumultuantium multitudo diuidit̃
Paulo via ereptionis aperitur: q2 quẽ tur
ba persequentium vnita constrinxerat: diui
sa laxabat. Eripiuntur ergo iusti: dum diui-
duntur iniusti: ⁊ electorum vota ad perfe-
ctum veniunt: dum reproborum agmina p
discordiam cõfunduntur. Quod bene etiã
maris rubri scissione signatur. Dum enim
in duas partes vnda diuiditur: ab electo
populo ad terram repromissionis iter osten
ditur: quia dum malorum vnitas scinditur:
bone mentes ad hoc quod appetunt perdu
cuntur. Si malorũ vnitas noxia nõ fuisset: B
nequaq3 diuina prouidentia superbientiuz
linguas in tanta diuersitate dissipasset. Si
malorum vnitas noxia nõ fuisset sancte ec-
clesie hostibus ꝓpheta non diceret. Preci Ps. 54.
pita domine: diuide linguas eorum. Q2 er-
go leuiathan iste tunc contra electos dei in
suis viribus effrenatur: cum ad augmentũ
sue malicie vnitatez in reprobis habere per
mittitur: vt tanto contra nos robustius vi-
res suas exerat: quanto non soluz nos ictu
fortitudinis: sed etiam mole adunationis C
impugnat. Sed quis contra ista sufficiat q̃
mens ad tante elationis ⁊ compagis pon-
dera non ab ipsa cogitationum radice con
tremiscat? Unde quia trepidare nos per in-
firmitatem conspicit protinus diuina cle-
mentia quid per semetipsam faciat adiun-
git. Nam sequitur. (Mittit contra eũ ful-
mina: ⁊ ad locum alium non ferentur.)
Quid appellatione fulminum: nisi tremen
de ille extremi iudicij sentẽtie designantur?
Que iccirco fulmina vocantur: quia nimi-
rum eos quos feriunt in perpetuum incen-
dunt. Fulmina nãq3 super eum Paulus
venire conspexerat cum dicebat. Quez do-
minus Jesus interficiet spiritu oris sui: et
destruet illustratione aduentus sui. Hec au
tem que in eum mittuntur fulmina: ad lo-
cum alium non feruntur: quia iustis gau-
dentibus solos tunc reprobos feriunt. Nã
post trituraz vite presentis in qua nunc tri-

ticum sub paleis gemit: ita illo extremo iudicij ventilabro inter triticum paleasqȝ discernitur: vt nec in tritici horreū palee transeant: nec in palearum ignem horrei grana
D dilabantur. Illa ergo fulmina locum aliuȝ nequaqȝ tangunt: quia videlicet igne suo non grana sed paleas incendunt. Sed quia leuiathan istum pena non corrigit: infirmat dum subiungit. ¶ Cor eius indurabitur quasi lapis.) Cor enim antiqui hostis vt lapis indurabitur quia nulla vnqȝ conuersionis penitentia mollietur. Qui quia sollis ictibus eterne vltionis aptabitur: recte protinus subinfertur. ¶ Et stringitur quasi malleatoris incus.) Incudeȝ quoqȝ malleator solis apiam percussionibus figit. Ad hoc ergo incus statuitur vt crebris ictibus feriatur. Leuiathan vero vt malleatoris incus stringitur: quia inferni vinculis coarctabitur: vt eterni supplicij cōtinua percussione tundatur. Qui modo quoqȝ percutitur: dum iusti quiqȝ illo in insidijs vigilante sed doloribus tabescente saluantur. Inincude autem alia vasa formantur: ipse vero tot percussionibus in vas aliud non transfertur. Recte ergo leuiathan iste incudi comparatus est: quia nos illo persequēte componimur. ipse autem et semper percutitur et in vas vtile
E nunqȝ formatur. Eterne illum percussione relinquimus et nos superni artificis manu in eius temptatione percussi: per illum quasi vascula formata transimus. In ipso eniȝ tundimur: vt ad vsum domus superne veniamus. Ipse vero quasi incus stringitur quia et si nunc temptando mundum circuit in inferno tamen positus: iam sub ictu sententie non vagatur. Sequitur. ¶ Cuȝ sublatus fuerit: timebunt angeli: et perterriti purgabuntur.) Scriptura sacra ita nōnunqȝ tempus preteritum futurumqȝ permiscet: vt aliquando futuro pro preterito: aliquando vero vtatur preterito pro futuro. Futuro naȝ pro preterito vtitur: cum Joanni mulier paritura masculum qui regat gentes in virga ferrea demonstratur. Quod quia incarnato domino veniente iam factum fuerat res gesta nunciabatur. Rursum preterito vtitur pro futuro: sicut per psalmistam dominus loquitur dicens. Fo
Ps.21 derunt manus meas et pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Quibus videlicet verbis species dominice passiōis quasi iam transacta describitur: sed tamen adhuc longe post futura nunciatur. Hoc ergo loco quo dicitur. Cum sublatus fuerit timebunt angeli: nil obstat intelligi: quia sub futuri temporis modo preterita describūtur. Nec recte intelligentie sensum relinquimus si credamus leuiathan isto ab arce beatitudinis cadente in ruinam eius etiam electos angelos expauisse: vt cum istum et illorum numero superbie lapsus excideret: illos ad robustius standum timor ipse solidaret. Unde et subditur.

Capitulum. 4.

Et territi purgabuntur.) Purgati vero sunt: quia nimirum isto cum reprobis le- A
gionibus excunte: soli in celestibus sedibus qui beate in eternum viuerent remanserunt. Huius itaqȝ lapsus eos terruit et purgauit. Terruit ne conditorem suum superbe despicerent: purgauit vero: quia exeuntibus reprobis actum est vt electi soli remanerent. Et quis cunctorum opifex deus sit ad bonorum custodiam etiaȝ bene vti actione reproborum: lapsum cadentium vertit in profectum manentium: et vnde punita est culpa superbientium: inde humilibus angelis et inuenta et solidata sunt augmenta meritorum. Istis nāqȝ cadentibus illis in munere datum est: vt cadere omnino non possunt. Sancti vero angeli dum in istis nature sue damna conspiciunt in seipsis iaȝ cautius robustiusqȝ consistunt. Unde fit auctore omnium rerum domino cuncta mirabiliter ordinante: vt illi electorum spirituum patrie celestis etiam nunc sue damna proficiant: dum inde firmius constructa sit: vnde fuerat ex parte destructa. Sed quia sepe B
scriptura sacra predicatores ecclesie: pro eo quod gloriam patrie celestis annunciāt angelorum solet nomine designare: possumus hoc loco angelos sanctos predicatores accipere. Hinc est enim quod Joannes in apocalypsi septem ecclesijs scribens angelis ecclesiarum loquitur: idest predicatoribus populorum. Hinc propheta ait. Et angeli pacis amare flebunt. Hinc rursum Malachias Isa.33.
ait. Labia sacerdotis custodiant scientiam Mala.2
et legem requirunt ex ore eius: quia ange-

1 Thi. 3 lus domini exercitum est. Hinc Paulus
ait. Magnum est pietatis sacramentum:
quod manifestatum est in carne. iustifica-
tum in spiritu: apparuit angelis: predica-
a tum est gentibus: creditum est mundo: as-
sumptum est in gloria. Qui igitur dispensa-
tionis mysterium; postq̃ apparuisse ange-
lis dixit: predicatum gentibus subdidit: pro-
fecto angelorum nomine predicatores san-
ctos. idest veritatis nuncios designauit. Si
ergo hoc quod dicitur; cum sublatus fuerit
timebunt angeli: et territi purgabuntur: ad
futurum tempus refertur: adueniente distri-
cto iudice extrema hic istius leuiathan dã-
natio designatur: quia de hoc mundo per
iram iudicij tollitur: qui nunc mira mansue-
tudinis lõganimitate toleratur. Tanto au-
tem hinc pondere terroris excutitur: vt san-
ctorum etiam predicatorum fortitudo tur-
betur. Cum enim sublatus fuerit timebunt
angeli: quia cum iudicij turbine rapitur: hi
qui in corporibus reperiri potuerint: imme-
so terrore concussi: etiã superne patrie nũ-
cij contremiscunt. Quamuis enim iam for-
tes atq̃ perfecti: adhuc tamen quia in car-
ne sunt positi: non possunt in tanti terroris
turbine nulla formidine concuti. Sed cum
leuiathan iste rapitur: cunctis omnia elemẽ-
ta in eius interitu quatiuntur: predicatores
sanctos quos vt dixi adhuc in suis corpori-
bus illico tempus iudicij inuenerit: spes de
regni propinquitate letificat: et carnis infir-
mitas de ire ostensione perturbat. Erit er-
D go in eis aliquo modo tremor letus et timor
securus: quia et celesti regno se remunerari
certi sunt: et per tanti turbinis metum pro
carnis infirmitate contremiscunt. Conside-
remus ergo quomodo tunc iniquorum con-
scientia concutitur: quando etiam iustorũ
vita turbatur. Vt qui oderant aduentum
iudicis: quid facient si terrorem tanti iudi-
cij etiam qui diligunt expauescunt: Et quia
in sanctis predicatoribus hoc pauore exeo
quitur: si qua eis inesse potuit leuium rubi-
go viciorum postq̃ dixit: cum sublatus fue-
rit timebunt angeli: apte mox subdidit: et
territi purgabuntur. Sed quia hec de leuia-
than fine cognouimus: iterum prius q̃ pereat
quid agat audiamus. Sequitur. ¶ Cum ap-
prehenderit eum gladius subsistere non po-
terit: neq̃ hasta neq̃ torax. ¶ In scriptura
sacra aliquando per gladium sancta predi-
catio: aliquando eterna damnatio: aliquan-
do tribulatio temporalis: aliquando antiq̃
hostis ira vel persuasio designatur. Gladi᷒
Ephe 6 vero sancta predicatio ponitur: sicut Pau-
lus ait. Et gladium spiritus quod est ver-
bum dei. Gladij nomine eterna damnatio
designatur: sicut de predicante heretico scri-
ptum est. Si multiplicati fuerint filij eius in
gladio erunt: quia quantalibet hic numero-
sitate germinent: eterna damnatione cõsu-
muntur. Gladius tribulatio temporalis ac-
Luc. 2. cipitur sicut marie secturis tribulationibus
dicitur. Et tuam ipsius animam pertransi-
bit gladius. Rursum per gladiũ ira vel per-
suasio maligni hostis exprimitur: sicut psal-
mista ait. Qui liberasti Dauid seruum tu-
E um de gladio maligno. Benignus quippe san-
cte predicationis est gladius quo percutimur
vt a culpa moriamur. Malignus vero est
diabolice psuasiõis gladius: quo male q̃sq̃
percutitur: vt a vita rectitudinis extinguat.
Antiqui ergo hostis ẽ gladius ille: quẽ dam-
natus homo: in vsum ministerij eius assum-
ptus. Ipsum quippe per maliciam fraudis
exacuit: et infirmorum corda transfigit. Quẽ
ergo leuiathan gladius apprehẽdit: cũ eum
suus damnatus homo susceperit. Si autem
gladij nomine ei᷒ ira signatur: recte non ap-
prehendere gladiũ: sed a gladio apprehen-
di describitur. In tantam quippe tunc insa-
niam vertitur: vt dominari omnibus appe-
tens: nequaq̃ sue ire dominetur. Nos nã-
q̃ tum iram in vsum iusticie assumim᷒: gla-
dium tenemus: quia eam sub equitate iudicij
possidendo moderamur. Ille aũt qui per
abrupta furoris rapitur: non apprehende-
re gladium: sed a gladio apprehendi perhi-
betur. Non enim iram possidens tenet: sed
ab ira sentiens tenetur.

Capitulum. 5.

C uncti(s) autem liquet q̃
hasta aduersarium percu-
A timus: torace vero ab ad-
uersario munimur. Per
hastam vulnera inferimus:
torace tegimur ne vulne-
remur: quid igitur per ha-
stam nisi predicationis iaculum: quid per to-
racem nisi fortitudo patiẽtie designat: Le-
uiathan ergo iste qui per assumptũ reprobũ

hominem in ira omnimode crudelitatis ef-
frenatur: apprehendi gladio dicitur: nam p
ostensionem immense tunc fortitudinis exhi
bet quicquid nequiter potest: ⁊ neq; hasta:
ne q; torax subsistere poterit: q; in antichri-
stum veniens tante virtutis gloria appare-
bit: vt si supernum adiutorium desit: ⁊ pre-
dicantium acumen obtundat: ⁊ longanimi
tatem patientum destruat. Nisi enim insto
rum vitam superna gratia solidet: non sub-
sistit hasta: quia predicatorum virtus fran-
gitur: non subsistit torax: quia constantium
patientia dirupta penetratur. Unde ⁊ sub-
ditur. ((Reputabit enim vt paleas ferrū: ⁊
quasi lignum putridum es.)) Quod supius
hastam dixit: hoc inferius ferri appellatōe
replicauit: ⁊ quod toracem protulit: hoc rur
B sum eris cōmemoratione signauit. Ferrum
nāq; acuitur vt aduersarius vulneretur.
Es autem rubigine pene nulla consumitur.
Ferro ergo predicationis iacula: ere autem
longanimitatis constantia designatur. Un-
de ⁊ sub assur specie de sancta ecclesia per
Deut. 33 moysen dicitur. Ferrum ⁊ es calciamentū
eius. Calciamentum quippe in scriptura sa
Ephe 6 cra munimē predicationis accipitur: sicut
scriptum est. Calciati pedes in preparatio-
ne euangelij pacis. Quia ergo per ferrū vir
tus: per es autem perseuerantia exprimitur
ferrum ⁊ es calciamentum eius dicitur: cū
predicatio eius acumine simul ⁊ constantia
munitur. Per ferrum enim mala aduersan
tia penetrat: per es autem bona que pro-
fuit: longanimiter seruat. Cuius profecto
perseuerantia illic apertius insinuat dicēs.
Sicut dies iuuentutis: ita erit ⁊ senectutis
illius. Sed leuiathan iste quando illū gla
dium quem sacra eloquia antichristum vo-
cant: in exercitationē sue iniquitatis assum
pserit: ⁊ ferrum velut paleas: ⁊ es velut li-
gnum putridū reputabit: q; nisi diuia gra-
tia protegat, ⁊ predicantium vires velut pa
leas nequicie sue igne consumet: ⁊ patien-
tium constantiam quasi lignum putridum i
puluerem rediget. Et acumen igitur ferri ⁊
C eris fortitudo deficiet: dum per violentiam
virtutis illius ⁊ predicatiōis sensus obtun-
ditur: ⁊ patientie longanimitas dissipatur.
Nisi ergo electos suos opitulatio diuina ro
boret: vbi tunc infirmi erunt. si fortes sicut
palee reputantur. Quid tunc leuiathan iste

de paleis faciet: si ferrum quasi paleas esti
mabit: Quid de putridis lignis securus ē:
si quasi lignum putridum eris fortitudinem
soluit: Sed o q̄ multi qui suis viribus fer-
rum se vel es estimant: in illo tunc tribula-
tionis igne se paleas esse deprehendunt: et
q̄ multi qui per infirmitatem propriam se
esse paleas metuunt: per diuinum adiuto-
rium fulti inferri atq; eris soliditate roborā
tur: vt contra aduersarium suum tanto ma-
gis in deo fortes sint quanto de se amplius
infirmos se esse conspexerint. Sed quanto
altius behemoth iste contra electos dei per
miracula erigitur: tanto contra eum sancti
quoq; vehementius ad predicationis se ver
ba constringunt. Qui tamen ita reproborū
mentes possidebit: vt eas nulla confossus
veritatis iaculatione derelinquat. Unde ⁊
subditur. ((Non fugabit eum vir sagitta-
rius.)) Quid enim per sagittas: nisi verba B
predicatorum accipimus. Que dum ex vo-
ce bene viuentium distinguuntur: audien-
tium corda transfigunt. His sagittis sancta
ecclesia percussa fuerat que dicebat. Vul-
nerata charitate ego sum. De his sagittis Cāti. 1.
psalmista voce narratur. Sagitte paruulo-
rum facte sunt plage eorū: quia scilicet ver Ps. 63
ba humilium penetrauerunt animos super
borum. De his sagittis uenienti propugna-
tori dicitur. Sagitte tue acute: potentissimi
populi sub te cadent in corde. Vir itaq; est
sagittarius: quis per sancte intentionis ar-
cum audientium cordibus verba recte ex- Ps. 44.
hortatiōis infigit. Quia ergo leuiathan iste
verba predicantium despicit: ⁊ cum repro-
borum mentes male suadendo momorde-
rit durus inter iacula omnimodo eas nō re
linquit: recte dicitur: non fugabit eū vir sa-
gittarius. Ac si aperte diceretur. A reprobo
rum cordibus eum sancti predicatoris sa-
gitta non excutit: quia quisquis ab illo ap-
prehenditur: verba iam predicantium au-
dire contemnit. Unde bene peccatis prece-
dentibus irascens: dominus de his quos i
manu antiqui hostis deserit: per prophetā
dicit. Immittam vobis serpentes ⁊ regu-
los: quibus non est incātatio. Ac si diceret. Hiere. 8
Iusto iudicio talibus vos immundis spiri
tibus tradam: qui a vobis exciti exhorta-
tione predicantium quasi incantantiū ser
mone non valeant. Quia ergo leuiathan

iste a cordibus reproborum sancte predicationis spiculis non mouetur: ipse etiam sanctorum virorum contemptus adducit: cum illico subinfertur.

Capitulum. 6.

A In stipulam versi sunt ei lapides funde. Quid per fundam: nisi sancta ecclesia figuratur. Funda nanque dum in gyrum mittitur: sicut de illa lapides exeunt: quibus aduersariorum pectora feriantur: ita sancta ecclesia dum volubilitate tempor per tribulationum circuitum ducatur: fortes ex illa viri prodeunt: quibus quasi lapideis ictibus iniquorum corda tundantur. Unde et ad prophetam de bonis doctoribus dominus dicit: Deuorabunt et subijcient lapidibus funde. Zach.9 Sancti quippe doctores qui ad virtutem et alios instruunt hostes deuorant: dum eos intra corpus suum per vim conuersionis immutant. Quos lapidibus funde subijciunt: quia dum fortes quosque in sancta ecclesia viros instituunt: per eos aduersariorum superbientium pectora dura confringunt. Unde et Golias immanissimus: saxo funde moritur: quia singulari sancte ecclesie lapide dyabolica celsitudo superatur. Leuiathan itaque iste quia damnato illo homine assumpto: quoslibet fortes ecclesie velut infirmos despicit: eorumque vires, temporaliter premit: recte nunc dicitur: in stipulam versi sunt ei lapides funde. Ac si aperte diceretur. Sanctorum robur quasi in stipule mollicies redigit quorum linguis prius pectus illius duris ictibus tundit. Omnem quippe tunc fortitudinem sue iniquitatis exercens: quanto se ab eis vinci spiritaliter dolet tanto atrocius contra eos corporaliter preualet. Et quia nil se contra eorum spiritum preualere considerat: in eorum carne crudelitatis sue omnia argumenta consumat.

Capitulum. 7.

A Sed quid mirum si homines viles despicit: qui ipsa etiam superni se iudicij eterna tormenta contemnit. Unde et subditur. Quasi stipulam estimabit malleum. Ac si diceret: Etiam pondus eius animaduersionis despicit qui se per supplicium desuper veniens ferit. In scriptura vero sacra mallei nomine aliquando dyabolus designatur: per quem nunc delinquentium culpe feriuntur. Aliquando vero percussio celestis accipitur qua vel electi supernos ictus sentiunt ut a prauis itineribus corrigantur: vel iusta ira reprobos percutit. ut iam supplicia eterna preueniens: quid etiam in posterum mereantur ostendat. Nam quia appellatione mallei antiquus hostis exprimitur propheta testatur cum super eum vim extremi iudicij contemplatur dicens. Hiere.50. Quomodo confractus est et contritus malleus vniuerse terre. Ac si diceret. Eum per quem vascula sua dominus in ministerij vsum formanda percutit: quis perpendat quo turbine veniente extremo iudicio in eterna damnatione confringit. B Rursus per malleum percussio celestis exprimitur: quod Salomone templum edificante signatur cum dicitur. Domus autem cum edificaretur de lapidibus dolatis atque perfectis edificata est. 2.Re.6. Malleus autem et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo cum edificaretur. Quid enim domus illa nisi sanctam ecclesiam quam in celestibus dominus inhabitat figurabat. Ad cuius edificationem electorum anime quasi quedam expoliti lapides deferuntur. Que cum edificatur in celis: nullus illic discipline malleus resonat: quia illic dolati atque perfecti lapides ducimur: ut locis iuxta meritum congruis dei ponamur. Hic enim foris tundimur: ut illuc sine reprehensione veniamus: hic malleus: hic securis: hic omnia tunsionum resonant ferramenta: in domo autem dei nulli ictus audientur: quia in eterna patria omnis iam percussionum strepitus conticescit: nequaquam ibi malleus percutit: quia nulla animaduersio affligit. Nequaquam securis incidit: quia receptos iterum nulla foris seueritatis sententia proijcit: nequaquam ferramenta perstrepunt: C quia nec quelibet minima vltra iam flagella sentiuntur. Quia ergo per malleum desuper venientem celestis pondus percussionis exprimitur: quid est quod leuiathan iste malleum despicit: nisi quod superne animaduersionis ictus formidare contemnit. Et quasi stipulam malleum deputat: quia ad iuste ire se pondera velut contra terrores leuissimos parat. Unde expressius subditur. Et deridebit vibrantem hastam. Contra leuiathan vero dominus hastam vibrat: quia in eius interitu districtam minatur sententiam. Hastam quippe vibrare est eternam ei mortem ex districta animad-

D uersione preparare. Sed apostata spiritus
auctorem vite etiam cum sua morte despi
ciens hastam vibrantem deridet. qr districto
iudicio quicquid graue quicquid horribile se pre
uidet pati nõ metuit: sed quo se eterna tor
menta nõ posse euadere conspicit: eo in ex
ercenda nequitia durior surgit. Quem cũ ple
rique huius mũdi sapientes in cũctisque appe
tit: tanta pertinacia: tanta fortitudie strin
gi non posse cõsiderant: corda sua ad famu
latũ eius tyrãnidis inclinant: ⁊ omne quod
deo largiente sapiunt hoc contra eum ad
seruitium hostis illius inflectunt. Unde ⁊
recte subdit. (Sub ipso erant radij solis.)
In scriptura enim sacra cum figurate sol
ponitur: aliquando dominus: aliquando
E persecutio: aliquando de re qualibet mani
feste visionis ostensio: aliquando intelligẽ
tia sapientium designatur. Per solem quip
pe dominus figuratur: sicut sapientie libro p
hibetur quod omnes impij in extremi die iudi
cij cognita sua damnatione dicturi sont. Er
Sap. 5 rauimus a via veritatis: ⁊ lumen iusticie non
luxit nobis: ⁊ sol non ortus est nobis. Ac si
aperte dicant. Interni nobis luminis radi
us nõ resulsit. Unde ⁊ Joannes ait: Mu
Apo. 12. lier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius. In
sole vero illustratio veritatis: in luna autẽ
que menstruis sopplecionibus deficit: mu
tabilitas temporalitatis accipitur. Sãcta
autẽ ecclesia quia superni luminis splẽdo
re protegitur: quasi sole vestitur: quia cun
cta temporalia despicit: lunam sub pedibus
premit. Rursum ergo sole persecutio desi
gnatur: sicut i euãgelio veritas dicit: quod na
ta sine radicibus semina orto sole aruerunt:
qr videlicet verba vite in corde terrenorũ
hominum temporali momento virentia su
peruenientè persecutionis ardore siccãtur.
Rursum sole manifeste visionis ostensio de
signatur: sicut propheta dominum cuncto
rum oculis apparentem denũciat dicens:
Ps. 18 In sole posuit tabernaculũ suum. Ac si di
ceret: humanitatis assumpte sacramẽtũ:
in lumine manifeste visionis ostendit. Ec si
cut eidem pphete diuina voce per nathã di
2. Re. 12. citur: Tu fecisti in abscõdito ego facio ver
bum istud in conspectu omnis israel: ⁊ i cõ
specta solis. Quid enim per conspectum
solis nisi cognitionẽ insinuat manifeste vi
sionis? Rursum solis nomine sapientiũ in

tellectus exprimitur: sicut i Apocalypsi scri Apo. 16
ptum est: Quartus angelus effudit fialam
suam in solem: ⁊ datum est illi estu afficere
homines igni. Fialam videlicet in solem ef
fundere. est persecutionis supplicia viris sa
pientie splendere fulgentibus irrogare: et
datum est illi vt afficeret homines estu et
igni: quia dum sapientes viri cruciatibus vi
cti: male agendi errore tanguntur: illorum
exemplo persuasi infirmi quoque temporali
bus desiderijs inardescunt. Ruine ẽo for
tium augmenta prestant perditionis infir
morum. Quia sole acumen sapientie desi
gnatur per comparationem quoque a Salo
mone dicitur. Sapiẽs vt sol permanet: stul Eccli. 27.
tus vt luna mutatur.

Capitulum. F.



De ergo loco quid solis radi A
os: nisi acumina sapientiũ
demonstrantur? Quia enĩ
multi qui in sancta ecclesia
luce sapientie resplendere
videbantur: tunc vel psua
sionibus capti: vel minis territi: vel crucia
tibus fracti leuiathan istius seditioni subij
ciuntur recte dĩ: sub ipso erant radij solis.
Ac si aperte diceretur. Hij qui intra sanctã
ecclesiam per acumina sapientie quasi ra
dios videbantur lucis aspergere: ⁊ p aucto
ritatem rectitudinis desuper resplẽdere po
testati leuiathan istius iniqua se operatio
ne substituerunt: vt non iam recte predican
do desuper luceant sed ei peruerse obsequẽ
do famulentur: Solis ergo radij sub ipso
sunt: cum nõnulli ⁊ docti viri sapientie sue
acumina nõ libere agendo subleuant: sz ad
vestigia leuiathã istius ⁊ peruersitate ope
ris: ⁊ blandimento adulatõis inclinant: vt
intelligentia que illis sicut sol desuper fuit:
ex celesti munere antiqui hostis pedibus sub
sternantur ex terrena cupiditate. Unde et
nunc cum quisque sapientium vel doctorum B
pro cõmodo vel gloria vite temporalis per
adulationis lapsum terrenis de potestati
bus praue agentique. subijcit quasi sub ve
stigijs venientis antichristo solis se radius
sternit. Et velut celi loca sibi behemoth hu
miliat: dum per pestiferum assensum sapi
entium mentes calcat: Totiens vero leuia
than istius pedibus se radij solis subdunt.
quotiens hij qui doctrine videntur luminis

resplendere immoderato acumine prava in sacro eloquio sentiunt perverſiſq; ſenſibus eius ſe errori ſubſternunt: quia dū contra ſidelia veritatis predicamenta ſe erigunt leviathan iſtius beſtijs falſa ſentiendo famulantur. Totiēs rediſ ſolis ſub ipſo ſunt: quotiens docti quiq; ⁊ intelligentie arte pollentes: vel deſpectis ceteris in elatione ſe erigunt: vel ſumma que ſapiunt poſtponentes ſordidis carnis deſiderijs inquinātur: vel obliti celeſtium terrena ambiguunt: vel non reminiſcentes, quia terra ſunt ď cognitione celeſtium inaniter gloriantur. Unde, ⁊ recte ibi ſubiūgitur. ((Sternet ſibi aurum quaſi lutū.)) Appellatione quippe auri in ſacro eloquio: aliquando divinitas: aliquando ſplendor ſuperne civitatis: aliquando charitas: aliquando nitor glorie ſecularis: aliquādo pulchritudo ſanctitatis accipitur. Auri vero nomine ipſa intima divinitatis claritas deſignatur: ſicut in canticorum canticis ſponſi ſpecies deſcribitur. Caput eius aurum optimum. Quia vero caput Chriſti deus: nil vero eſt in metallis auro fulgentius: ſponſi caput aurum dr̄ quia eius humanitas ex divinitatis ſue nobis claritate principatur. Rurſum auri nomine ſplendor ſuperne civitatis accipitur: ſicut hanc Joannes ſe vidiſſe teſtatur dicens: Ipſa civitas aurum mundum ſimile vitro mundo. Aurum nanq; et quo illa civitas conſtat ſimile vitro dicitur: ut ⁊ per aurum clara: ⁊ per vitrum perſpicua deſignetur. Rurſum auri nomine charitas intimatur ſicut angelum quem ſibi loqui uidit Joannes aſperit: ad māmillas zona aurea cinctum vidit: quia nimirum ſupernorum civium pectora: dum penali nequaq; timori ſubiecta ſunt: atq; ſe vicisſim nulla ſciſſione ſolvunt: et ſola ſe charitate conſtringunt. Zonam vero auream circa mamillas habere eſt: cunctos mutabilium cognitionis motus per ſolius iam amoris vincula reſtringere. Rurſum auri nomine nitor glorie temporalis exprimitur ſicut per prophetam dicitur. Calix aureus babylon. Quid enim babylonis nomine niſi huius mundi gloria deſignatur? Que calix aureus dicitur: quia dum pulchra eſſe temporalia oſtentat: ſtultas mentes in ſua concupiſcentia debriat: ut ſpecioſa temporalia appetant: ⁊ invi-

E

Cañ. 5

Apo. 21

B

Hiere. 5

bilia pulchra contemnant. Hoc auro caliſce primo ſpōte ſua eva debriata eſt: de qua hyſtoria veritatis dicit: Q: cum vetitum lignum concupiſceret vidit q; eſſet pulchrum viſu aſpectuq; delectabile ⁊ comedit. Aureus ergo babylon calix eſt: quia dum viſus exterioris pulchritudinis oſtendit ſenſum interne rectitudinis ſubtrahit. Rurſum auri nomine ſplendor ſanctitatis accipitur: ſicut iudaicum populum a ſplendore iuſticie ad nequitie tenebras commutatum. Hieremias deplorat dicens: Quomodo obſcuratum eſt aurum: mutatus eſt color optimꝰ. Sicut enim ſuperius divinus aurum obſcuratur cum ſubſequentibꝰ iniquitatis tenebris iuſticie pulchritudo deſeritur: Color optim⁹ mutat͞ cū ſplendor innocentie in ſeditatem vertitur culpe.

Gen. 3

Treñ. 4

Capitulum. D.



Lutū quoq; nomine in ſacro eloquio aliquando terrenarum rerum multiplicitas: aliquando ſordities ſapiens inſipiens qua doctrina: aliquādo deſideria carnalis illecebre ſignatur. Per lutum qppe terrenarum rerum multiplicitas figuratur ſicut per Abacuch prophetam dicitur: Ve ei qui multiplicat non ſua uſquequo aggravat contra ſe denſum lutum. Denſo enim ſe luto aggravat: qui per avariciam terrena multiplicans peccat ſui ſe oppreſſione coangustat. Rurſum luti nomine doctrina ſordium ſapiens deſignatur: ſicut per eundem prophetam domino dicitur: Viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarum multarū. Ac ſi diceret. Aperuiſti iter predicatoribus tuis inter doctrinas huiꝰ ſeculi ſordida ⁊ terrena ſapientes. Per lutū quoq; deſideriū ſordide voluptatis exprimit: ſicut pſalmiſta deprecans ait: Eripe me de luto ut non inhereram. Luto quippe inherere eſt: ſordidis deſiderijs concupiſcentie carnalis inquinari. Hoc ergo loco aurum claritas ſanctitatis accipitur: lutum vero vel terrenarum rerum avaricia vel pravarum contagia doctrinarū: vel ſordes carnalium voluptatuꝰ nil obſtat intelligi. Quis enim multos leviathan iſte qui intra ſanctam eccleſiam fulgore iuſticie reſplendere videbantur: tunc vel terrenarum rerum concupiſcentie

A

Aba. 2

Aba. 3

Ps. 68

B

vel errantis doctrine contagio: vel carnalibus sibi voluptatibus subiicit: aurum sibi procul dubio quasi lutum sternit. Aurum vero quasi lutum sternere est: in quibusdam vite mundiciam per illicita desideria cõculcare: vt hi etiam sordidis eius vestigiis seruiãt qui contra illum prius virtutum splendore rutilabant. Antiquus itaq; hostis alios tũc sub specie sanctitatis illudit: alios autem per feda vicia vite carnalis intercipit. Sed tũc per hec aperte grassabit; nunc autem multorum cordibus occulte dominat: sicut Paulus apostolus dicit. Ut reueletur i suo tempore: nam mysterium iam operatur iniquitatis. Totiens igitur nunc aurum sibi quasi lutum subiicit quotiens castitatem fidelium per carnis vitia sternit. Totiens aurum velut lutum calcat: quotiens sensum continentium per immunda desideria dissipat. Quod tunc tãto vehemẽtius peragit: quanto sue perdite libertati cõmissus hoc quod appetit effrenatius perpetrat. Et fortasse quempiam moueat cur misericors deus fieri ista pmittat: vt leuiathan iste seu nũc per suggestiones callidas: siue tunc per damnatum illum quẽ replet hominẽ: vel solis sibi radios .i. doctos quoq; sapiẽtes subiiciat: vel aurum hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes: quasi lutum sibi vitiis coinquinando substernat. Sed citius respondemus: quia aurum quod prauis eius suasionibus quasi lutum sterni potuerit aurum ante dei oculos nunq; fuit. Qui enim seduci quandoq; non reuersuri possunt quasi habitam sanctitatem: ante oculos hominũ videntur ammittere: sed eam ante oculos dei nunq; habuerunt. Sepe namq; homo multis occulte peccatis inuoluitur: ⁊ in vna aliqua virtute magnus videtur. Que ipsa quoq; virtus inanescens deficit: quia dum innotescit hominibus procul dubio laudatur: eius q; laus inhianter appetitur. Unde fit vt ⁊ ipsa virtus ante oculos dei virtus non sit: dum abscõdit quod displicet: prodit qd placet. Que ẽo esse merita apud deum possunt: quã ⁊ mala occulta sunt ⁊ bona publica? Plerũq; enim sicut diximus latet superbia ⁊ castitas innotescit: atq; ideo ostensa diu castitas circa vite finem perditur quia cooperta superbia vsq; ad finem incorrecta retinet. Alius elemosinis vacat: propria distribuit: sed tamen multis iniusticiis seruit: vel fortasse linguam in detractionibus exercet et fit plerũq; vt is qui misericors fuerat iuxta vite sue terminum rapacitatis ⁊ crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde iusto iudicio agitur: vt ⁊ perdat ante homines: vnde deo hominibus placuit: qui hoc vnde displicuit corrigere noluit. Alius patientie studet sed inuidere aliis ⁊ seruare in corde maliciam non cauet: fit quandoq; impatiẽs: q; diu latuit dolens. Hi itaq; ⁊ per aliquid aurum sunt: ⁊ per aliquid lutum sunt: atq; hoc aurum quasi lutum sternitur quando occultis peccatis exigentibus etiam virtus que publice claruerat dissipatur. Sed opere precium credimus si in his virtutem superni ordinis subtilius perpendamus.

2.Thes.2

E

Capitulum. 10.

Sepe vero oĩpotens deus occulta quorũdã mala diu tolerat: vt aperta eorũ bona electorum suorum vsib⁹ profutura dispenset: nam nonnulli mundũ nequaq; funditus deserentes non perseueraturi angustum iter arripiunt: sed ad querendum angustam viam exemplo suo eos qui perseueraturi sunt accendunt. Unde plerũq; cõtingit: vt ipsum hoc quod bene viuere vident: non sibi sed potius solis electis viuant: dum exemplis suis ad bene viuendi studia perseueraturos alios non perseueraturi prouocant. Sepe ẽo quosdam videmus viam ingredi ad locum ppositũ festinare: quos alii qui euntes conspiciunt sequuntur: eundemq; locũ pariter petunt: sed fit plerũq; vt irruente aliquo implicationis articulo post se redeant qui preibant: ⁊ hi ad locum perueniant qui sequebantur. Ita nimirum sunt qui perseueraturi viam sanctitatis arripiũt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoant: vt eos qui peruenturi sunt qua gradiantur ostendant. Quorum etiam casus vtilitate non modica electorum profectib⁹ seruit: quia illorum lapsum dum conspiciunt de suo statu contremiscunt: ⁊ ruina que illos damnat: istos humiliat. Discunt enim in superni adiutoris protectione confidere dum plerosq; conspiciunt de suis viribus cecidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi: quasi planum iter sequentib⁹ mon

a

b

strant: quando vero in lapsum nequicie cor
ruunt electis post se pergentib⁹ quasi cauen
dam superbie foueam ostendunt. Erat ergo
leuiathan iste ⁊ solis sibi radios subdat at
C q; aurum luti more subiiciat. Scit pro oipo
tens deus ad electorum suorum solatiū be
ne vti malo reproborum: quando hi qui ad
illum peruenturi sunt: ⁊ suis ad eum meri
tis proficiunt: ⁊ sepe in eo quod superbe sa
piunt alienis lapsibus corriguntur. Sed si
hec leuiathan iste agit i eis quos claros ali
qua virtus ostendit: quid de illis facturus
est quorum mens vel ex parte aliqua suble
uata a terrenis cōcupiscentiis non ē. Quos
tamen diuinus sermo aperte exprimit dum
subiungit. Feruescere faciet quasi ollā p
fundum mare. Quid per mare nisi vita se
cularium: quid per pfundum nisi alte ⁊ abdi
te eorum cogitationes exprimuntur: Quod
pfundum mare leuiathan quasi ollam fa
cit feruescere: quia nimirum constat q; per
secutionis extreme tempore: contra electo
rum vitam studeat animos reproborū per
flāmam crudelitatis excitare. Tunc pfun
dum mare quasi ollā feruescit: cum corda re
proborum valido ardore succendit: ⁊ que
hoc pacis tempore intra suam maliciā clau
sa latuerunt: tunc in estum immanissime p
secutionis ebulliunt: ac per abruptam cre
dulitatis aperte licentiam: ea que diu pres
serant odia antiqui liuoris exaltant: q2 au
tem pestifero errore persuasi sic i istis famu
lanter antichristo vt tunc verius prebere se
estiment obsequium christo postq; dixit. Fer
uescere faciet quasi ollam profundum ma
re apte subiunxit.

Capitulum. xi.

A Olet quasi cum vngenta
bulliunt. Vngenta quip
pe cum bulliunt fragran
tiam suauitatis reddunt.
Quia ergo leuiathan iste
ita seducet corda reprobo
rum: vt quicqd agunt ex iniquitate pfidie:
pro veritate recte fidei se agere suspicentur
quasi bene eis olet id qd zelo religiōis exer
cent. Vñ in euangelio discipulis veritas dicit
Jo.16. Et ois qui interficit vos arbitretur obse
quiū se pstare deo. Igitur sicut olla feruēt
dum crudelitate psequuntur: sed apud eos
ipsa persecutio vngentorum fragrantiā re
dolet dum mens eorū vanis suspicionibus
decepta: estimat quia deo obsequium psol
uat. In scriptura enī sacra vngentorū odo
ribus opinio solet signari virtutum. Unde
sponsa in canticis canticorum sponsum de
siderans dicit. In odore vngentorū tuorum
curimus. Et vnde Paulus apostolus vir Cant.1.
tutū laude fragrare se sciens ait Christi bo
nus odor sum⁹ deo. Itaq; q2 leuiathā iste 2.Cor.2.
ministros illius perditi vasis sui incredu
litatis opera sub opinione laudis: ⁊ preteritu
virtutis itercipit: postq; dixit. Feruescere fa
ciet quasi ollam pfundum mare: recte mox B
subditur olet quasi cū vngēta bulliunt. Qs
enim per crudelitatis incendium mare fer
uet hoc in eorūdem iudicio qui excecātur
falso nomine virtutis: ac si vngenta bulliāt
ostendit vt tanto atrociores ad crudelitatē
fiant; quanto se etiam mereri premia quasi
pro zelo religionis existiment. Iustūq; hoc
est diuino iudicio: vt qui pietatis vim ppen
dere ⁊ custodire negligunt: suspicionis sue
odore fallantur. Unde ad illusionis augmē
tum eos crudelia ppetrātes signa quoq; ac
pdigia subsequunt: sicut ⁊ recte subiungit.

Capitulum. 12.

Post eum lucebit semita.
Post leuiathan quippe semi A
ta lucet phibet: q2 quaqua
transit mirationē uitiaz ex
miraculorū suorum claritā
te derelinqt: ⁊ siue p se seu
per ministros suos quolibet pdeat menda
cib⁹ signis coruscat. Unde ⁊ hoc ipm qd se
pe ptulimus in euāgelio veritas dicit. Sur Mat.24.
gent pseudo xpi: ⁊ pseudo pphete ⁊ dabūt
signa magna ⁊ pdigia: ita vt in errorem in
ducant si fieri potest etiā electi. Semita igi
tur post leuiathan lucet: q2 quorū corda pe
netrat: eorū opera prodigiis illustrat: vt ni
mirum tanto altius eorū mentes in erroris
tenebris teneat: quanto per eos foris quasi
potentius lucem de miraculis ostentat. Sz
sunt nōnulli q in memoria ⁊ verba pphetī
ca ⁊ euangelica precepta retinētes sciant ⁊
falsa esse signa que exhibet ⁊ vera supplicia
ad que decipiens trahit. Horū corda leuia
than iste: q2 sanctitatis ostentatione nō in
tercipit inter alia se eis illusione componit.
Quosdā nāq; hec scientes tamē presentem
vitā diligentes cōspicit quorū primus men

B tibus ventura supplicia leuigat: finienda
quoq3 districtionis iudicia asserit et deceptos
callide ad presentes voluptates rapit. Unde
et apte mox subditur. ¶ Estimabit abyssum:
quasi senescentem.) Quia eterna incompre-
Psal. 35. hensibiliaq3 iudicia abyssi soleant noie desi-
gnari: psalmista testatur dicens. Judicia tua
Hebre. 8 abyssus multa. Senectus vero aliquando pro
finis propinquitate ponitur. Unde aposto-
lus ait. Quod antiquatur et senescit: prope
interitum est: leuiathan itaq3 iste estimabit
abyssum quasi senescentem: qz reproborum cor
da sic infatuat: vt suspicionem eis de ventu
ro iudicio quod quasi finiatur infundat.
Abyssum namq3 senescere estimat qui termi-
nari quandoq3 in suppliciis supernam aiad-
uersionem putat. Igitur antiquus iste per-
suasor in membris suis. i. in mentibus ini-
quorum futuras penas quasi certo fine de
terminat: vt eorum culpas sine termino cor-
C reptionis extendat: et eo magis hic peccata
non finiant quo illic estimant peccatorum
supplicia finienda. Sunt enim nunc etiam
qui iccirco peccatis suis ponere finez negli-
gunt: quia habere quandoq3 finem futura
super se iudicia suspicantur. Quibus breui
ter respondemus si quandoq3 finienda sunt
supplicia reproborum quandoq3 finienda
Mat. 25 sunt ergo et gaudia beatorum. Per semet-
ipsam namq3 veritas dicit. Ibunt hii in sup-
plicium eternum: iusti autem in vitam eter-
nam. Si igitur hoc verum non est qd mina-
tus est: neq3 illud verum est quod promisit.
At inquiunt ideo eternam penam peccan-
tibus minatus est: vt eos a peccatorum per
petratione compesceret: quia creature sue eter
na supplicia minari debuit: non inferre. Qui
bus citius respondemus. Si falsa minatus
est vt ab iniusticia corrigeret: etiam falsa pol
licitus est vt ad iusticiam prouocaret. Et
quis hanc eorum vesaniam tolleret: qui dum
promissionibus suis reproborum supplicia
finiri asserunt assertione sua etiam electorum
premia remunerationesq3 confundunt. Quis
hanc eorum vesaniam toleret: qui conant
astruere verum non esse qd veritas de eter
no igne minata est: et dum satagunt deum
D perhibere misericordem: non verentur pre-
dicare fallacem. At inquiunt. Sine fine pu
niri non debet culpa cum fine. Justus nimi
rum est omnipotens deus: et qd non eterno
peccato commissum, est eterno non dz puniri
tormento. Quibus citius respondemus: qd
recte dicerent: si iudex iustus districtusq3 ve
niens non corda hominum sed facta pensa
ret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt:
qz cum fine vixerunt. Voluissent quippe si-
ne fine viuere: vt sine fine potuisset in iniq-
tatibus permanere. Nam magis appetunt
peccare qz viuere: et ideo hic semper viuere
cupiunt: vt nunq3 desinant peccare cum vi
uunt. Ad districti ergo iudicis iusticiam per
tinet: vt nunq3 careant supplicio: quorum
mens in hac vita nunq3 valuit carere pec-
cato: vt nullus detur iniquo terminus vltio
nis qui quandiu valuit habere noluit ter-
minum criminis. At inquiunt.

Capitulum. iij.



ullus iustus crudelitatibus
pascitur et delinquens ser-
uus a iusto dño iccirco cedi A
precipitur: vt a nequicia cor-
rigatur. Ad aliqd ergo cedi
tur: cum non eius dominus
cruciatibus delectatur. Iniqui autem gehenne
ignibus traditi quo fine semper ardebunt.
Et quia certum est quod pius atq3 oipotens
deus non pascitur cruciatibus iniquorum
cur cruciantur miseri si non expiant? Qui-
bus citius respondemus qd omnipotens de9
qui pius est miserorum cruciatu non pasci-
tur: quia autem iustus est: ab iniquorum vl-
tione imperpetuum non sedatur. Sed iniq
omnes eterno supplicio: et quidem sua iniq
tate puniuntur: et tamen ad aliquid concre-
mantur. s. vt iusti omnes: et in deo videant
gaudia que percipiunt: et in illis respiciant
supplicia que euaserunt: vt tanto in eternum
magis diuine gratie debitores se esse cogno
scant: quanto in eternum mala puniri con-
spiciunt: que eius adiutorio vitare potue- B
runt. At inquiunt. Et vbi est quod sancti
sunt si pro inimicis suis quos tunc ardere vi
derint non orabunt: quibus vtiq3 dictum est Mat. 5
pro inimicis vestris orate. Sed citius respon
demus. Orant pro inimicis suis eo tempore:
quo possunt ad fructuosam penitentiam eorum
corda conuertere: atq3 ipsa conuersione salua
re. Quid enim aliud pro inimicis orandum 2. Thi. 2
est: nisi quod apostolus ait. Ut det illis pe
nitentiam et resipiscant a diaboli laqueis a
quo capti tenentur ad ipsius voluntatem. Et

quomodo pro illis tunc orabitur: qui iam
nullatenus possunt ad iusticie opera ab ini
quitate commutari: Eademq3 itaq3 causa ē:
cur non oretur tunc pro hominibus eterno
igne damnatis: que nunc etiam causa ē: vt
non oretur pro diabolo angelisq3 eius eter-
no supplicio deputatis: que nunc etiam cā
est: vt non orent sancti homines pro homi-
nibus infidelibus impijsq3 defunctis qui de
eis vtiq3 quos eterno deputatos supplicio
iam nouerunt ante illum iudicis iusti cōspe-
C ctum orationis sue meritum cassari refugi-
unt. Quod si nunc quoq3 viuētes iusti mor
tuis: z damnatis iniustis minime cōpaciun
tur: quādo adhuc aliquid iudicabile de sua
carne se perpeti etiā ipsi nouerunt quanto
districtius tunc iniquorum tormenta respi-
ciūt quādo ab omni vitio corruptiōis eruti
ipsi iam iusticie vicinius atq3 arctius inhe-
rebunt. Sic quippe eorum mentes per hoc
q iustissimo iudici inherent: vis districtiōis
absorbet: z omnino eis non libeat: quicqd
ab illius iterne regule subtilitate discordat.
Sed qz suborto occasionis articulo hec cō-
tra origenistas breuiter diximus ad eū quē
pretermisimus exponendi ordinem recurra
mus. Postq3 misericors dominus callida
machinamenta leuiathan istius indicauit:
aperte predicens omne quod electos exte
rius vehementer opprimit: omne quod in-
terius suggestione sua reprobis blandiēter
infundit mox immanitatem virtutis illius
breuiter insinuans subdit. Non est sup ter-
ram potestas que comparetur ei.

Capitulum. 14

B Potestas eius super terram
cunctis eminentior perhibe
tur: qz z si actionis sue meri
to infra homines cecidit: oē
tamen humanum gen9 na-
ture angelice conditionem
transcendit. Quāuis enim interne felicita-
tis beatitudinem perdidit nature tamē sue
magnitudinem non amisit cuius adhuc vi-
ribus humana omnia superat: licet sanctis
hominibus meritorum suorum subiectione
subiaceat. Unde z eisdē sanctis cōtra hūc
decertantibus eo retributionis sue meritū
crescit: quo ille ab eis vincitur: qui per natu
re potentiam quasi iure se hominibus su-
peresse gloriatur. Sequitur. ¶ Qui factus
est vt nullum timeret.)) Sic quidem factus
est per naturam vt conditorem suum caste
timere debuisset: timore videlicet sobrio et
securo: nō timore quem foras charitas mit
tit: sed timore qui in seculum seculi perma-
net. idest quem charitas gignit. Aliter ve-
ro timet coniugem vxor amans: aliter do-
minum ancilla peccans. Sic fuerat iste cō-
ditus quatenus timore leto auctorem suū
z amans metueret: z metuens amaret. Sz
sua peruersitate talis factus est: vt nullum
timeret. Ei quippe a quo conditus fuerat B
subesse despexit. Ita enim deus supra oīa
est: vt ipse sub nullo sit. Leuiathan vero iste
eius celsitudinis culmen aspiciens: ius per-
uerse libertatis appetijt: vt z preesset cete-
ris: z nulli subesset dicens. Ascendā super Isa.14.
altitudinem nubium z similis ero altissimo
cuius eo ipso similitudinē perdidit: quo esse
ei superbe similis in celsitudine concupiuit.
Qui enim charitatem eius imitari debuit:
subditus ambijt eius celsitudinem: z hoc
quod imitari poterat amisit elatus. Celsus
nimirum esset si ei qui veraciter celsus est in
herere voluisset. Celsus esset si participa-
tione vere celsitudinis contentus fuisset.
Sed dum priuatam celsitudinem superbe
appetijt: iure perdidit participatam. Reli-
cto enim eo cui debuit inherere principio su
um sibi appetijt quodammodo esse princi-
pium. Relicto eo qui vere illi sufficere po
terat se sibi sufficere posse indicauit: z tan
to magis infra se cecidit: quanto magis se C
contra gloriam sui conditoris erexit. Nam
quem exaltabat libera seruitus: deiecit ca-
ptiua libertas. Qua libertate nunc: vt nul
lum timeat effrenatur: sed ipsa grauiter ef-
frenatione restringitur. Superno enim iu-
dicio cuncta mirabiliter ordinante vinxit
illum libertas q appetijt: quia omnimodo
non timens omnibus supplicijs subiacet:
qui elementis etiam superesse poterat: si
vnum quem debuit timere voluisset. Unū
profecto timeret omnia possidens: qui nunc
vnum non timens omnia patitur. Factus
est ergo vt nullum timeret nullum videli-
cet: quia nec deum: sed neq3 hoc quod
passurus est meruit. Cui nimirum feli-
cius fuerat timendo vitare supplicia quā
non timendo tolerare. Appetitum ergo

ccelsitudinis vertit in rigorẽ mentis: vt dam
natus iam per duriciam se male egisse non
sentiat: q preesse per gloriã querebat. Nam
qz ius quesite potestatis nõ obtinuit: quasi
quoddam superbie sue remediũ insaniã in
sensibilitatis inuenit: z qz profectu transgre
di cuncta non potuit despectu se ad cũcta
preparauit.

Capitulum. 15.

A 
Uius adhuc supbia studio se describitur cũ protin⁹ sub
infertur. Omne sublime vi
det. i. cunctos velut isra se
positos quasi de sublimi re
spicit: qz dũ per itentionem
contra auctorem tumitur: estimare sibi quẽli
bet sibi similem dedignat. Quod apte eti
am ei⁹ mẽbris congruit: qz oẽs inig per tu
morem cordis elati: cunctos quos cernunt
superbie fastu despiciũt: z si quando exteri
us venerãtur: ĩtus tamen in secreto cordis
vbi apud se sua estimatio ne magni sint cũ
ctorũ sibi vitam meritũq; postponũt. eosq;
infra se eẽ respiciunt: qz per elatam sibi co
gitatõem cordis i cuiusdam se altitudinis:
arce posuerũt. Quib⁹ bene per pphetã dr.
Isa. 5 Ue q sapientes estis ĩ oculis vestris: z corã
vobisimetipsis prudentes. Hic ẽt Paulus
Ro. 12. ait: Nolite prudentes esse apud vosmet
ipsos. Hinc ad Saul diuina increpatione
1. Re. 15 dr: Nõne cum esses paruulus ĩ oculis tuis
caput te constitui ĩ tribub⁹ israel: Paruu
lus quippe in oculis suis est: q in eo quod se
metipsum considerat: iparem se alienis me
ritis pensat. Nam quasi grãdem se aspicit
qsq; se super aliena merita elatõe cogita
tionis extendit. Saul aũt reprob⁹ in bono
quod ceperat non permansit qz fastu susce
pte potestatis intumuit.

Capitulum. 16

A 
T contra Dauid semp d se
humilia sentiẽs: eiusdemq;
Saul se comparatõi postpo
nens: postq; feriendi locum
reperit z pepcit eidẽ senien
ti aduersario humili se pfes
sione strauit dicens. Quẽ persequeris rex
israel quem persequeris: Canem mortuũ:
z pulicem vnũ: Et certe vnctus in regem iã
fuerat i m exorante Samuele z cornu sup
se oleum fundente didicerat: quod eum di
uina gratia Saul reprobato ad regni gu
bernacula possidenda seruabat: z tamen p
sequenti aduersario mente humili se sub
sternebat cui diuino iudicio prelatum se cẽ
nouerat. Illi itaq; se humiliter postpõebat
cui per electõis grãm incõparabiliter se no
uerat esse meliorem. Discant ergo quomo
do humiliari proximis debeant qui adhuc
quo loco apud deũ habeantur nesciunt si
sic se electi etiam illis humiliant quibus iã
se per interna iudicia antepositos deprehẽ B
dunt. Hoc autem proprium esse specimẽ ele
ctorum solet: quod de se semper sentiunt in
fra q̃ sunt. Hinc nanq; ab eodem Dauid
dicitur: Si non humiliter sentiebam: si exal Ps. 130.
taui animam meam. Hinc Salomon ad
sapientiam paruulos vocat dicens: Si qs Pro. 9
est paruulus veniat ad eam. Qui eni nec
dum semetipsum despicit: humilez dei sapi
entiam nõ apprehendit. Hinc in euangelio Mat. 11. b
dominus dicit: Confitebor tibi domine pa
ter celi z terre: quia abscondisti hec a sapiẽ
tibus z prudentibus z reuelasti ea paruu Ps. 114
lis. Hinc rursum psalmista ait: Custodiens 1. Thes. 2
paruulos dominus. Hinc magister gentiũ
d cit. Facti sumus paruuli in medio vestri.
Hinc discipulos ammonens ait. Superio Phi. 2. 3
res sibi inuicem arbitrantes. Nam qz ini
quus quisq; inferiorem omnẽ quem cogno
uit putat e diuerso iustus studet vt superio
rem quemlibet proximum attendat. Ac ne
dum in se aliter humiliat: humiliatio iret al
teri in elationem: bene vtrãq; partem am
monuit dicens. Superiores sibi inuicem ar
bitrantes: vt in cogitatõibus cordis: z ego
mihi illum preferaz vt vicissim ille me sibi:
vt cum ab vtraq; parte cor inferius premi
tur: nullus ex impenso honore subleuetur.
Sed hanc humilitatis formam reprobi qui
leuiathan huius membra sunt vel cogno
scere vel tenere contemnunt qui z si quan
do se humiles specietenus ostendunt humi
litatis vim seruare intrinsecus negligunt.
Quibus sepe accidit: vt si quando vnum C
quodlibet bonum vel nimiũ faciant a ma
lis suis omnibus respectum mentis proti
nus auertatur: atq; hoc quod vel extremuz
bonũ fecerint tota intentione semper inspi
ciant: z ex eo sese iam quasi sanctos aspici
ant: obliti malorũ omnium que cõmiserunt
vnius sui tantũmodo boni memores q foz

tasse facere nec perfecte potuerunt: Sicut
euenire econtra electis solet vt, cū multarū
virtutum grā polleant vnū eos vel tenuis-
simū viciū valde defatigans pulset: quate
nus dū ex quadam parte sese īfirmari con
siderant de his virtatib⁹ in qb⁹ preualent
se, minime extollant: dūq̃ de infirmitate tre-
pidant: hoc quoq̃ vbi fortes sunt humili⁹
seruant: sepe ergo reprobi per hoc q̄d vnū
vel minimū bonum sanū incaute ꝯspiciunt
mala maiora ꝛ grauia in qbus dimersi sunt
non agnoscunt. Et sepe electi ꝑ hoc q̄d ad
tenuissimū malū suum īfirmari trepidāt: mi
ra dispensatōe agitur vt magna bona ad
que ꝑfecti sunt nō emittant. Iusti itaq̃ ꝛ
B occulti examinis mēsura disponūt: vt istos
mala adiuuent: ꝛ illos bona grauent dūz
isti ad perfectū boni vtuntur leuib⁹ malis:
ꝛ illi ad augmentum mali vtuntur minimis
bonis. Isti quippe inde perfecti⁹ in bono ꝓfi
ciunt: vnde de malo tēptantur: illi aūt inde
ad maius malum deficiunt: vnde de bono
gloriantur. Sic itaq̃ male bono vtitur re-
prob⁹: ꝛ bñ malo vtitur ꝓbus: sicut sepe cō
tingit vt alius ex cibo salutifero īordinate
sumpto pestem languoris īcurrat: alius ve
neno serpētis in medicamine ordinate cō-
fectionis adhibito languoris molestiā vin
C nem in domo eius.⟧ Tunc quippe fratres
sui ⁊ sorores ad christum veniunt: quando
ex plebe iudaica quotquot inuenti fuerint
conuertuntur. Ex illo enim populo carnis
materiam sumpsit. Tunc ergo ad eum fra
tres: ⁊ sorores accedunt: quãdo ex ea plebe
que ei per cognationem iuncta est vel qui
fortes futuri sunt velut fratres: vel infirmi
velut sorores ad eum per cognitionẽ fidei:
deuota gratulatione cõcurrũt. Tunc apud
eum celebre festiuitatis conuiuium exhibẽt
quãdo eum iam nequaq; quasi purum ho
minem contẽnentes ppinquitatis sue me
mores diuinitati se eius inherere congau
dent. Tunc in domo eius panem comedũt
cum postposita obseruatione littere in san
cta ecclesia mistico eloquio quasi frugis me
dulla pascuntur. Bene autẽ subiungitur.

Capitulum. 10.



Ancti qui nouerant eum
prius.⟧ Prius quippe no
uerant: quẽ in passione sua
quasi incognitum contem
pserunt. Nam nasciturum A
xpm nullus qui plene legez
didicit ignorauit. Unde ⁊ Herodes rex ma
gorum occursione perterritus sacerdotes et
pncipes studuit solerter inquirere: vbi xpm
nasciturum esse prescirent: cui ptinus respõ
derunt: in bethlehem iude. Prius ergo no
uerant quem passionis sue tempore dũ de
spicerent ignorabant. Quorũ ⁊ noticia por
⁊ ignorantia posterior: bñ ab breuiter Jsaac
caligante signatur. Qui dum Jacob bene
diceret: ⁊ quid eueniret in futuro pvidebat:
⁊ quis illi presens assisteret nesciebat. Sic
quippe israelitarum populus fuit qui pphe
tie mysteria accepit: sed tamen cecos in con
templatione oculos habuit: q; eum presen
tem non vidit: de quo tam multa in futuro
pvidit. Ante se enim positũ nequaq; cerne
re valuit cuius aduentus potentiam longe
ante nunciauit. Sed ecce in fine mundi ve
niunt ⁊ eum quem prius nouerãt: recogno
scunt. Ecce in domo ei⁹ panem comedunt;
q; in sancta ecclesia sacri eloquij fruge pa B
scuntur: ⁊ omnẽ insensibilitatem pristini cor
poris excutiunt. Unde ⁊ subditur. ⟦Et mo
uerunt super eũ caput.⟧ Quid enim in ca
pite: nisi principale mentis accipitur. Sicut
per psalmistam dicitur. Impinguasti i oleo
caput meum. Ac si aperte diceretur. Arentẽ Ps. 22.
in suis cogitationibus mentem meã chari
tatis vnctiõe rigasti. Caput ergo mouet: p

formidinem pietatis tacta ab insensibilita-
te sua mens quatitur. Veniant ergo paren
tes ad conuiuiū atq; excusso torpore moue-
ant caput. i. hi qui redemptori nostro car-
ne coniuncti fuerāt refectionem quoq; sibi i
fide percipiant: τ insensibilitatis pristine duri
ciā amittant. Vñ bene per Abachuc dicit.
Pedes eius steterunt τ mota ē terra. Stan
te enim dño terra procul dubio mouet: q2 cū
cordi nostri timoris sui vestigia imprimit cun
cta in nobis cogitatio terrena cōtremiscat.
Hoc itaq; loco caput mouere est: imobilita
te mētis excutere: τ ad cognitionē fidei cru-
delitatis gressibus propinquare. Sed q2 san
cta ecclesia nunc hebreorū auersione affici
tur: τ eorū cōuersione releuatur: recte subiun
gitur.

Capitulum. xi.

A E T consolati sunt eū super
oē qd intulerat dñs super
eū. Consolant videlz Xpm
consolantur ecclesiā qui ab
infidelitatis pristine errore re
sipiscunt τ prauitatem vite
per quā recta docentibus repugnauerant
deserunt. An non grauis meror ē duris cor
dibus infructuose predicare laborē i osten
dendo veritate sumere: sed nullū de cōuersio
ne audientiū fructum laboris inuenire. At
cōtra magna predicatorū consolatio ē subse-
quens profectus auditorū. Releuatio quippe
dicentis est immutatio proficientis. Et notan
dum qd in flagello positū consolari nolue
runt: sed ad cōsolandū eum post flagellum
venerūt: q2 nimirū passionis eius tēpore he-
brei predicamenta fidei contēnentes: quē ho
minē ex morte probauerāt deum credere de-
Ps. 63. sperauerūt. Vñ per ps. dñs dicit. Sustinui qui
simul mecū contristaretur τ nō fuit consolā
tem me: que quesiui τ non inueni. Consolā
tem quippe in passione minime inuenit: q ex
B despectu mortis etiā ipsos hostis pertulit pro
quibus ad mortem venit. Post flagella ergo
propinqui ad cōsolationē veniunt: q2 i mem-
bris suis nūc quoq; dñs patitur: sed extre-
mo tēpore israelite oēs ad fidē cognita he
lye predicatione cōcurrunt atq; ad eius prote-
ctionē quē fugerant redeunt: τ tūc illud exi-
miū multiplici aggregatiōe populorū cōui-
uium celebratur. Tūc post flagella quasi Job
sanus ostendit: quādo a cōuersis: atq; cre-
dentibus post passionem suā ac resurrectio
nem dñs in celis imortalis viuere p certitu-
dinem fidei scitur. Tunc quasi remuneratus
Job cernitur: qñ in maiestatis sue potentie
sicut est deus creditur τ eius fidei subijci hi
qui prius restiterant videntur. In fine igit
mundi credentes hebrei cōueniant: et hu-
mani generis redēptori in potētia diuinita
tis quasi sano Job obligationum suarū vo
ta persoluant. Unde τ subdunt.

Capitulum. xii.

E T dederunt ei vnusquisq; A
ouem vnā τ inaurē auream
vnam. Quid per ouē nisi
innocentia. Quid p inaurē
nisi obedientia designatur.
Per ouē quippe simplex ani-
mus: p inaurē vero ornatus humilitatis gra
tia auditus exprimitur. Sed q2 ad ostēden
dam virtutē obediētie occasio oportuna se
prebuit: libet hanc paulo vigilantius sollici-
tiusq; discutere: τ quanti sit meriti demonstra
re. Sola nāq; virtus ē que virtutes ceteras
menti inserit: insertasq; custodit. Vñ τ pri-
mus homo preceptū qd seruaret accepit.
Cui se si vellet, obediens subderet: ad eternā
beatitudinē sine labore perueniret. Hinc Sa-
muel ait. Melior est obedientia quā victi- I. Re. 15.
ma: τ auscultare magis q̄ offerre adipem
arietum: quasi peccatū ariolandi ē repugna
re: τ quasi scelus idolatrie nolle acquiescere.
Obedientia quippe victimis iure preponit: q2 B
per victimas aliena caro per obedientiam
vero voluntas propria mactatur. Tāto igitur
quisq; deū citius placat quanto ante eius ocu-
los repressa arbitrij sui superbia gladio pre-
cipientis se immolat. Quo cōtra ariolādi pec
catū inobedientia dicit: vt quāta sit virtus
obediētie demōstretur. Ex aduerso igit me
lius ostendit: qd de eius laude sentiat. Si
enim quasi ariolandi peccatū est repugna-
re τ quasi scelus ydolatria nolle acqescere:
sola est que fidei meritū possidet sine qua
quisq; infidelis esse conuincitur: etiā si fidelis
esse videatur. Hinc p Salomonē in ostēsiōe
obedientie dicitur. Vir obediens loquitur vi- Pro. 21.
ctorias: q2 dū aliene voci humiliter subdi-
mur nosmetipsos in corde superamus. Hinc
in euangelio veritas dicit. Eū qui venit ad Io 6.
me non eijciam foras: q2 de celo descēdi nō
vt faciam voluntatē meam: sed voluntatē

eius qui misit me. Quid enim si suam face-
C ret: eos qui ad se veniunt repulisset? Quis
autem nesciat: quod voluntas filij a patris volun
tate non discrepet. Sed quoniam primus ho
mo qui suam facere voluntatem voluit a pa-
radisi gaudio exiuit: secundus ad redemptio
nem hominum veniens dum voluntatem se patris
et non suam facere ostendit: permanere nos in-
tus docuit. Cum igitur non suam sed patris
voluntatem facit eos qui ad se veniunt fo-
ras non eijcit: quia dum exemplo suo nos obe
dientie subijcit: viam nobis egressionis clau
Jo.5. dit. Hinc rursum ait. Non possum ego a me
ipso facere quicquam sed sicut audio iudico.
Nobis quippe obedientia usque ad mortem ser-
uanda precipitur. Ipse audit si sicut audit iu
dicat: tunc quoque obedit cum iudex venit: ne
igitur nobis usque ad presentis vite terminum
obedientia laboriosa appareat: redemptor
noster indicat: quia hanc etiam cum iudex ve
nerit seruat. Quid ergo mirum si homo pec-
cator obedientie in presentis vite breuitate se
subijcit: quando hanc mediator dei et homi
num et cum obedientes remunerat non re-
linquit.

Capitulum. 13.

A Sciendum vero est quod nunquam
per obedientiam malum fieri
aliquando autem debet per obe
dientiam bonum quod agitur in
termitti: neque enim mala in
paradiso arbor extitit: quam
deus homini ne contingeret interdixit. Sed ut
per melius obedientie meritum: homo bene
conditus cresceret dignum fuerat: ut hunc etiam
a bono prohiberet: quatenus tanto verius hoc
quod ageret: virtus esset: quanto et a bono ces
sans auctori suo se subditum humilius exhi-
beret. Sed notandum quod illic dicitur: ex omni
ligno paradisi comedite: de ligno autem scien-
tie boni et mali ne tetigeritis. Qui enim ab
uno quolibet bono subiectos vetat: necesse
est ut multa concedat: ne obedientis mens
funditus intereat: si a bonis omnibus penitus
repulsa ieiunat. Omnes autem paradisi arbores
ad esum dominus concessit cum ab una prohibuit:
ut creaturam suam quam nolebat extingui sed
proueheri tanto facilius ab una restringeret:
B quanto ad cunctas latius relaxaret. Sed quia
nonnunquam nobis huius mundi prospera: nonnun
quam vero iubentur aduersa. Sciendum summo-
pere est quod obedientia aliquando si de suo
aliquid habeat nulla est: aliquando autem
si de suo aliquid non habeat minima: nam
cum huius mundi successus precipitur: cum
locus superior imperatur: is qui ad percipi-
enda hec obedit obedientie sibi virtutem eua
cuat: si ad hec etiam ex proprio desiderio an
helat: neque enim se sub obedientia dirigit qui
ad percipienda huius vite prospera libidi-
ni proprie ambitionis seruit. Rursum cum
mundi despectus precipitur cum probra adi-
pisci et contumelie iubentur: nisi ex seipso ani
mus hec appetat obedientie sibi meritum mi
nuit: qui ad ea que in hac vita despecta sunt
inuitus nolensque descendit. Ad detrimentum
quippe obedientia ducitur: cum mentem ad
suscipienda probra huius seculi nequaquam ex
parte aliqua etiam sua vota comitantur. De-
bet ergo obedientia et in aduersis ex suo ali
quid habere: et rursum in prosperis aliquid om-
nimodo non habere quatenus: et in aduersis
tanto sit gloriosior: quanto diuino ordini etiam
ex desiderio iungitur: et in prosperis tanto sit ve
rior: quanto in presenti ipsa quam percipit glo-
ria funditus ex mente separatur. Sed hoc vir-
tutis pondus melius ostendimus si celestis C
patrie duorum hominum facta memore-
mus. Moyses namque cum in deserto oues
pasceret: domino per angelum in igne lo-
quentem vocatus est: ut eripiende omni is-
raelitarum multitudini preesset. Sed quia
adhuc se mente humilis extitit: oblatam pro-
tinus tanti regiminis gloriam expauit: mox-
que ad infirmitatis patrocinium recurrit di-
cens. Obsecro domine non sum eloquens:
ab heri enim et nudiustertius ex quo cepisti Exo.4.
loqui ad seruum tuum et tardioris et impe-
ditioris lingue sum factus. Et se postposito
alium deposcit dicens. Mitte quem missu-
rus es. Ecce cum auctore lingue loquitur: et
ne tanti regiminis potestatem suscipiat: elin-
guem se esse causatur. Paulus quoque diui-
nitus fuerat: ut in Hierusalem debuisset ascen
dere ammonitus sicut ipse Galathis dicit.
Deinde post annos quatuordecim iterum
ascendi hierosolimam assumpto Barnaba Gal.2.
et tito ascendi autem secundum reuelatio-
nem. Isque in itinere cum prophetam aga- D
bum reperisset quanta se aduersitas in hie
rosolymis maneret audiuit. Scriptum quippe
est: quod idem agabus zonam Pauli suis pe- Act.21.

dibus inserens dixit: Virum cuius hec zona est: sic alligabunt in hierusalem. A Paulo autem protinus respondetur. Ego non solum alligari: sed mori in hierusalem paratus sum pro nomine Iesu: neq; preciosiorem facio animam meam q̄ me. Preceptione igitur reuelationis hierosolymam pergens aduersa cognoscit: et tamen hec libenter appetit. audit que timeat: sed ad hec ardentior anhelat. Moyses itaq; ad prospera de suo nihil habet: q2 precibus renititur ne israelitici plebi preferatur. Paulus ad aduersa etiam ex suo voto ducitur quia maiorum iminentium cognitionem percipit: sed deuotione spūs etiam ad acriora feruescit. Ille presens potestatis gloriam deo voluit in bene declinare. iste deo aspera et dura disponente se studuit: ad grauiora preparare. Precunte ergo vtrorumq; dictum in fracta virtute istituimur: vt si obedientie palmam apprehendere veraciter nitimur prospera huius seculi ex sola iussione. aduersa autem etiam ex deuotione militemus.

Capitulum. 14.

Notandum vero est q̄ hoc
a loco cum inaure ouis: cum oue inauris offertur quia nimirum innocuis mentibus ornamentum semp obedientie iūgitur. domino attestante q ait: Oues mee vocem meam audiunt: et ego cognosco eas et sequuntur me. Beato igitur Iob nemo inaurem sine oue nemo ouem sine inaure obtulit: q2 profecto redemptori suo non obedit: q inocens non est: et inocens esse non potest q obedire contemnit. Quia vero ipsa obedientia nō seruili metu: sed charitatis affectu seruanda est terrore pene: sed amore iusticie: cuncti q ad conuiuium veniunt: auream inaurē obtulisse perhibētur: vt videlicet in ea que exhibetur obedientia charitas fulgeat: que
b virtutes omnes quasi auri more cetera metalla transcendat. Sed q2 nulla eē inocētia nulla eē vera obedientia i multiplicibus hereticorū diuisionibus potest: ad cognitiōem fidei venientes offerant ouem sed vnā: offerant inaurem sed vnam. i. tales veniant: q in vnitate sancte ecclesie inocui obedientes q persistant. Unum quippe diuidi per numeros nō pōt: q2 hoc ipsum vnū quod dicitur numerus non ē. Offerant igitur ouem s3 vnā offerant inaurē sed vnam. i. ad sanctam ecclesiam cum innocentia atq; obedientia venientes eam mentem deferant: quam sectarum scismata nō diuidant.

Capitulum. 15.



Perire libet oculos fidei: et
illud extremum sancte eccle- a
sie de susceptiōne israelitici populi conuiuiū contēplari. Ad quod nimirū conuiuium magnus ille veniens helyas cōuiuantiū inuitator adhibetur: et tūc propinquitatis noti ad eū cum muneribus veniunt: quem in flagello paulo antepositum contēpserunt. Appropinquante enī die iudicij vel precursoris vocibus vel qbusdam erūpentibus signis: ipsa eis iam aliquo modo aduenientis domini virtus interlucet. Cuius iram dū preuenire festinant: cōuersionis sue tempus accelerant. Conuersi autē cū muneribus veniūt: q2 eum quem paulo ante in passione deriserunt tunc virtutum opera quasi munera offerendo venerātur.
Illud proculdubio hac oblatione complētes b
quod et cernimus magna ex parte iam factum: et adhuc credimus ex magna pte faciēdum. Adorabūt eū filij tiri in muneribus. Tūc nāq; illum plenius filie tiri in muneribus adorant cū israelitarum mentes huius mundi subdite desiderijs et quem superbientes negauerunt quandoq; cognito hostias sue confessionis apportant. Et, q̄uis eisdē temporibus qbus antixpa appropinquat: aliquantenus vita fideliū minoris eē virtutis appareat: quāuis in conflictu illius perditi hominis grauis ēt corda fortium formido cōstringat. Helya tamē predicante roborati nō solum fideles q; in sancte ecclesie solidita e persistūt: sed sicut superius diximus: ad cognitiōem fidei multi quoq; ex infidelibus puertūtur: ita vt israelitice gentis reliquie que repulse prius funditus fuerant: ad sinū matris ecclesie pia oimodo deuotiōe cōcurrant. Unde et bñ subditur. Ca. 16.

Dominus autē bñdixit nouissimis Iob: magis q̄ princi-
pio eius. Hec hystorice fa- a
cta credimus: hec mystice facienda speramus. Magis enī nouissimis Iob: q̄ prin

cipio bñdicitur: q2 quantũ ad israelitici po
puli susceptõem pertinet: vrgente fine pre-
sentis seculi: dolorẽ sancte ecclesie dñs ani
marũ multiplici collectõe ɔsolatur. Tanto
qppe locupleti⁹ ditabitur: q̃to ⁊ manifesti⁹
inotescit: qsod ad finẽ p̃sñtis vite tẽporali-
tas vrgetur. Predicatores nanq3 sctẽ ec-
clesie bñdictõe extremi temporis p̃s. ditari
conspexerat cũ dicebat. Adhuc multiplica
Ps. 91. buntur i senecta vberi: ⁊ bñ patientes erũt
vt annũcient. In senecta. s. vberi multipli-
cabuntur: q2 cuz coꝝ vita differtur: semper
ad meli⁹ fortitudo ꝑducitur: eisq3 ꝑ augmẽ
tũ temporꝫ crescũt etiam lucra meritorum.
Bñ aũt patientes sunt: vt annũcient: q2 ce
B lestia predicantes: tãto robusti⁹ aduersa to
lerant: quanto ⁊ per tolerantiã suã aĩarum
cõmoda locupleti⁹ reportant. Seqtur. ¶ Et
facta sunt ei quattuordeci milia ouium: et
sex milia cameloꝝ: ⁊ mille iuga bouꝫ: ⁊ mil-
le asine: ⁊ fuerunt ei septẽ filij: ⁊ tres filie.
Qꝺ septẽ milia ouiũ. ⁊ tria milia cameloꝝ
⁊ qngenta iuga boum ⁊ qngentas asinas:
ante ꝓbatõem ꝑcussiõis habuerit: ipsa eius
dem hystorie prefatio ostẽdit: que ꝑ flagel-
lum ꝑdita: ⁊ nũc sunt duplicia restituta.
Filij aũt totidẽ sunt redditi: qꝺ amisit. Se-
ptez qppe filios: ⁊ tres filias habuit: septẽ
aũt nũc filios: ⁊ tres filias recepisse descri-
bitur: vt ⁊ hij qui extincti fuerant: viuere de-
monstrentur. Dũ eni dr̃: Addidit domin⁹
quecũq3 fuerant Job duplicia: ⁊ tñ totidẽ
filios ei restituit: qꝺ amisit: nec liberos du-
plicauit addidit: cui decẽ postmodũ in car-
ne restituit. Decem ṽo q amissi fuerant: ĩ
occulta aĩarum vita seruauit.

Capitulum. 17.

Si qs aũt in predicis aĩali-
b⁹: postposito cultu hysto-
A rie: vt itellectuale videlicet
animal pasci mysteriorum
fruge desiderat: necesse ẽ vt
que sentim⁹ agnoscat. In-
telligere. n. possum⁹ ꝙ ĩ his aĩalibus aggre
Ps. 8 gata fideliũ vniuersitas designetur. Hinc ẽ
nãq3 qꝺ per p̃s. prĩ de filio dr̃: O ia subieci
sti sub pedib⁹ ei⁹: oues ⁊ boues vniuersas:
insuper ⁊ pecora cãpi. Hic est qꝺ ijsdẽ ꝓphe
ta sanctã ecclesiã: simplices quosq3 inhabi-
Ps. 67. tare cõspiciens ait: Aĩalia tua habitabũt

in ea. Quid ergo in ouibus: nisi inocentes:
Quid in camelis nisi eos q ceterorum ma
la transeũt exuberante: ⁊ tortuosa mole vi
ciorum: Quid in iugatis bobus: nisi israeli B
tas legi subditos. Quid in asinis: nisi sim-
plices gentilium mentes accipimus: Nam
quia inocentes quiq3 ouium nomine desi-
gnantur: testatur p̃s. qui ait: Nos sũt po- Ps. 78.
pulus eius: ⁊ oues pascue eius: Neq3 enim
qui seruare inocentiam negligunt illa inter
ne pascue refectione saciantur. Cameli ṽo
nomine: aliquando in sacro eloquio domin⁹
aliquando gentilium superbia exprimitur
quasi excrescente desuper tumore tortuosa.
Quia eni ad suscipienda onera spõte se ca
melus humiliat: non imerito redẽptoris no
stri gratiam designat. Qui in eo ꝙ infirmi
tatis nostre onera suscipere dignatus est: a
potestatis sue celsitudine sponte descẽdit. Jo. 10.
Unde ⁊ per euangelium dicit: Potestatẽ
habeo ponendi animam meã: ⁊ potestatez
habeo iterum sumendi eam: ⁊ nemo tollit Mat. 19
eam a me. Et vnde iterum dicit: Facilius ẽ
camelum per foramen acus transire quam
diuitem intrare in regnum celorum. Quid
enim nomine diuitis: nisi quemlibet elatũ: C
Quid cameli appellatione: nisi propriã cõ-
descensionem signat. Camelus enim per fo
ramen acus transijt: cum ĩsdez redemptor
noster vsq3 ad susceptionem mortis ꝑ an-
gustias passionis intrauit. Que passio ve-
lut acus extitit: quia dolore corpus pupu-
git. Facilius autem camelus per foramen
acus: q̃ diues celorum regnum ingreditur:
quia nisi ipse prius infirmitatis nostre one
ra suscipiens: per passionem suam foramẽ
nobis humilitatis ostenderet: nequaquam
se ad humilitatem illius superba nostra ri-
giditas inclinaret. Rursum cameli nomi-
ne tortuosa ac plena vicijs gentilitas desi-
gnatur: sicut per Moysen dicitur. Quod Gen. 24
inclinata iam die: egressum in agro Isa-
ac in camelo sedens Rebecca conspexit ac
protinus de camelo descendit: ⁊ sese pallio
ad visionẽ illius uerecũdata cooperuit. Quẽ
enĩ Isaac aliuz in eo ꝙ inclinata iã die in
agro egressus fuerit designabat: nisi eũ q ex
tremo huius mundi tẽpore: velut in diei fi-
ne veniẽs: quasi in agrũ foras exijt. Q2 cuz
sit inuisibilis: in hoc mundo se visibilem de
monstrauit. Quem in camelo sedẽs rebec-

ea conspexit: qz cum ecclesia ex gentibus ve-
niens: dum adhuc vitijs esset innixa: τ nec-
dum spiritalibus: sed aialibus motibus ihe-
reret attendit. Sed protinus de camelo de-
scendit: quia vicia quibus prius fuerat sup-
be elata deseruit: seqz etiam pallio operire
curauit: qz viso dño: infirmitatem sue actio-
nis erubuit: τ illa que prius in camelo libe-
re gestabatur: descendens postmodũ vere-
cundia tegitur. Unde eisdez ecclesie a prio-
re elatione conuerse: per apostolicã vocẽ q̃si
rebecce de camelo descendẽti. sibiqz pallium
supducenti dicit. Quẽ enim fructũ habui-
Ro.6 stis tunc in illis: in qbus nũc erubescitis?

Capitulum. 18.

A In bobus ꝓo aliquãdo lu-
xuriosorum dementia: aliqñ
laboriosa fortitudo p̃dican-
tiuz: aliquãdo humilitas ex-
primitur israelitarũ. Qz enĩ
bouis noĩe per cõparationẽ
luxuriosorum demẽtia designatur. Salomõ
indicat: qui cũ male suadentis mulieris pe-
tulantiã premisisset adiunxit. Statimqz eaz
sequitur: quasi bos ductus ad victimã. Rur-
sum qz bouis noĩe labor p̃dicatoris exp̃mit̃
Deut.25 legis v̾bis testant̃ que aiunt. Non obdura-
bis os boui trituranti. Ac si aperte diceret.
Predicatores v̾bi: a stipendiorũ suorũ per-
ceptione non ꝓhibeas. Rursum qz bouis
noĩe plebs israelitica figurat̃ ꝓpheta asse-
rit qui redẽptoris aduentũ denuncians di-
Isa.1. cit. Cognouit bos possessorem suũ: τ asinus
p̃sepe dñi sui. Per bouẽ. s. israeliticuz popu-
lum: iugo legis edomitũ signans: per asinuz
ꝓo gentilem populũ signans voluptatibus
B deditum τ grauiter brutum. Asinorũ quoqz
τ asinarũ noĩe: aliquando luxuriosorum pe-
tulantia: aliquãdo mansuetudo simpliciuz:
aliquãdo vero vt p̃diximus: stulticia genti-
lium designatur. Quia enim luxuriosorũ pe-
tulantia asinorum appellatione per compa-
rationẽ exprimitur: aperte declaratur: cum
Ezech.23 per ꝓphetam dicitur. Quorũ carnes sunt:
vt carnes asinorum. Rursum qz asinarũ no-
mine vita simplicium figuratur: redemptor
noster cum Hierusalem pergeret: sedisse su-
per asinam describitur. Hierusalẽ qppe vi-
sio pacis dicitur. Quid igitur signat ꝙ dñs
sedendo asinam Hierusalem ducitur: nisi ꝙ
simplices mentes dum presidendo possidet
eas vsqz ad visionem pacis, sua sacra sessio-
ne perducitur. Rursum qz asinorum nomie
stulticia gentilium designatur ꝓpheta testa-
tur dicens. Beati qui seminatis super oẽs
aquas: immittentes pedẽ bouis τ asini. Isa.32
Super oẽs qppe aquas seminare ẽ: cunctis po-
pulis fructuose vite verba predicare. Pedẽ
vero bouis τ asini immittere est: vias israe-
litici τ gentil's populi per p̃ceptorũ celestiũ
vincula re[lig]are.

Capitulum. 19.

Iterere igitur veritate serua-
ta beati Job nomie cunctis
A his animalibus non imeri-
to credimus sancte ecclesie
populos designari: quaten⁹
ea que scripta sunt dispẽsa-
tione sancti spũs cuncta mirabiliter ordina-
te: τ transacta nobis referant: τ futura pre-
dicent. Agnoscam⁹ ergo in ouibus fideles
atqz innocentes ex iudea populos legis pa-
dum satiatos. Agnoscamus in camelis ad
fidem simplices ex gentilitate venientes: q
prius sub ritu sacrilego quasi quadã defor-
mitate mẽbrorũ valde turpes ostensi sunt
videlz feditate viciorum. Et qz sepe vt pre-
diximus sacra eloquia curant repetere q̃
affirmant. Possunt rursuz in bobus israeli-
te accipi: quasi iugo legis attriti: asinis vero
vt dictum est: gentiles populi designari: qui
dum se colendis lapidibus inclinabant: nõ
reluctante mente quasi dorso stulticie sup-
posito quibuslibet idolis bruto sensu seruie-
bant. Sancta ergo ecclesia que in exordijs B
suis innumeris tentationib⁹ pressa vel isra-
eliticum populum: vel multos ex gentibus
eum sit: videlicet quos lucrari non potuit: du-
plicia in fine recipit: qz in ea ex vtraqz natio-
ne: fidelium numerus multiplicior excrescit.
Possunt etiã per iugatos boues: predica- Mar.6
tores intelligi. Unde cũ eos ad annũciãdũ
dñs mitteret: teste euãgelio: binos misisse de-
scribitur: vt qz vel duo sunt precepta chari-
tatis: vel qz haberi societas minus q̃ inter
duos non põt: p̃dicatores sancti ex ipsa q̃li-
tate sue missionis cognoscerent: quantã con-
cordiam societatis ematent. Possunt sicut
prediximus per asinas mentes simplicium
designari. Sancta vero ecclesia duplices bo-
ues atqz asinas recipit: qz predicatores san-
cti qui pressi formidine in eius dudum ten-

tatione iacuerant: et mẽtes simpliciũ que vi ete terrorib⁹ veritatẽ illius cõfiteri formida bãt: tanto iã nũc robustius in cõfessione ve C
ritatis voces suas exerũt: quãto debili⁹ an te timuerunt. Hec in significatione ecclesie breuiter diximus: que quõ eiusdẽ sancte ec clesie capiti seruiant in exordio huius opis latius nõ dixisse memoramus. Qui ergo de his sibi plenius satisfieri nititur: secũdũ hu ius opis librum legere dignetur. Jam p̃o si querimur vt etiã de ipso animaliũ numero disseram⁹ cur mille iuga boum: vel mille asi ne: et sex milia camelorũ: et quattuordecim mi lia oviũ numerent: dicere breuiter possum⁹ qḋ apud secularẽ qdem sniam millenarius numerus iccirco pfectus habetur: qz dena rij numeri quadratũ solidũ reddit. Decez qppe decies ducta fiunt centũ que iam fi gura quadrata: sed plena nõ est. Ut aũt in latitudinẽ surgat et solida fiat: rursus cẽtũ decies multiplicant et mille sunt. Senarius autẽ numerus iccirco pfectus est: qz p̃mus i numeris cõpletur partibus suis. i. sexta sui parte et tertia et dimidia: que sunt vnum et duo et tria que in summam ducta sex fiunt: nec alius ante senariũ numerũ reperit: qui suis partibus dum diuiditur tota eius sum ma compleatur.

Capitulum. 20.

21 Sed qz cuncta hec p sacre scripture celsitudinẽ profi ciendo transcendimus: ibi senariũ: ibi septenariũ: ibi denariũ: ibi millenariũ: vn de sit pfectus inuenimus. Senarius qppe numerus i scriptura sacra pfectus est: qz in mundi origine dñs que pri mo die cepit: sexto die opa impleuit. Septe narius in ea pfectus est: qz omne opus bo num septẽ spiritũ virtutibus agitur: vt et fides simul et opa cõsumenẽ. Denarius nu merus in ea pfectus est: qz lex in decẽ prece ptis cõcluditur: omnisqz culpa nõ ampli⁹ q̃ per decẽ verba cohibetur atqz narrante ve ritate opatores vinee denario remunerant. In denario qppe tria iunguntur ad septez: homo aũt qui ex anima cõstat et corpore in septẽ qualitatibus cõtinetur. Nam tribus spiritalibus: et quattuor corporalib⁹ viget. In dilectione etenim dei trib⁹ qualitatib⁹ spiritaliter excitatur: cũ ei per legẽ dicitur. Diliges dñm deum tuũ: ex tota mente tua et ex tota aia tua et ex tota virtute tua. Cor B
poraliter p̃o quattuor qualitatib⁹ cõtinet: qz videlz ex materia calida et frigida: humi da et sicca cõponitur. Homo ergo q ex septẽ qualitatibus cõstat: denario remunerari di citur: qz illa pfectione superne patrie septem nostra ad tria iungunẽ eterna: vt homo con templationẽ trinitatis accipiat: et de remu neratione opis quasi quodã denario cõsu matus viuat. Uel certe qḋ septem virtutes sunt qbus in hac vita laborant: dũqz eis in remuneratione contemplatio trinitatis red ditur: vita laborantiũ denario remunera tur: sed pfectus quisqz etiam in hac vita de narium accipit: dũ eisdem septẽ virtutib⁹: spem: fidem charitatẽqz cõiungit. Millena rius quoqz numerus in sacro eloqo pfectus accipitur: qz appellatione eius vniuersitas designatur. Uñ scriptũ est: verbi qḋ manda uit in mille generatiões. Cum enim nequa q̃ credendũ sit q ad centum generationes mundus extendatur: qd aliud mille genera tionib⁹: nisi vniuersitas generationũ figu ratur? Beatus igitur Job quattuordecim mi lia ouium recipit. Qz enim in sacra ecclesia virtutũ perfectio ad vtrũqz sexum ducitur septenarius in ea numerus duplicatur. Et sex milia camelorũ qz plenitudinẽ i illa ope ris accipiũt: qui ab illa dudũ viciorũ suo rum feditate perierunt. Mille quoqz iuga boum ac mille asinas recipit: qz israelitas atqz gentiles doctos ac simplices post ten tationum casus in culmine pfectionis assu mit. Septẽ quoqz filios et tres filias recipit qz eorum mentib⁹ quos septẽ virtutib⁹ ge nerat: ad pfectionis summã spem: fidẽ: cha ritatemqz coniungit: vt tanto verius prole sua gaudeat: quanto suis fidelib⁹ nil deesse virtutis pensat.

Capitulum. 21.

Sed qz hec succincte trãscur rimus nũc ipsis quoqz ida gandis filiarũ vocabulis intẽdamus. Seqtur. ¶ Et vocauit nomẽ vnius diez: A
et nomẽ secũde cassiã et no men tertie cornustibij. Hec nomina pro eo q a virtutibus sumpta sunt apte curauit interpres non ea sicut in ara bico sermone inuenta sunt ponere: sed in la

tinum eloquium versa apertius demonstra-
re. Quis enim nesciat diem vel casiam lati-
na esse vocabula. At vero cornustibij quā-
uis non cornus. Sed cornu dicit: nec cantā-
tium fistula tibiū. sed tibia dicit: et vocatur
in latina tamen lingua sermonis genere mi-
nime custoditorū credo ꝑdere maluit: atq3
in eius lingue de qua transferebat: ꝓprieta
te ꝑdurare. Uel qr per cornu vel tibiā vnū
verbum ex vtroq3 composuit: vtrūq3 ṽbum
per vnā ordinationis partem in latina lin
gua transfusū3 quo voluit genere licite vo-
cauit.

Capitulum. 22.

A Quid ē ergo q ꝓma filia be-
ati Job dies dicit: secunda
casia: tertia ꝓo cornustibij
vocata memoratur: nisi q2
genus humanū qd benigni
tate conditoris atq3 eiusdē
misericordia redemptoris eligitur: istis no-
minibus designatur. Homo nāq3 q̄si dies
ex cōditione claruit: q2 hunc auctor suus i-
genite innocentie splendore resparsit. Sed
sponte sua ad peccati tenebras lapsus: q2
dum veritatis lucem deseruit: quasi in no-
cte se erroris abscondit. Uñ alias dicitur:
secutus est vmbrā. S3 q2 auctori nostro nō
defuit largitas bonitatis sue etiam contra
tenebras iniqtatis nostre eū quē prius po-
tenter ad iusticiā cōdidit: potētius redimē
do postmodū ab errore renocauit. Cui q2
B post casum suū illa cōditionis sue p̄stina fir
mitas defuit: cū cōtra bella itima repugnā
tis corruptionis multiplicibus donoꝝ suoꝝ
virtutibus fulsit. Que nimirū virtutes pro-
ficientiū in noticia ceteroꝝ hominum: quasi
suauitate odorū fragrant. Hinc est enī3 qd
2. Cor. 2. per Paulū dicitur. Christi bonus odor su
mus deo. Hinc q sancta ecclesia in electis
suis quandā fragrantiā suauitatis odora-
ta in canticorū cantico loqtur dicens. Do
Cant. 1. nec rex in recubitu suo est: nardus mea de-
dit odorem suū. Ac si apte dicat. Quousq3
meis obtutibus rex apud se in rege secreti
celestis absconditur: electoꝝ vita miris vir-
tutū odoribꝰ exercetur: vt quo adhuc eum
quē appetit nō videt: ardētius ꝑ desideriū
flagret. Rege qppe in recubitu suo posito:
nardus odorē dat: dū quiescentē i sua bea-
titudine dn̄o: sanctoꝝ virtus in ecclesia ma
gne nobis gratiā suauitatis amministrat.
Quia ergo et conditum luce innocentie cla-
ruit: et redemptū genus humanū3 exercitio
bonorū operū odorem suauitatis aspersit:
prima filia recte dies: et secūda nō incōgrue
casia nominat. Bene aūt casia dicit: que in
tanto sublimis vite odore dilatat. In ipsa
qppe sua origine in qua iustus homo cōdi-
tus fuerat: tantis quantis nunc opus ē vir
tutibus nō indigebat: q2 si stare sicut ē cōdi
tus vellet: hostem extra positū vincere sine
difficultate potuisset. Postq3 vero ꝑ ascen
sum hominis semel aduersarius ad intima C
irrupit: laboriosius iam victor eijcit: qui ad
huc impugnans sine labore repelleretur.
Multa nāq3 nūc exhibenda sunt: que in pa
radiso necessaria nō fuerūt. Nūc qppe opꝰ
est virtute patientie: laboriose eruditiōe do
ctrine: castigatione corporis: assiduitate pre
cis: confessione delictorū: inūdatiōe lachry
marū: quorū ꝑfecto oīum conditus homo
nō eguit q2 salutis bonū ex ipsa sua condi-
tione percepit. Egro qppe poculū amarū por
rigitur ve ad salutis statū morbo subleua-
to reuocetur. Sano aūt nequaq3 percipitur
quid accipiat vt cōualescat: sed a quibꝰ ca-
ueat ne languescat. Nunc ergo maioribus
studijs vtimur: cum salutē nequaq3 serua-
mus habitam: sed reparare curamus abla
tam. Et q2 oēs hi annisus nostre reparatio
nis magnis intra sanctam ecclesia3 opinio-
nibus pollent nomen secunde filie velut ca-
sia ex merito redolet: vt q2 prima filia quā-
si dies extitit per dignitatem conditionis: se
cunda casia fit per fragrantia3 fortitudinis
ex gratia redemptoris.

Capitulum. 23.

Vide et eidem venienti re
demptori per prophetā di- Ps. 44 A
citur. Mirra et gutta et ca
sia a vestimētis tuis a gra
dibus eburneis: ex quibꝰ
te delectauerunt filie re-
gum in honore tuo. Quid
enim myrre gutte et casie nomine: nisi virtu
tum suauitas designatur: quid eburneis
gradibus nisi magna intēta fortitudine ꝓfi
cientium ascensus exprimitur. Redemptor
igitur veniens myrra: gutta: et casia in vesti
mento vtitur: quia ex electis suis quibus se
misericorditer induit: mire virtutis fragrā-

diam aspergit. In quibus iste odor ab ebur
neis gradibus dicitur: quia in eis virtutū
opinio non ex ostensione simulationis: sed
ex veri ac solidi operis ascensu generatur.
Bene autem subditur: ex quibus delectaue-
runt te filie regum in honore tuo. Sancte
nanq̄ anime ab antiquis patribus ad co-
gnitionem veritatis edite redemptorem su
um in eius honore delectant: quia ex eo ꝙ
bene agunt sue laudi nil vendicant. Quia
vero tertio ordine est humanū genus etiam
carnis resurrectione renouatum in illo con
cētu eterne laudis assumitur: tertia filia cor
B nustibij vocatur. Quid enim per cornusti-
bij nisi letantium cantus exprimitur? Ibi
enim veraciter adimpletur quod modo p
Ps. 95. prophetam dicitur. Cantate domino canti
cum nouum. Ibi veraciter adimpletur vbi
canticum laudis dei non iam ex fide: sed
ex specie contemplata cātabitur. Ibi a no
bis conditor noster laudum suarum vera-
ces cantus recipit: qui humanum genus et
condendo diem et redimendo cassiam et as-
sumendo cornustibij fecit: Qui enim lux fui
mus conditi: et nunc sumus cassia redempti:
erimus quandoq̄ cornustibij in exultatio-
ne eterne laudis assumpti. Sed priusq̄ ad
nuptiarum thalamum sponsa perueniat:
omnem a se vite feditatem respuit: et spon-
C si amore preparans sese per species virtu-
tum comit. Studet quippe interni arbitris
iudicio placere: et intimis desiderijs suble-
uata fedos mores conuersationis humane
transcendere. Unde bene et easdem filius
beati iob subditur. Non sunt autem inuen-
te mulieres speciose sicut filie iob in vniuer
sa terra. Electorum quippe anime omne hu
manum genus quod in terra secundum ho
minem conuersatur sue pulchritudinis de
corem transcendunt: quandoq̄ se exterius
affligendo despiciunt tanto se intus veri9
componuntur. Hinc est enim ꝙ sancte ec-
clesie que electorum pulchritudine decora
Ps. 44. tur per psalmistam dicitur. Concupiuit rex
speciem tuam. De qua paulopost subdi-
tur. Omnia gloria eius: filie regum ab in-
tus. Nam si foras gloriam quereret: intus
speciem quam rex concupisceret: non ha-
beret.

Capitulum. 24.

n qua quidem quāuis mul-
ti virtutum decore fulgeāt
atq̄ ipsa viuendi perfectio
ne ceterorum merita exce- A
dant: nonnulli tamen quia
ad altiora assequenda nō
sufficiunt: infirmitatis sue conscij pietatis
eius gremio continentur. Qui inquantum
preualent: mala vitant: quāuis inquantum
appetunt altiora bona nō impleāt. Quos
tamen benigne dominus suscipit: eosq̄ apud
se pro modo digne retributōis admittit.
Unde et sequitur. Deditq̄ eis pater suus
hereditatem inter fratres eorum. Ipse er
go ex perfectorum merito speciose memo-
rantur: ipse etiam quasi ex imperfectorum
typo velut infirme hereditatem inter fratres
accipiunt. Usus nanq̄ vite veteris non ha
bebat vt hereditatem femine inter mascu
los sortirentur: quia legis seueritas fortia
eligens: infirma contemnens: districte pot-
ius studuit: q̄ benigne sentire. Sed pro no-
stro redemptore veniente nullus infirmita B
tis sue conscius de sortienda celestis patri
monij hereditate desperet. Pater enim no-
ster inter masculos etiam feminis iura suc
cessionis tribuit: qui inter fortes atq̄ perfe
ctos infirmos et humiles: ad sortem super-
ne hereditatis admittit. Unde ipsa veritas
in euangelio dicit. In domo patris mei mā Jo. 14.
siones multe sunt. Apud patrem quippe mā
siones multe sunt: quia in illa beatitudinis
vita non dispari vnusquisq̄ iuxta dispar
meritum locum disparem percipit: sed eius-
dem disparilitatis damna nō sentit: quia
tantum sibi: quantum perceperit sufficit:
Sorores ergo cum fratribus ad hereditatem
veniunt: quia infirmi illuc cū fortibus admittun
tur: quatenus si quis per imperfectionē nō erit fir-
mus: ad hereditatis tamē sortē per humili-
tatē nō sit extraneus. Quas bene Paulus C
mansiones iuxta merita distribuēs insinuat
cū ait. Alia claritas solis: et alia claritas lu 1. Cor. 15.
ne: et alia claritas stellarū. Stella enim ab stel
la differt in claritate. Sequitur. Uixit autem
post hec flagella iob centū quadraginta an
nis: et vidit filios suos: et filios filiorū suorum
vsq̄ ad quartam generationem et mortuus
est: senex et plenus dierum. In scriptura sacra
non facile plenus dierū ponitur nisi is cuius
per eandem scripturam vita laudatur. Ua

uius quippe dierū est: q quālibet multū vite huius etatis sue tēpora in vanitate consumit. At contra plenus dierū dr: cui nequaq̄ dies supereundo trāseunt: sz ex quotidiana mercede bona operis: apud iustū iudicē ⁊ postq̄ transacti fuerint reseruantur.

Capitulum. 25.

A Ed qꝛ sunt q hec etiā ī typo sancte ecclesie īterpretari desiderāt: quoꝝ votis tanto magis obediendū: quāto ⁊ eoꝝ spiritali ītelligentie congaudendū. Si quattuordecim per denariū ducim⁹ ad centesimū ⁊ quadragesimū numerum peruenimus. Et recte vita sancte ecclesie multiplicata per decē ⁊ quattuor cōputat: qꝛ vtrūq̄ testamentū custodiēs: ⁊ tam s̄m legis decalogū q̄ s̄m quattuor euangelij libros viuens: vsq̄ ad perfectōis culmen extendit. Unde ⁊ Paulus apostolus quāuis epistolas qndecī scripserit: sancta ecclesia tamē nō amplius q̄ quattuordecim tenet: vt ex ipso ī epistolarū numero ostenderet: q̄ doctor egregius legis ⁊ euāgelij secreta rimatus eēt. Bene aūt beatus Job post flagella viuere dr: qꝛ ⁊ sancta pri⁹ ecclesia discipline flagello percutitur: ⁊ postmodū vite perfectione roboratur. Que filios suos: ⁊ filios filioꝝ suoꝝ vsq̄ ad quartā generatōez cōspicit: qꝛ hac etate qua annus quattuor tēporib⁹ voluitur vsq̄ ad finē mundi per ora predicantium: nascētes sibi quotidie soboles contemplantur: Nec abhorret a vero q̄ per generationes dicimus tēpora designari. Quid enī vnaqueq̄ successio: nisi quedā B ppago ē generis: Et pincerna regis egypti cū vidisset somniū q̄ tres ppagines ducerēt: Joseph predict⁹ in solutōe somnioꝝ tres propagines: tres dies renunciat designari. Sic ergo per tres ppagines spaciū trium dierū exprimitur: cur nō etiā per quattuor generatōes annus quattuor tempoꝝ figurantur. Sācta itaq̄ ecclesia videt filios suos: cū primā fideliū sobolem conspicit. Videt filios filioꝝ: cum ab eisdem fidelib⁹ ad fidem gigni ⁊ alios cognoscit. Que etiam senex ⁊ plena dierū moritur: qꝛ subsequente luce ex mercede quotidianoꝝ operꝝ deposito corruptionis pōdere: ad icorruptionem spiritalis patrie mutatur. Plena videlicet dierū moritur: cui labentes anni nō trāseunt: sed stantiū a eius retributōe solidant. Plena dierū moritur: que per hec transeuntia tēpora id quod nō transit operatur. Unde apostolis dr: Operamini nō cibū qui perit. sz q permanet in vitam eternam. Dies Jo. 6. itaq̄ suos sancta ecclesia ēt cum pn̄tem vitam deserit: nō amittit: qꝛ ī electis suis: tanto eorū luce multiplicius īuenit: quāto nūc in eis ab oī tentatōe se cautius solicitiusq̄ custodit. Dies suos ecclesia nō amittit: qꝛ se C se in hac vita vigilanter quotidie pensare nō negligit: ⁊ ad oīa que recte facere valeat: inercia nulla torpescit. Hinc est ēt quod de illa per Salomonē dr: Cōsiderat semi- Pro. 31. tas domus sue ⁊ panē ociosa nō comedit. Semitas quippe dom⁹ sue considerat: qꝛ cunctas sue conscientie cogitatōes subtiliter īuestigat. Panē ociosa nō comedit: qꝛ hoc quod de sacro elogo ītelligendo perceperit ante eterni iudicis oculos exhibendo operibus ostendit. Mori aūt dr: qꝛ cum illam eternitatis ꝯtemplatio obsorbuerit: ab hac īmutabilitatis sue vicissitudine fundit⁹ extinguit: vt in ea iā hoc quod acumen ītime visionis īpediat vllo modo nihil viuat. Tāto enī verius tunc īterna conspicit: quāto cunctis exteriorib⁹ plenius occūbit. Hanc itaq̄ mortē hanc dierū plenitudinē: ⁊ ī beato Job vno. s. mēbro ecclesie credamus factam ⁊ ī tota simul ecclesia speram⁹ esse faciendā quatenus ⁊ a teneatur rei geste veritas vt nō euacuetur rei gerende ꝓphetia. Bona enī que de sanctoꝝ vita cognoscim⁹ si veritate carent nulla sunt: si mysteriū non habent minima. Qꝛ ergo per spūz sanctū bonorum vita describitur: ⁊ per ītellectū nobis spiritalem fulgeat: vt tamē sensus a fide hystorie nō recedat: quatenus tanto firmior aīus in suo intellectu permaneat quāto hunc quasi in quodā medio constitutus ⁊ erga futura spes: ⁊ erga preterita fides ligat.

Capitulum. 26.

A Xpleto itaq̄ hoc opere ad me mihi video eē redeundum. Multū quippe mens nostra ēt cum recte loq conatur extra semetipsaz spargitur. Integritatem nāq̄ animi dum cogitantur verba qualiter proferantur: qꝛ trahunt externa minuūt. Igit

a publico locutõis redeundũ est ad curias cordis: vt quasi in quodã cõcilio ꝯsultatio nis ad meipsum discernendũ cõuocẽ cogi tatões mentis: quatenus ibi videã ne aut incaute mala: aut bona nõ bñ dixeri. Tunc enĩ bñ dr̃ bonũ: cum is q dicit soli ei: a quo accepit: id appetit placere qd̃ dicit. Et qui dem mala me aliqua: ⁊ si dixisse nõ inuenio eã qꝛ oĩno nõ dixeri non defendo. Bõa ve ro si qua diuinitus accipiens dixi: meo vi delicet vicio min⁹ me bene dixisse ꝯfiteor. Nam ad me intrinsecus rediens postpositis verboꝝ foliis: postpositis sententiarum ramis: dũ ipsam subtiliter radicem mee intentõis in spicio: deo quidem me ex ea summope pla cere voluisse cognosco: sed eidem intentiõi qua deo placere studeo: furtĩ se nescio quo modo intentio humane laudis interserit. Quod cũ iã postmodũ tardeqꝫ discerno: in uenio me aliter agere qd̃ scio me aliter in choasse. Sic eñ sepe intentõem nostrã dum sñ dei oculos recte incipitur: occulte subiun cta ⁊ eã velut in itinere cõprehendens inten tio humane laudis assequitur sicut ꝑ necessi tate qdem cib⁹ sumitur: sed in ipso esu dũ furtim gula surrepit: edendi delectatio per miscetur. Unde plerũqꝫ contigit vt refectio nem corporis quã salutis cã cepim⁹ causa voluptatis expleam⁹. Fatendũ est igit̃ qd̃ rectã qdem intentõem nostraꝫ que soli deo placere appetit: nõnunqꝫ intentio minus re cta: que de donis dei placere hoibus que rit insidiando comitatur. Si aũt de his di uinitus districte discutimur qs inter ista re manet salutis locus quãdo ⁊ mala nostra pura mala sunt: ⁊ bõn que nos habere cre dimus pura bona eẽ nequaqꝫ possunt: Sꝫ hoc mihi facere opere preciuꝫ credo: quod fraternis aurib⁹ omne quod in me latẽter ipse reprehendo incunctanter apio. Quia enim exponendo non celaui: quod sensi cõ fitendo non abscondo quod patior. Per expositõem patefeci dona: per confessioneꝫ detego vulnera. Et qꝛ in hoc tã magno hu mano genere nec paruuli desunt qui dictis meis debeant instrui: nec magni desunt qui cognite mee valeant infirmitati misereri: ꝑ hec vtrisqꝫ aliis fratribus quantum possuꝫ curam confero: ab aliis spero. Illis dixi ex ponendo quod faciant: istis aperui confitẽ do quod parcant. Illis verborum medica menta non subtraho: istis laceratonẽ vu nerum non abscondo. Igitur queso vt qs quis hec legerit apud districtũ iudicem so lacium mihi sue orationis impendat: ⁊ oẽ quod in me sordidum deprehendit fletib⁹ diluat. Orationis autem atqꝫ expositionis virtute collata: lector meus in recompensa tione me superat: si cum per me verba acci pit: pro me lachrymas reddat.

Exaratum diligentissimeqꝫ emendatum est opus presens moralium sancti Gregorij pape In officina Angeli Britãnici de pa lazolo. Anno dñi.1498. Die.2. Junij. Ad laudẽ ⁊ honoreꝫ dñi nostri Jesu xp̃i: eiusqꝫ genetricis Marie.

Registrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x.y.
ꝫ.⁊.ꝯ.ꝶ. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L.
M. N. O. P. Q. R. S. T. V. X. Y. Z.
Omnes sunt quaterni preter. Z. qui est qn ternus.